

# C O D E X

## CHRONOLOGICO DIPLOMATICUS EPISCOPATUS RATISBONENSIS

Collectus ac Editus Opera et Studio

*Thomae Ried*

Cancellistae Consistorialis Ratisbonensis

TOMUS I.

Continens DCCL. diplomata, omnisque generis chartas  
inde a Saeculo VIII. ad finem Saeculi XIII.

RATISBONAE,

TYPIS STEPHANI SCHAUFF, 1816



DOMINO DOMINO  
CAROLO THEODORO,

ARCHIEPISCOPO NOSTRO,  
EPISCOPO CONSTANTIENSI ETC. ETC.

REVERENDISSIMO CONSISTORIO.

Nec non Dominis Decanis, Prodecanis, Parochis, ac  
universo Dioecesis Ratisbon. Clero  
hunc Codicem diplomaticum

D. D. D.

*Obsequentissimus Thomas Ried.*

*Index eorum, qui per subscriptionem nomina sua sunt professi, ac Editionem hujus Codicis benevole promoverunt.*

Revmus ac Celsiss. D. D. Josephus, Princeps ac Epus Eystetten.

Ambergae, T. D. Marian. Neumüller, Abbas dissoluti Monasterii Reichenbac.

— — Max. Precht, Abbas dissoluti Monasterii Michelfeld.

R. D. Anselm. Moritz, Professor Phys. et Math. sublim.

— — Jo. Bapt. Weigl, Professor Theol. mor. et hist. eccles.

— — Thom. David Popp, Professor classis med. super.

— — Franc. Kellner, Professor classis infer.

— — Joseph. Moritz, Bibliothecarius.

D. Jo. Bapt. Schenkl, Consil. municipal. ac ord. civilis meritorum coronae Bav. membrum.

Bambergae, T. D. Andreas Frey, Consil. eccl. act. ac Professor Ss. Can. et hist. eccl.

— — Paulus Oesterreicher, Conservator Archiv.

Frisingae, T. D. Joseph. Heckenstaller, Ss. Th. D. Revmi Vicariatus generalis Director.

R. D. Martinus Deutinger, Registrator ejusd. Vicariatus general.

Ratisbonae, T. D. Bened. Arbuthnot, Abbas Monasterii S. Jacobi Scotorum.

— — Rupert. Kornmann, Abbas dissoluti Monasterii Prüfening.

— — Car. Comes de Toerring-Gronsfeld, Eccliae maj. Can. ac Consil. Consist. act.

— — Ignat. Comes de Sauer, Eccliae maj. Can. et summ. Scolast. substitut Capellan. Reg. ac Consil. Consist. act.

— — Aloys. Comes de Freyenseyboldsdorf, Eccliarum cathedr. Ratisbon. et Frising. Can. Praepos. ia Spalt, Consil. Eystett. int. act. ord. equest. Regio-Bav.

S. Georgii M. magnae crucis dnus, Consil. Consist. act.

— — Car. Theodor. Gemeiner, Consil. Direct. provinc. Regio - Bav.

R. D. Jo. Ev. Kaindl, Professus ac Archivar. dissoluti Monasterii Prüfening.

— — Erhardus de Horne, Professus Monasterii S. Jacobi Scotorum.

— — Augustinus Makiver, Professus ej. Monasterii.

— — Franc. Jos. Weinzierl, Concionator Ecclesiae maj.

— — Jo. Bapt. Schmidl, Professor Theol. moral. ac Paedagog

— — Joseph. Krieger, Professor ss. Canon. ac hist. eccles.

— — Andr. Buchner, Professor Hist. ac Philolog. lat.

— — Thom. Blümlhuber, Professor Progymnasii.

— — Gregor. Grundler, Professor solar. element.

— — Wendelin. Geiger, Informator Orphan.

Rüdenhausen, T. D. Frid. Wilh. Viehbeck, Archivar.

Stralfeld, R. D. Marian. Graham, Director.

Wasserburg, R. D. Franc. Dionys. Reithofer, Th. D. Professus dissoluti Monasterii Kaisersheim.

## *Parochiae Dioecesis Ratisbonensis.*

- 
- Abbach, R. D. Sim- Siess.  
 Abensberg, — Ant. de Roeckel.  
 Adlkofen, — Ignat, Brandmayer.  
 Aich, — Franc. Xav. Deutter.  
 Ainau, — Otto Baertl.  
 Allersburg, T. D. Ge. Jos. Hoenig,  
 Consil. eccl. act. ac Dec.  
 Altendorf, R. D. Ge. Kleber.  
 Altheim, — Jo. Gc. Valter Dec.  
 Appersdorf, — Andreas Hirn.  
 Appertshofen, — Andreas Forster, Dec.  
 Arnschwang, — Jo. Bapt. Hoepfl.  
 Atting, — Jo. Bapt. Linhard  
 Aufhausen, — Thom. Lehner.  
 Beutl, — Jos. Greiner, Prodec.  
 Biburg, — Jo. Carol. Nemmer.  
 Binabiburg, — Sim. Zohlbrucker,  
 Prodec.  
 Boebrach, T. D. Jo. Bapt. Grimm, Th.  
 D. Consil. eccl. act. ac Dec.  
 Bogenberg, R. D. Albericus Humel.  
 Brennberg, — Thomas Stangl, Benef.  
 Burglengenfeld, — Ant. Diepold  
 Camer.  
 Cham, — Jos. Pongratz Th. D. Dec.  
 Deggendorf, T. D. Ant. Heinrich  
 Consil. eccl. act.  
 Dieterskirchen, R. D. Georg Wild.  
 Dietldorf, — Ant. Merl.  
 Dinglfing, — Jo, Bapt, Prentner,  
 Dünzling, D. Math. Straubinger, Coop.  
 expos.  
 Ebnat, R. D. Jos. Hopf.  
 Eglofsheim, — Ignat, Strohmayer.  
 Eilsbrunn, — Jos. Treutinger.  
 Eining, — Jac. Raith.  
 Elsendorf, — Fr. Seraph, Nusser.  
 Englbrechtsmünster, — Fr. Jos.  
 Hamberger.  
 Ensdorf, — Henricus Bauer.  
 Ergolting, — Car. Walzl. fs. Th. Lic.  
 Ernsgaden, — Matth. Roess.  
 Eschlbach, — Jo. Bapt. Neussendorfer.  
 Eslarn, — Ge. Grillenberger.  
 Feldkirchen, — Ign. Angermüller.  
 Fichtlberg, — Wolfg. Senft.  
 Freiseniboldsdorf, — Nicol. Kaindl.  
 Furth Dec. Cham, — Petrus Poellath.  
 Gebrontshausen, — Joan. Rothenflue.  
 Geisenfeld, — Phil. Jac. Huber.  
 Geisenhausen, — Jos. Saller.  
 Geislhoering, T. D. Deochar.  
 Mayerhofer, Consil. eccl. act.  
 Geroltshausen, R. D. Jos. Class.  
 Gerzen, — Thom. Gumpenberger.  
 Gosseltshausen, — Fr. Xav. Wagner.  
 Gottzell, — Fr. Jos. Heindl.  
 Grafenwoerth, — Ge. Stauber.

- Griesbach Pal. R. D. Pancrat. Haertl.  
 Grosskonreut, — Jos. Reuner.  
 Gundertshausen, — Fr. Xav. Hirschberger.  
 Hagenhill, — Franc. Bergmayer.  
 Hahnbach, — Mart. Kotz.  
 Harlanden, — Petrus Raenkl, Benef.  
 Hatzkofen, — Petrus Mayer, Camer.  
 Hienheim, — Jo. Ge. Weigl.  
 Hirschau, — Petrus Prechtl.  
 Hittenkofen, — Andr. Leibenger.  
 Hoelsbrunn, — Wolfg. Traurig.  
 Hofdorf, — Henr. Baumer.  
 Hofendorf, — Petr. Dom. Wandl, Th. Lic.  
 Hohenthau Bav. — Car. Gebhard.  
 Iachenhausen, — Jos. Widmann.  
 Irsching, — Max. de Enhuber.  
 Kastl, — Frid. Kurz.  
 Kelheim, T. D. Jos. Socher. Th.D. Consil.  
 eccl. act. ac Dec.  
 R. D. Simon Zeilner Benef.  
 Kemnat prope Fuhrn, — Mart. Job.  
 Kirchberg, Dec. Dinglf. — Aloys. Riester.  
 Kirchberg, Dec. Schwandorf. — Jo. Bapt.  
 Kelch.  
 Kirchdorf, — Jo. de Deo Aertinger.  
 Kirchentumbach, — Fr. Xav. Leythaeuser  
 Dec.  
 Koetzting, — Seb. Krepper.  
 Kulmain, — Petrus Pedall.  
 Laaberberg, — Andr. Traeger, Philos. D.  
 Laaberweinting, — Ands. Ildeph. Holzward,  
 Ph. D.  
 Lam, — Stephan. Reinhold.  
 Langenehrling, — Aloys, Pchl, Camer.  
 Leiblfling, T, D. Jos. Friedel, Consil.  
 eccl. act.  
 Lindkirchen, — Andr. Fihrcr, Th.  
 Lic. Consil. eccl. act.  
 Lintach, R. D. Martin. Frank.  
 Lobsing, — Thom. Walcher.  
 Leiching, T. D. Adalbert, L. B. de  
 Bechmann.  
 Loitzenkirchen, R. D. Laurent.  
 Schieber.  
 Maehring, — Nicol. Tol. Domer.  
 Mainburg, — Jo. Ge. Würnetshofer.  
 March, — Mich. Hinterobermayer,  
 modo Par. in Rinchnach Dioec,  
 Passav.  
 Marienposching, — Ge. Deubl.  
 Mengkofen, — Laurent. Bauer  
 Benef.  
 Michlsneukirchen, — Andr. Mayer.  
 Mindraching, — Jo. Nep. Reitter I.  
 U. L. Dec.  
 Mockersdorf, — Ant. Schreiner Th.  
 D.  
 Mossbach, — Ant. Weinzierl.  
 Mosthan, — Jo. Ge. Hauser I. U.  
 Lic.  
 Murach, — Jo. Sim. Ainweg.  
 Naaburg, — Fr. Xav. Dobmayer,  
 Dec.  
 Neualbenreut, — Mart. Müller.  
 Neukirchen prope Schwandorf, —  
 Petrus Hirsch.  
 Neunburg, — Ge. Mich. Lederer.  
 Neustadt, — Franc. Xav. Weinzierl.  
 Niederhoecking, — Jos.

- Oberkoelnbach, D. Ant, Schormayer,  
 Commend. Ben.  
 Oberviechtach, R. D. Jo. Jos. Haertl, Th.D.  
 Camer.  
 Offenstetten, — Georg. Gerl.  
 Ottering, — Mich. Weber.  
 Paering, — Casp. Rauch.  
 Pappenberg, — Thadd. Thumser.  
 Pattendorf, — Mich. Mihrl Benef.  
 Perg seu Ettenstetten, — Fr. Jos. Ledermann.  
 Perkam, — Aloys. Kistler.  
 Pfaffendorf, — Aegid. de Praedl.  
 Pfoering, — Philipp. Reichmayer.  
 Ploessberg, — Georg. Kurz, Benef.  
 Pondorf, — Jos. Bened. Puchner Dec.  
 Pressat, — Ge. Andr. Widmann.  
 Pruck, — Ge. Zaech.  
 Puellach, — Franc. Jos. Roth.  
 Pürkwang, — Math. Scharff.  
 Pullenreut, — Ge. Koller.  
 Regenstauf, — Fr. de Paul. Püttner.  
 Riekofen, — Matth. Seitz, Camer.  
 Roding, — Ge. Winner, Camer.  
 Roetz, — Gabriel Schwarz.  
 Rohr, — Ant. Weigl.  
 Rottenburg, — Fr. Xav. Lautenschlager, Th.  
 Lic.  
 Rottendorf, — Andreas Hutzler.  
 Rotteneck, — Jo. Ev. Eggert.  
 Rudeltshausen, — Balth. Michl.  
 Ruemannsfelden, — Jo. Kastenauer.  
 Runding, R. D. Mich. Pamler.  
 Saal, T. D. Jos. Hintermayer Consil. eccl. ac  
 Camer.  
 Salach, R. D. Ant. Raeschmayer Camer.  
 Sandeltshausen, — Jo. Nep. Schmid.  
 Sandsbach, — Jo. Nep. Helm.  
 Schambach prope Riedenb. — Wilh.  
 Schroeck.  
 Schirling, T. D. Jos. Haering Th. Lic.  
 Consil. eccl.  
 Schlicht, — Fr. Ge. Sauer Th. Lic. Cons.  
 eccl. act.  
 Schmatzhausen, R. D. Jos. Ager.  
 Schnaittenbach, — Ernest. Dorffner Prod.  
 Schoenach, T. D. Heinr. Hauser I. U. D.  
 Cons. eccl. act.  
 Schoensee, R. D. Fr. Xav. Mayer.  
 Schwandorf, — Petr. Steiner Th. D.  
 Schwarzach Pal. — Seb. Sechser.  
 Schwarzhofen, — Andr. Meller.  
 Seebarn, — Ant. Pulling.  
 Semerskirchen, — Martin Hopf.  
 Speinshart, — Otto Boehmer.  
 Stadteschenbach, — Jos. Wittmann.  
 Stadtkemnat, D. Philipp. Koller Coop.  
 Stamsried, R. D. Jo. Ge. Winkler.  
 Steinbach, — Jos. Angermüller.  
 Sünching, — Jo. de Matha Auanger Dec.  
 Teugn, — Jac. Widmann.  
 Theurn, — Jo. Bapt. Maerkl.  
 Tieffenbach, — Jo. Ev. Schiessl.  
 Treitlkofen, — Sim. Stefflbauer.

Tunding, R. D. Petrus Bauer.  
Türschenreut, — Theodor. Senestrey. D. Jo.  
Bapt. Raith Coop.  
Vilsbiburg, R. D. Vitalis Danzer.  
D. Fr. Xav. Ernst, Coop.  
D. Ge. Falk, Supernum.  
Vohburg, R. D. Fr. Xav. Lettner.  
— Petr. Meindl Benef. Dec. ac Par. resign.  
in Pfaffenhofen.  
Waidenthal, — Max. Wolf.  
Wald, — Jos. Fischer.  
Walderbach, — Jos. Arbeiter.  
Waldsassen. — Godefrid. Hausn.  
D. Mich. Obermayer Coop.

Wallershof, R. D. Jo. Nep. Kolb.  
Weiding, — Ant. Hutschenreiter.  
Weiher, — Philipp. Müller, Th. Lic.  
Weltenburg, — Frid. Frank.  
Wernersreut, — Fr. Xav. Roetzer.  
Windberg, — Max. Stegmüller.  
Windischeschenbach, — Jo. Nepom.  
de Hortig.  
Winklarn, — Jo. Bapt. de Wisinger.  
Wisau, — Jos. Ge, Proels.  
Wolnzach, — Jac. Kaemel, Camer.  
Wondreb, — Jos. Klier.  
Wurz, — Englbert. Bauer.  
Wutschdorf, — Mich. Weingaertner.  
Zell, Dec. Cham. — Ant. Klinger.



**PRAEFATIO.**

Ratisbona Civitas sita est ad ripam dextram danubii ea parte, qua Reginus amnis ab Aquilone veniens in danubium mergitur. Illic stationem militarem habuere Romani, Castra Regina adpellatam, ut videre est in Codice Notitiae veteris Imperii; in fabula Theodosiana Reginum scribitur: in stationibus Antonini Regio. Locus haud dubie jata ed tempore clarus celebrisque, quod vel ex tabula memorata intelligi potest, quae figuram Urbis primariae sub nomine Regini depictam refert. Ex eodem amne Regino venit adpellatio vocis teutonicae Reganispurch, Regenespurch, Reginespurk, Regensburg; vocabulum latinae formae est Rhaetobona, quia erat caput Rhaetiae secundae, seu, ut Eugippius in vita S. Severini Noricorum apostoli scribit, secundarum Rhaetiarum, ex quo posteriores formarunt Radesbona, Radasbona, Ratispona, seu Ratisbona.

Rebus exinde mutatis, postquam exuto Romanorum et postea Alemannorum jugo Boii proprias habere duces coeperunt, sub francis Regibus ac Imperatoribus, aliisque, qui inde secuti sunt, Teutonicis haec Civitas tanto magis effloruit, antiqua Principum Regumque Sedes appellata documentis Civitas Regia, Curtis publica,

Locus regalis publicus etc. quippe splendido ornata erat Palatio, cujus in chartis regiis, quae isthic signatae sunt, frequens mentio isthic innumeri propemodum ac solemnissimi Imperatorum, Regum, ac Principum celebrati fuere Conventus, ut videre est in Chronico Gottwicensi Tomo I. Libro III. Num. XCVII. Aribo in Vita S. Emmerami sic describit Ratisbonam, Metropolim Bajoariae: „Radaspona urbs sectis constructa lapidibus in metropolim arcem gentis Bawariorum excreverat; in expugnatione difficilis, lapidibus quadris aedificata, ac turrium magnitudine sublimis, ac puteis abundans, cujus seprentrialem partem danubius proprio rigore vallavit."

Sedes Episcopalis Ratisbonensis primum posita fuit anno 697. ad sancti Emmerami Monasterium eodem anno fundatum, tali conditione, ut Episcopi non tantum potestatem in abbatiam et bona Monasterii haberent, sed ipsi etiam abbatiam gererent. Primi Episcopi ex monachis assumpti fuerant, inde alterna monachorum, et Canonicorum ad S. Petrum in Episcopatum simul et Abbatiam successio. Post annos fere trecentos a coepta Sede, scilicet anno 994. S. Wolfgangus abbatiam sancti Emmerami ab Episcopatu, ac bona sancti Enimerami et sancti Petri hucusque communia inter Monachos et Episcopos divisit. Ab obitu sancti Wolfgangi de hac ipsa divisione lites extiterunt, quae demum ita sedatae fuerunt, ut Monachi alterna in Episcopatum Successione exciderent, et Episcopi supremam in abbatiam et bona Monasterii potestatem exercerent.

*Confer. Marcus Hansizius S. J. in Prodro-mo de Episcopatu Ratisbonensi, fol. Viennae 1755.*

Wicterpum, Boium ac Duci Boiorum cognatum, ex genere, Agilolfingorum ortum, primum Sedis Ratisbonensis ordinarium Epum jam 697. fuisse, discimus ex Poeta Emmeramensi, dimidii saeculi IX. Scriptore, apud Mabillon. Analect. IV. 477.

*Haec Reginensis Sedes vocitatur ab urbe,  
 Quam rexit primo Wicterpus Episcopus ille,  
 Post alius, Gavibaldus qui nomine dictus,  
 Tertius Sigericus erat sacratus ad aulam,  
 Post hunc jam fuerat Sindbertus in ordine quartus,  
 Quintus Adaluuinus fuerat, Sedemque regendo  
 Post hunc Baturicus tenuit pius ordine Sedem:  
 Erchanfridus ovans sequitur hinc Pastor opimus.*

De Episcopatu Ratisbonensi nemo plenum hactenus opus edidit; nam ii, qui de hoc argumento hucusque scripserunt, destituti documentis historiam mancam, multisque inquinatam erroribus reliquerunt, Cum laude tamen nominandus est Laurentius Hochwartus, Juris Doctor, ac Ecclesiae Ratisbonensis presbyter Canonicus, qui Seriem Eporum Ratisbon. (quam edidit Oefelius in Script. rerum boic. I. 148 - 242. et quam etiam Hundius pene ad verbum, leviter duntaxat phrasi quandoque immutata, amputatisque nonnullis, quae ad Ratisbonensium Antistitum gesta minus pertinere videbantur, transfudit compilavitque in sua Metropoli Salisburgensi,) digessit sub Episcopo Pancratio anno 1539. Divisit Hochwartus Catalogum suum in Libros tres, quorum primus Episcopos illos amplectitur, qui aliunde Ratisbonam venisse, sed sine Cathedra et Successione perpetua fuisse traduntur, quos Arnolfus Comes de Voheburg, monachus ad S. Emmeramum Episcopos adpellat adventitios. Altero Libro descripsit Episcopos, qui Cathedram Eplem ordine tenuerunt a Gaubaldo usque ad Henricum primum anno 1155. demortuum. Liber tertius continet Episcopos, qui prioribus succedentes nec Cathedram, nec Sepulturam apud S. Emmeramum habuerunt, videlicet ab Hartwico secundo, usque ad Pancratium, sub quo Auctor scripsit. Reliquum supplevit Hundius usque ad annum 1580.

Simile quid jam ante Hochwartum molitus fuerat Conradus de monte puellarum, Canonicus et plebanus Ratisbonensis, e cuius Chronico excerptum Episcoporum Ratisbonensium Catalogum in lucem protulit Jo. Georg. Eccardus in Corp. hist. medii aevi II. 2243. Conradus primum Epum Rat. ponit Paulinum, et desinit in Conrado III.. anno 1296.

Alium Catalogum seu Chronicon Eporum Ratisbon, producit idem Eccardus II. 2253. qui orsus in Paulino pertingit ad Conradum IV. seu annum 1368. Auctor ejus est Anonymus quidam, qui tres diversos Catalogos Eporum a se visos adducit. Vetustior his est Arnolfus praepositus sancti Emmerami, Saeculi undecimi scriptor, Hic in rebus Ratisbonensibus maximae est auctoritatis et ob vetustatem et ob chartas et pitacia Coenobii sui, quibus usus fuerat. Scripsit libros duos de miraculis beati Emmerami, et de memoria Cultorum ejus, editos dudum ab Henrico Canisio Tomo II. antiquarum lectionum.

Maxime tamen Acta Episcoporum et Chronologia illustrari possunt per diplomata et chartas veteres, quo in numero praecipuum locum obtinent Codex traditionum sancti Emmerami, qui 824, traditiones complectitur, e quibus selegit Pezsius 206. et Anamodi Traditionum San - Emmeramensium Libri duo, qui in thesauro Anecdotorum Bernardi Pezii Tomo I. Parte III. integri typis excusi sunt.

Inter recentiores res Ratisbonenses pertractarunt Hieronymus Grienwaldus, Everhardus Wassenbergius, Epi Francisci Guilielmi Cancellarius, qui septem Tomos reliquit in Msc. Marcus Hansizius S. J. et clar. Auctor Chronici Ratisbonensis D. Carolus Theodorus Gemeiner, cuius continuationem omnes litterati, ac historiae patriae amatores magno cum desiderio exoptant.

Demum de Codicis hujus diplomatici Gesta Episcoporum Ratisbon. fideliter exhibentis instituto rationem reddere necesse erit;

a) Diplomata fere singula ex originalibus propria manu exscripta penitus a me intacta mansere, unica interpunctione excepta. Interim non quascunque veteres chartas, quae temporum edacitatem; evaserunt, eo minus recentiores omnes huic Collectioni inserui, secluis nulla memoria dignis, cum hmoi cumulus inordinatus oneri foret, non cruditioni.

b) De fontibus primariis seu Archivis, e quibus hausi, in tabula speciali ad finem Operis reddam rationem, ut cuivis diplomati a me exhibito fides vindicetur; usus etiam fui Monumentis boicis, Hundii Metropoli Salisburgensi, Oefelii Scriptoribus rerum boicarum, et praesertim Pezii thesauro Amecdotorum, collatis diligenter duobus Codicibus traditionum San - Emmeramensium originalibus cum Editione Peziana; chartis vero jam editis ob hunc solummodo finem (plerumque Regestorum adinstar) locum dedi, ut Collectio haec pro instituti modo integra sit quae etiam in .augmentum et ornamentum Historiae patriae deserviat.

Demum grato animo palam profiteor studium ac promptam benevolentiam Tit.

Dnorum Car. Theodori Gemeiner, Consil. Direct. provinc. Regio – Bay. ac Romani Zirngibl Consil. eccl. act. Regio – Bav. qui ex Archivis sibi creditis jam ante plures annos diplomata aliasque scripturas amica manu mihi subpeditare in delictis habuerunt.

Scribebam Ratisbonae die 15. mensis Novembris anno 1815.

**Series Episcoporum Ratisbonensium cronologica**

	coepit anno	Desiit anno	die
Wicterpus	697		
Gaubaldus	740	761	23. Dec
Sigericus	761		
Simpertus	768	791	29. Sept.
Adalwinus	791	817	12. Oct.
Baturicus	817	847	12. Jan.
Erchanfridus	847	864	1. Aug.
Embricho	864	891	14. Jul.
Aspertus	891	894	13. Mart.
Tuto	894	930	10. Oct.
Isangrimus	930	940	5. Febr.
Guntharius	940	940	8. Oct.
Michael	941	972	23. Sept.
S. Wolfgangus	972	994	31. Oct.
Gebhardus I., Filius Comitis Heriberti, Germani Ducis Sueviae Conradi	994	1023	27. Mart.
Gebhardus II., Comes de Hohenwart	1023	1036	17. Mart.
Gebhardus III., frater Imp. Conradi Salici.	1036	1060	2. Dec.
Otto, Comes de Rietenburg, hinc ex familia Burgggarviorum Ratisbon.	1060	1089	6. Jul.
Gebhardus IV., Comes de Hohenlohe	1089	1105	14. Jul.
Hartwicus I., filius Ducis Carinthiae Engilberti	1105	1126	3. Mart.
Chuno, seu Conradus I. antea abbas in Sigeberg prope Coloniam	1126	1132	19. Maii.
Henricus I. Comes de Wolfrateshausen	1152	1155	10. Maii.
Hartwicus II. Comes de Ballenstide	1155	1165	22. Aug.

	coepit anno	Desiit anno	die
Eberhardus, cognomento Suevus	1165	1167	24. Aug.
Chuno, seu Conradus II. de Raitenbuch	1167	1185	11. Jun.
Conradus III. de Laichling	1186	1204	23. Apr.
Conradus IV. Comes de Teispach et Frontenhausen	1204	1227	9. Apr.
Sifridus, Can. et Cantes Moguntinus	1227	1246	19. Mart.
Albertus I. Comes de Pitengau	1246	1260	10. Dec.
Albertus II. Magnus nuncupatus, Ord. Praedicat.	1260	1262	post Feb.
Leo, Tundorfer Patricius Ratisbon.	1262	1277	12. Jul.
Henricus II. Comes de Roteneck	1277	1296	25. Jul.
Conradus V. de Luppurg	1296	1313	26. Jan.
Nicolaus	1313	1340	11. Oct.
Henricus III. de lapide	1340	1345	post Feb.
Fridericus I. Burcgraf. Norimberg	1345	1368	
Conradus VI. de Haimberg	1368	1381	31. Jul.
Theodoricus, de Abensberg	1381	1383	5. Nov.
Joannis I. de Moosburg dictus, Nothus Ducis Bav. Stephani II.	1384	1409	25. Apr.
Albertus III. de Stauf.	1409	1421	10. Jul.
Joannes II. de Streitberg	1421	1428	1. Apr.
Erhardus, de Satelbogen, Electus	-	-	-
Conradus VII. de Susato	1428	1437	10. Maii.
Fridericus II. de Parsberg	1437	1450	28. Febr.
Fridericus III. de Plankenfels	1450	1457	24. Maii.
Rupertus I. de novo foro, Comes Palat. Rheni	1457	1465	1. Nov.
Henricus IV. de Absberg	1465	1492	26. Jul.
Rupertus II. Comes in Sponheim et Comes Pal. Rheni	1492	1507	19. Apr.
Joannes III. filius Electoris Palat. Philippi	1507	1538	3. Febr.
Pancratius, de Sintzenhofen	1538	1548	24. Jul.
Georgius de Pappenheim	1548	1563	10. Dec.
Vitus, de Fraunberg	1563	1567	21. Jan.
David, Koelderer	1567	1579	22. Jun.
Philippus, filius Guilielmi Ducis Bav.	1579	1598	18. Maii.
Sigismundus, L. Baro de Fugger	1598	1600	5. Nov.
Wolfgangus II. ab Hausen	1600	1613	3. Sept.

	coepit anno	Desiit anno	die
Albertus IV. L. Baro de Törring, Stein et Pertenstein	1613	1649	12. Apr.
Franc. Wilhelmus, Comes de Wartenberg	1649	1661	1. Dec.
Joannes IV. Comes de Herberstein	1661	1663	12. Jun.
Adamus, L. B. de Törring	1663	1666	16. Aug.
Guidobaldus a Thun	1666	1668	1. Jun.
Alb. Sigismundus, e sereniss. domo Bav et Landgrafiis de Leuchtenberg	1668	1685	4. Nov.
Jos. Clemens, filius Electoris Bav. Ferd. Mariae	1685	1716	12. Nov.
Aug. Clemens, filius Electoris Bav. Max. Eman.	1716	1719	2. Jul.
Joan. Theodorus, filius Electoris Bav. Max. Eman.	1719	1763	27. Jan.
Clemens Wenceslaus, filius Regis Polon. Frid. Augusti	1763	1769	+ 27. Jul. 1812
Anton. Ignatius, Comes de Fugger	1769	1787	15. Febr.
Max. Procopius, Comes de Törring	1787	1789	30. dec.
Josephus Conradus, a Schroffenberg	1790	1803	4. Apr.
Emmus ac Revmus D.D. Carolus, ex antiquiss. et illustriss. prosapia de Dalberg	1803		



**C O D E X**

*CHRONOLOGICO - DIPLOMATICUS EPISCOPATUS RATISBONENSIS.*

**S E C T I O I.**

*Complectens Monumenta a Saeculo VIII. usque ad finem Saeculi XI.*

**Num. I. circa annum 710**

Vetustissima Inscriptio aedis sancti Emmerami Episcopi et Martyris.

*Ex Bernardi Pezii Codice dipl. historico Epistolari 1729. P. I. pag. 6*

Hic corpus primum sancti requievit humatum  
Pastoris, Patrisque pii, nostrique Patroni  
Heimrammi, cuius meritis hic Signa patescunt,  
Quae Dominus sub honore suo patrare suëvit.  
Tunc in amore sui hanc aulam construxerat Irinc,  
Excellens Praeses Regis, summusque venator,  
Illius auxilio ut semper fungatur in aevo,  
Post finemque suum mereatur scandere coelum

**Num. II. Circa annum 740.**

Adalunc sancto Emmeramo suam haereditatem in Hronaga (Rain prope Straubingam) in praesentia Gauuibaldi Episcopi Ratisbon. donat.

*Ex Pezii Thesauro Anecdotorum T. I. Parte III. p. 81.*

Multis saeculi curis occupatis contigit, ut reliquerint coelestia sibi praevidere praemia, atque cogitantes perditura, perdiderunt perenniter mansura. Hoc ego Adalunc in mente pertractans videbatur mihi ut si Dei Sanctis aliquid de corruptibilibus substantiis contulisset, illorum intercessionibus animae meae profuissent. Propterea manu valida trado ad sanctum Dei martyrem Emmeramum haereditatem iuris mei in loco, qui vocatur Hronaga, quicquid ibi visus sum habere, vel parentes mei mihi dimiserunt. Haec sunt nomina manentium cum reliquis mancipiis: Nardolf cum coniuge sua, Hahuni cum omni substantia sua, Tetio cum omnibus suis, Alprih ut supra, Drasamunt sicut supra, Huolo cum substantia sua, Zeizholf cum omnibus substantiis suis, et cum caeteris aedificiis, cum campis, pratis, . silvis, aquis aquarumve decursibus; nullusque hoc frangere audeat. Quod si cuius mentem mala cupiditas stimulaverit, haec Dei Sancto auferre, primitus se incurrere iram Dei non ignoret et cogente iudice componat, sicut lex Baiuuariorum est, convictusque se male concupisse erubescat. Actum est hoc in praesentia Gauuibaldi Episcopi,\*) ubi Hruodmunt presbyter et Toto diaconus, nec non et Setky presbyter praesentes erant, et in praesentia filiorum eorum, quorum nomina sunt: Pasco, Helmuni, Heripert, Heidfolc, cum reliquis nobilibus Viris, qui testes fuerunt, Cundalperht filius Helmuni testis, Ratapald testis, Drudilo testis. Ego Taugolf presbyter\*\*) scripsi hanc traditionis causam.

**Num. III. Circa annum 770.**

Sindpertus Epus Ratisbon. tradit haereditatem suam in Sunnihinga et Piparbach Monasterio Niederaltacensi.

*Mon. Boic. XI, 17.*

„Sindbertus Episcopus tradidit hereditatem suam in loco, qui dicitur Sunnihinga, et Piparpah.”

\*) Tanquam Praesidis Monasterii, quod tunc cathedrale fuit.

\*\*) Monachus Notarius Gaubaldi Epi, ac deinceps Simperti et Adalwini Episcoporum.

**Num. IV. 776. 10 Julii.**

Sancto Emmeramo donatur locus Askituna ex confiniis austriacis.

*Pez I. c. 82.*

Regnante domino nostro Ihu Xpo in perpetuum, ego igitur Machelm compunctus divina misericordia .seu aeterna retributione trado et transfundo a die praesente locum nuncupantem Askituna, simul et omnia ad illa loca pertinentia ad Ecclesiam, ubi corpus sacratum, sci Emmerami iacet, pro remedio animae meae cum consensu Tassilonis. Haec sunt confinia donationis huius: a loco, qui dicitur Elinpoga h. e. in ripa vocante Aschaha,\*) tendente usque ad fluenta Antalanga, deinde usque ad rivulum nuncupantem Auuinpah: inde protenditur in summitate montis Hegiperc, et mediante illo monte usque ad Chezinhaha. Huc usque ad danubium prodenditur, et inde usque ad rivulum Heihinpah, indeque derivatur usque ad Cnagapah, admanente Suleginpah, et finitur ad iam dictum locum Elinpoga, conventionem facta cum Engilbaldo, simul cum fratribus meis, ut in locis supradictis quisquis ad supradictum Sanctum potestatem habuerit, ergo et in his locis similiter a die praesente principatum teneat, nec non et servum ibidem commanentem, nomme Adalolf cum familia sua numero X. trado et confirmo ad scuin Emmeramum a die praesente, nemine probibente. Isti sunt testes: Leodro, Megilo, Amo, Reginolf, Tarut, Aso, Uuicpot, Cotaperht, Engilpald, Antraat, Ellenhart. Acium est hoc in vico Aostarmuntinga VI. Id. Julii, anno XXIX. ducatus Tassilonis. Ego Kerhelmus presbyter scripsi.

**Num. V. 778**

Ab Heripreht donatur locus Hronaga ad casam constructam in honore S. Petri et S. Emmerami, idque cum licentia et anno Ducis Tassilonis XXXI.

*Pez I. c. 83*

In nomine domini et Salvatoris nostri Ihu Xpi. Ego Heriperht , dei famulus, tractans tractavi de aequissimo dei iudicio, qualiter contemnentes deum poenam incidunt, et qui Xpo adhaerent, vitam adi-

\*) Oppidum Austriae superioris ad danubium, uti patet ex reliquis adductis locorum nominibus.

piscuntur aeternam. Quam ob rem statui in animo meo, ut aliquid dei Sanctis conferam de haereditate mea vel parentum meorum, atque si cupidum cum laboribus adquisivi. Idcirco trado cum summi dei opitulatione et cum licentia ducis Tassilonis, quicquid habeo in Vico, qui dicitur Hronaga cum ipsa Ecclesia, ubi reliquiae sancti Mauricii cum gloria honorantur, seu et cum reliquis huiusmodi utensilibus, aedificiorum molibus, cum pratis, silvis et campis, aquis, aquarumve decursibus, pascuis, seu et mancipiis, quorum nomina sunt: Folchuni, Raathram, Aodalpald, Masco, Zeizilo, simul cum uxoribus, et cum omni suppellectile sua, simul et quicquid mihi de portione silvae iure paterno debebatur in loco, qui dicitur Linthart; omnia simul firmo ad Casam, quae constructa est in honore Sancti Petri, et Sancti Emmerami,\*) et si quis firmationem rumpere voluerit, a subsequentibus testibus non sinatur, Actum est hoc anno ducatus Tassilonis XXXI. indictione II. Isti sunt testes: Helmuni, Drudilo, Uualto, Aotperht, Hramperht, Pelilo; et ego Thaugolfus cum descriptione firmavi.

#### **Num. VI. Circa annum 787**

Opinus cum licentia Ducis Tassilonis sancto Emmeramo dat mediam haereditatem in insula Opinesaldaha, eamque Ratisbonensi Epo Simperto confirmat.

*Pez I. c. 84.*

In nomine domini dei Salvatoris nostri Iesu Christi. Ego Opi tractans de aeterna beatitudine, vel qualiter deum contemnescentes poenam incidunt, et deo confitentes vitam adipiscuntur sempiternam; ideo propter amorem caelestis regni et remissionem peccatorum meorum cum licentia Tassilonis et consilio parentum vel filiorum meorum pro memetipso, et pro decessoribus meis trado et confirmo ad S. Emmeramum dimidiam substantiam vel haereditatem, quam habeo in insula, quae dicitur Opinesaldaha. Haec traditio in primis facta in Ecclesia Sancti Petri in loco, qui dicitur Uuerid (Wörd infra Thumstauf,) ubi Monachorum est Congregatio, in praesentia subsequentium Aotkeri et Thaugolfi presbyterorum, et Struti diaconi, et Adalbaldi, et deinde coram Sindberto Episcopo ad Reganesburc renovata haec traditio. Quidquid enim ego Opi visus sum habere in

\*) Specimen antiquissimum de Titulo Sedii Eplis complexo

supra nominato loco, omnia simul tracllo ael supradictum Sanctum dei, curtem cum domo vel aliis aedificiis, cum pratis et campis, silvis et aquis, sive cum omnibus utensilibus ineis post meum obitum stabilitate perpetua firmentur ad iam dictum Sanctum cum 5. mancipiis, quorum nomina sunt Herileip et Amaldheid, Adalman et Plidhilt et Cundrud. Isti sunt testes: Uuiteol, Oscrum, Adalheri, Riholf, Engilperht, Meginolt, Zinzo. Ego Thaugolf piesbyter scripsi.

### **Num. VII. Circa an. 789.**

#### De fictitia Sedis translatione.

Mabillon. Annal. L. 26. n. 16. p. 303. haec habet: „Simpertus seu Sindbertus Ratisbonae humatur in S. Emmerami basilica, quam ex regia Pipini et Caroli munificentia plurimum amplificaverat. Huic Adalwinum successisse constat ex Versibus eo tempore editis, in quibus sextus ordine eius Urbis Epus recensetur. Is (Adalwinus) 791. Sedem Ratisponensem ab Ecclesia sci Emmerami extramurana iussu Caroli regis in S. Petri intramuranam basilicam transtulisse dicitur a recentioribus, quod praesulatu Simperti a Carolo factum fuisse tradit Arnolfus, ex Comite monachus, recentioribus longe praefendus author in L. I. de S. Emmeramo, "ubi Carolus Sedem Ratisbonensis Fpi a ducibus prioribus extra Urbem translatam ad basilicam S. Emmerami Martyris, beati Petri Ecclesiae intra urbis muros positae Sub Simperto Epo restituisse perhibetur.”

Ast Mabillonius deceptus fuit per corruptam Arnolphi editionem; nam novem Arnolphi lineae id asserentes deletae fuerunt, ruit ergo haec translatio Sedis Simperto Epo circa a. 789. attributa. Bibliotheca Emmeram. P. II. n. 515, p. 85. notat: "fraus ad oculum patet, quam iunior quidam anonymus in hunc Arnolphi Codicem commissit; cap. V. enim novem lineae a iuniore manu Saeculi XVII. ad spatium vacuum in membraneum folium adscriptae fuerunt, quae in aliis apographis Saeculi XIV. et XV. in nostra abbazia positae Msc. minime inveniuntur. Verba autem noviter inserta sunt haec: Hic (Carolus M.) inter caetera, quae regio more ac imperiali potentia constituit et ordinavit, ducem Tassilonem regno privans cum filio Diotone monachum esse compulit, nec non Sedem Ratisponensis Epi, a

ducibus prioribus extra Urbem translata ad Martyris videlicet S. Emmerami basilicam, intra Urbis eiusdem muros constitutae beati Petri apostoli Sub Simperto Epo restituit Ecclesiae; locum autem Martyris in patrocinium sui honestavit munificentia regali, subdens cum illi, qui ibi inthronizatus fuerat Sede Pontificali.,, Quae heic de exemptione adduntur, antiquitate plane carent, et correcto hoc Arnolphi loco, corruunt plurima, nisi aliunde probentur. Simpertus quidem beato Emmeramo basilicam novam amplioribus spatiis et propensiore sumptu construxit ac ornavit teste Arnolfo L. II. p. 133. ap. Basnag. sed quod in translationem Sedis consenserit, seu quod haec translatio revera facta fuerit, nullo antiquitatis testimonio probari potest. Ruunt igitur ea, quae Hansizius in Prodomo p. 64. attulit, et ruit responsio abbatialis in Dissertatione de ortu et libertate monasterii sci Emmerami p. 118. etc.

**Num. VIII. 791. 1. Sept:**

Helmuuinus tradit res suas in Hedinpah Sancto Emmeramo, in praesentia Sindperti Epi et monachorum.

*Pez I. e. 82.*

Divino oraculo, Sanctorumque praecedentium exemplis instigatus ego Helmuuinus cogitans cogitavi, qualiter vivunt aeternaliter, qui cum rebus corruptibilibus aeterna adquirunt sibi gaudia. Idcirco in honore dei trado et transfundo sancto Emmeramo, quicquid habere videor in loco Hedinpah, terram et prata cum silvis, aquis, aquarumve decursibus, cum omnibus utensilibus, cum mancipiis et pecoribus, et hoc ago, atque firmabo in praesentia Sindberti Episcopi, et monachorum sub crypta sancti Emmerami. Acta est haec traditio anno XXIII. regnante Augusto Karolo\*) die Kal. Septembris. Isti sunt testes: Aetuperht, Hruotaoz, Cundalperht filius meus, Immo, Caozperht, Cuniperht, Starcholf, Nidhart, Aogo, Aopi, iussusque a domino Sindberto ego Taugolf scripsi hanc traditionis Kartulam.

\*) Carolus magnus die VII. Idus Octobris regnum auspicatus est a. 768. Annus igitur eius XXIII. caepit 9 Oct. anno 790 et excurrit per annum 791 ad diem usque 9 Oct. Notabile autem, quod heic vocetur Augustus, haud dubie ob dignitatem, qua dudum fuerat ornatus, Patriciatus seu Consulatus Romani.

**Num. IX. 792. 22 Juli:**

Posco Ecclesiae Sancti Emmerami tradit proprietatem suam in pago danubii in loco  
Prama et Linthart, ad Sunichinga et Hronaga.

*Pez I. c. 84*

Plagarum densitatibus, iam multiplicatione crescentibus finis mundi atque interitus adpropinquare dinoscitur, hocque ego Posco animo meo revolvens cogitavi aliquid pro remedio animae meae vel parentum meorum dispensare ad Ecclesias Sanctorum de rebus perituris, ut per iliorum Suffragia peccata mea minuantur, et praemia dentur aeterna. Idcirco sacrosanctae Ecclesiae dei, quae constructa est in honore sanctorum, beati scilicet Emmerami et S. Georgii, caeterorumque Sanctorum in loco, qui dicitur Reganesburc, ubi vir venerabilis Adaluuinus Praesul esse videtur,\*) trado atque firmabo donatumque in perpetuum volo, quicquid mihi pater vel parentes mei dimiserunt in pago danubii in locis, quae dicuntur Prama et Linthart, ad Sunichingas et Hronaga, omnia ex integro trado, terram cum domibus et mancipiis silvis cum campis et pratis, aquis aquarumve decursibus, mobilibus et immobilibus, quicquid dici vel nominari potest, et ego usque dum vixero, spoliatus esse non debeo: post quoque meum discessum liberam habeat, qui praeest Ecclesiae, potestatem de hac re. Siquis vero, quod futurum esse non credo, ego ipse aut aliquis de cognatione mea hoc rumpere tentaverit, iram dei se sciat incurrere et cogente iudice auri libram cum 2. argenti ponderibus persolvat, et quod repetit, irritum sciat, quia sub testimonio nobilium virorum firmavi Sanctis Dei. Isti sunt testes: Ainhart testis, Peto testis, Lantfrid clericus testis, Uualtant testis, Uuanini testis, et in conspectu Monachorum, quorum nomina sunt Adalo, Taugolf presbyter, qui et hanc tradilionem scripsit, Mardhetin presbyter, Witupald presb. Addaleoz. Actum est hoc anno XXIII. regnante domino Carolo Rege francorum etc, XI. Kal. Augusti.

\*) En Monasterium S. Emmerami Epo subiectum, hinc cathedrale.

**Num. X. 794. 22 Febr. Ex originali.**

Caroli M. Diploma, quo Monasterio S. Emmerami quaedam prata confert cotitigua.

Carolus Gratia Dei Rex Francorum et Langobardorum et Patricius Romanorum. Quidquid enim ob amorem Dei locis Sanctorum venerabilium benevola deliberatione cedimus, vel condonamus, hoc nobis ad mercedem animae, seu stabilitatem Regni nostri pertinere credimus. Igitur notum sit omnibus fidelibus nostris, praesentibus scilicet et futuris, qualiter nos propter nomen Domini, et aeternam remunerationem, seu pro opportunitate Servorum Dei donamus ad Ecclesiam, quae est constructa in honore Domini nostri Jesu Christi, et Sancti Hemmerami Pontificis, et Martyris juxta muros Civitatis nostrae Reganesburgensium, quo pretiosum ejus requiescit Corpus, ubi est Congregatio sancta Monachorum, donatumque in perpetuum ad eundem sanctum locum esse volumus; id est: a parte meridiana ipsius Monasterii terram cultam et incultam; jugera ducenta, sexaginta et sex, et de prato in totum juxta fontem, cujus vocabulum est Urvarius, ubi potest colligere foenum Carradas quinquaginta octo. Est autem spatium longitudinis de sepegyro ipsius Monasterii posita usque ad ipsum fontem perticas decem pedas quadraginta XII. et de ipso fonte sursum in monte perticas centum XL. et septem, et supra ipso fonte habet in latitudine de via publica usque ad aliam publicam perticas centum quinquaginta, et in medio spatio de ipsa via publica usque ad aliam viam, noviter factam, perticas centura XL; juxta sepem vero Monasterii, ubi latissimum est, perticas ducentas, septem. Haec autem omnia, superius ccmprehensa et designata, salva justitia caeterarum Ecclesiarum Dei, sicuti nostra videtur esse possessio vel donatio, ad jam dictam casam Dei pro futura salute plenius concessisse, et in omnibus confirmasse cognoscite. Praecipientes ergo jubemus, ut Adaluuinus Episcopus, Rector ejusdem Cenobii,\*) sui que successores, qui fuerint Rectores antedicti Monasterii S. Hemmerami, vel Monachi inibi sub sancto ordine consistentes supra scriptam terram et prata per loca et confinia designata deinceps per hanc nostram auctoritatem, atque confirmationem perennibus temporibus ad partem saepe dictae Ecclesiae teneant, atque possideant, ita, ut Christo propitio in eleemosyna nostra ad ipsam casam Dei perpetua-

\*) In Originali locus „Adaluuinus Epus, Rector ejusdem Cenobii,, erasus, ac positum fuit „Apolouius abba\* et rector ejusdem Cenobii.,



liter proficiat in augmentis. Et ut haec auctoriis firmior habeatur et diuturnis temporibus Domino auxiliante melius conservetur, manu propria subter firmavimus, et annulo nostro sigillari iussimus.

Signum Caroli gloriosissimi Regis. (Monogramma.)

Ercambald ad ticem Radonis.

Dat. VIII. Kal. Martii, anno XXVI. et XX. Regni nostri. Actum super fluvium Moin in loco nuncupante Franconofurd in. Dei nomine feliciter amen.

*Sigillum interius impressum illaesum extat.*

**Num. XI. Circa annum 802. 4 Aug.**

Adaluinus Epus Ratisbon. tanquam Missus Caroli Augusti cum Arnone Archiepo Salisburgensi dirimit litem inter Irminfridum, et Attonem Epum frisingensem.

*Vid. Meichlbeck hist. frising, I. 87*

**Num. XII. Circa a. 802. 4 Aug.**

Idem Epus Adaluinus inter Attonem Epum frising. eiusque advocatum Lantfridum ex una, et alium Lantfridum ex altera parte dirimit litem.

*Vid. Meichlbeck I. 88*

**Num. XIII. Circa a. 803. 11. Jun.**

Engilfrida Sanctimonialis coram Epo Ratisbonensi Adaluino agit Ratisbonae contra Epum frisingensem Attonem.

*Vid. Meichlbeck I. 90.*

**Num. XIV. 808. 14. Octobr.**

Wirut, Gisilmar et Wentilmar sancto Emmeramo in praesentia Adaluuini Epi  
donationem ad Vischaha factam confirmant.

*Pez I. c. 86*

In christi nomine. Cogitando cogitavimus vitam istam et vitam, quae post istam  
sequitur, plabuitque nobis, ut cum rebus vitae huius partem adipisceremur aeternam.  
Idcirco tradimus et firmiter firmamus ad S. Emmeramum pro remedio animarum  
nostrarum et patris nostri Elis, commarchiam nostram in loco, qui dicitur Eolvespah  
usque ad Vuisaha, indeque usque ad Uuintarpah, et inde tendens usque ad duos tumulos,  
et usque ad supradicta loca Avarorum (i. e. Austriae). Isti sunt testes: Sacco, Hamadeo,  
Sahmar, Hitto, Uualtheri, Geruvin, Meginhart; et alia die firmata est haec traditio coram  
Aodulfo Comite (et Ratisbonae Praefecto), Cotaramo Comite, Anto, Arnolt, Eto,  
Meripoto, Plidker, Uuitraat, Helmrich, Kerperht, Cotahram, Ambricho, Crumpald,  
Eparhart, Utto, Husuuart, Iustus, Adalo, Poppo, Immo, Billunc, Unroh. Firmamus autem  
nos hanc traditionem ego Wirut, et Gisilmar, et Uuentilmar in Ecclesia sci Emmerami in  
praesentia Adaluuini Epi, offerimusque servum nostrum cum omnibus utensilibus suis  
nomine Gereloh. Facta est haec traditio anno VIII. Augusti Karoli, XVIII. Kal. Octobris,  
et ego Thaugolf presbyter scripsi.

**Num. XV. 810.**

Adaluuinus Epus Ratisbon. qua abbas Coenobii sancti Salvatoris suscipit donationem  
Comitis Ekkeberti.

*Pez I. c. 200.*

Igitur in dei nomine ego Ekkibertus per misericordiam Dei Comes pro remedio animae  
meae, et remissione peccatorum meorum, ut in futurum veniam consequi merear  
aeternam, tradidi atque vestivi Vassum meum Deotpertum, qui manere videtur in pago,  
qui dicitur Folcfeld, (in quo sita hodie Bamberga,) de rebus proprietatis meae, quas  
habere visus sum in pago, vocabulo Rongew (confini pago Volkfeld,) infra ipsum  
heremum, quicquid mihi in eodem loco traditum fuit, ubi duo flumina, quae vocantur  
Piparodi (Pipera et Rota) confluent, ut ipse supra dictus meus missus Deotpertus  
easdem

res, quas praedixi, cum omnibus integris ad Monasterium sancti Salvatoris (Schwarzachense), quod est constructum iuxta fluenta Radantia, ubi in dei nomine Adaluuinus Episcopus ceu Abba praesesse videtur, pro animae meae remedio tradidisset atque revestisset de eadem re Adaluuinum Epum; tunc Deotpertus venit vassus atque missus Ekkiberti Comitis ad idem Coenobium, quod Adauuiinus Epus gubernare videretur in pago, qui dicitur Suualavelda, et eandem rem tradidit, atque Fridaberdus consocius eius exinde fideiussor extitit secundum legem eorum, astantibus his, quorum haec nomina sunt: Erchanloh, Muniholl, Herimot, Reginfrid, Leidrat, Adelprebt, Gisalfrid, Pernger, Wolfhart, Herirat, Wico, Altuni, Irminfrid, Haldpurinc, Amalger, Einhard, Egilbreht, Rihpold, Otrid, Adalam, Gisalpreht, Meginhart, Meginfrid, Deotolf, Sigibart, Engilhart; hi viderunt et audiverunt hanc traditionem factam atque eandem vestituram Adaluino Epo.

Postea venit Adaluuinus Epus ad eundem locum, vocabulo Piparodi unacum testimonialibus suis, et interpellavit Deotpertus de eadem re Adaluuinum Epum, et Erchanlohum advocatum suum revestivit coram testimonialibus, quorum nomina supter inseruntur, cum omnibus aedificiis, casis, terris, campis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, mobilibus et immobilibus, molendino, et quicquid in eo loco de re propria habere videbatur. De commarea vero ex orientali parte usque in commarcam Deotkarii abbatis, australi etiam parte usque in commarcam Gundberti, ubi ipsi signum fecerunt et perrexerunt in commarcam Gundberti, et contradixit Gundbertus Adaluino Epo et Deotperto partem quandam inter flumina duo, nomine Piparodi, et postea consideraverunt Gundbertus, et Hurih, atque Gozmar, et partem, quam contradicebant, ad S. Salvatorem pro illorum animae remedio tradiderunt; parte meridiana milliaria 3. aquilone milliaria 2. facta vero vestitura venit Odiluuart cum duobus filiis suis Paezirone atque Reginuuarto, et cum aliis, quonim nomina sunt, Reginhoh, Arpbert, Adalolf. Haec nomina testimonialium, qui hanc vestituram factam viderunt: Nappuhi, Hunrih, Gundperht, Gozmar, Fridaperht, Otrih, Heriuuic, Rantuuic, Rodfrid, Petto, Peronzan, Frohnolf, Kipiho, Eccho. Facta autem est anno domini incarnati 810. in ipso loco, qui dicitur Piparodi.

**Num. XVI. 814. 10 Martii.**

In praesentia Adaluuini Epi Geparoh et Atto sancto Emmeramo quaedam in vico  
Leihilinga donant.

*Pez I c. 86*

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Nos itaque in dei nomine Geparoh, et Atto presbyter filius meus tradidimus Ecclesiam haereditatis nostrae ad sanctum Emmeramum, quae constructa est in Vico nuncupato Leihilinga, in pago vocabulo Tonahgeuui, pro redemptione animarum nostrarum sive parentum nostrorum, et donavimus tertiam partem de omnibus rebus, quascunque in eodem loco possidemus, tam de terra, quam de pratis, et omnes facultates nostras, nihilque extra dimisimus, ut ad aeternum gaudium venire mereamur. Volo autem ego Geparoh, ut Atto filius meus presbyter ipsam Ecclesiam possideat usque ad obitum vitae suae; simili modo et reliquas res habeat, hoc est tertiam partem haereditatis nostrae, quam superius praediximus, et post obitum ipsius revertat cum omni re emeliorata ad partem sci Emmerami martyris Christi, sicut modo coram testibus confirmamus : Etkeo testis, Pillune, Aotperht, Tutti, Uuolfperlit, Crimperht, Lirnunc, Madalker, Epo, Iob, Etkihart, Sigihart, Cummar, Cottahelm, Erchanfrid, Uuolfpald, Cunfrid, Hugolf, Paradeo, Alpuni, Irminperht, Folraat, Rodperht, Etkideo, Reginhart, Reginheri, Cundpald, Eginno, Eckolf, David. Acta est haec traditio anno domini 814. et I. domni Imperatoris Ludouuici Aug. (Pii, Filii Caroli Magni) VI. Idus Martii, Indictione VII. ante altare S. Emmerami in praesentia Adaluuini Epi; et ego Ellenhardus diaconus per iussionem domini mei scripsi.

**Num. XVII. 814. 21. Septembr.**

Adalwinus Epus haereditatem in Pinsinga ab Abbone Sancto Emmeramo seu Sedi  
Episcopali donatam eidem dat in feudum vitalitium.

*Pez I. c. 5.*

In nomine sanctae Trinitatis, Patris, et Filii, et Spiritus sancti: Precaria sive Prestaria,\*)  
quomodo convenit inter Adaluuinum Epum

\*) . Olim solebant bona Ecclesiis tradi tum pietatis, tum securitatis, tum et immunitatis  
causa cum pacto, praestandi ea donatorii in beneficium ad dies vitae.

et Abbonem; post ipsam traditionem Abbonis, quam fecit ad S. Emmeramum, hoc est in Vico nuncupato Pinsinga proprias res haereditatis suae tradidit nemine in aliquo vel minimo contradicente. Convenit inter eos, hoc est Adaluuinum Epum et Abbonem, ut deberont conscribi duae pares Epistolae unius modi, et Abbo unam, aliam vero ipse Pastor haberet Epistolam i. e. Precariam ita, ut nullus post obitum Abbonis, vel Adaluuini Epi ipsius tradita res sancti Emmerami iniuste abstrahere ab illa casa dei potuisset, sed potius firmiter consisterent pro Abbonis animae remedio ad sanctum Emmeramum cum omnibus rebus, quae in ipsa carta traditionis denotatae sunt, tam Ecclesia, quam domus et mancipia; terra vero et quicquid in eodem vico iuris sui possedissee videbatur, omnia ipse Abbo ad dies vitae suae pro beneficio ipsius Epi uti debet. Placuit etiam inter ambos, ut post exitum Abbonis vilae tam ipsum beneficium, quam et aliae res, quas in ipsa Villa possedit, pleniter cum omnibus, ut praedictum est, ad sanctum Emmeramum pro animae suae remedio revertatur. Quidquid vero illud est, quod Abboni ipse Adaluuinus Epus donando beneficiavit, hoc habeat ad vitae praesentis utilitatem ita tamen, ut post suum excessum omnia ad eundem sanctum Emmeramum pleniter cum beneficio illo et causis, quas dabit ipse Abbo pro se, constituatur, et ipse Abbo nunquam ex istis rebus exspolietur, sed hoc modo .confirmatum domino .concedente maneat ia perpetuum.

Signum Epi Adaluuini, qui hanc precariam fieri rogavit.

Signum Wolfgangi Chorepi.

Signum Wierammi Praepositus

Signum David Presbyteri.

Signum Abbonis.

Signum Gozhelmi Presbyteri.

Signum Wicrammi Presbyteri.

Signum Richolt Presbyteri.

Signum Rudhart Presbyteri.

Signum Herolt Presbyteri.

Signum Erimpreht Presbyteri.

Signum Hartpreht Presbyteri.

Signum Ifanfrid Presbyteri.

Signum Engildeo Presbyteri Signum Gerheri Presbyteri.

Signum Paturich archi-presbyteri.

Signum Richhelmi archi-diaconi.

Signum Immonis advocati.

Signum Crimuni, signum Rihpald, signum Oni, signum Wolper.

Facta est haec Confirmatio XI. Kal. Octobris in Ecclesia sancti Emmerami in ipsa Vigilia, anno II. imperii Hludwici Augusti.

**Num. XVIII. 814. 28. Octobr. Ex Diplomatario:**

Traditio Richpaldi Abbatis cuiusdam facta sancto Emmeramo.

In Nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Igitur in Dei Nomine ego Rihpaldus Abbas tradidi haereditatem meam, quam habui ad Sezpah et ad Niuuinhuson in manus Abbonis, et Engilmonis, et Isandeonis, et Paldrici, et Ratolfi, et Anoni; ut si ego mortuus fuisset in isto itinere ad Palatium eundo, tunc ipsi viri haec omnia pro anima mea ad S. Emmeramum tradidissent, petoque Adaluuinum Episcopum vel ejus successores, ut haec duo loca, id est, ad Sezpah, et ad Niuuinhuson semper ad S. Emmeramum seruiant, et nemini in beneficio donentur, et manentes ipsi non mutentur, sed maneant in locis suis et ipsa mancipia. Defuncto vero Rihpaldo Abbate, venit Abbo, una cum Paldrico et Ratolfo, similiter et Anno ad S. Emmeramum, et eandem traditionem, quain Rihpald Abbas in eorum manus posuit, tradiderunt S. Emmeramo pro Rihpaldi Abbatis animae mercede aeterna, et vestierunt casam S. Emmerami de omnibus, quaecunquae tradiderunt, id est, manentes XIV. ad Sezpah; ad Niuuinhuson IV. cum mancipiis et domibus, curtes similiter et terras campis, silvis, pratis, pascuis, aquis, mobilibus et immobilibus. Omnia culta vel inculta; omnia. Nihil praetermisit Rihpald excepto hobas III. quas concambiavit cum Meginhardo Abbate; hoc tantummodo praetermisit. Et ideo ego Rihpald tradidi hoc in tam multorum manus hominum, id est sex hominum, ut quicumque ex his voluissent, tam unus, quam duo, sive tres, seu omnes simul ad Sanctum Emmeramum tradendi liberam potestatem in omnibus habuissent. Post haec vero venit Abbo, et Paldrih, et cum eis Ratolf et Ano, et vestierunt Immonem advocatum Adaluuini Epi et Vuicrammum Presbyterum et Praepositum de his duobus locis, hoc est, ad Sezpah et Niuuinhuson, et concessa sunt haec loca. Ad Sezpah sedebat Ratolf Monachus cum servis Domini Episcopi Adaluuini; ad Niuuinhuson Vuicrammus Prae-

positus. Precabatur etiam Ribpaldus Abbas ad Adaluuinum Epum, ut in ipsa Marca una Ecclesia fabricari debuisset, hoc est, ad Sezpah, et ibidem posuisset aliquem Sacerdotum, qui ibidem cantet, et cum omnibus S. Emmeramo serviret. Praesentium Nomina, qui viderunt: Erchanperht Diaconus, Reginperht Diaconus, Vuelto Clericus, Heriperht Clericus, Pillunc, Frumolt, Cunthart, Paldmot. Ad tumulum S.Emmerammi factum est hoc. Isti sunt, qui viderunt, quod Rihpald tradidit in manus Abbonis et aliorum, quod supra diximus, haereditatem, suam: Gerhart, Liutperht, Engilperht, Pillunc, Ogast. Haec sunt Nomina testium, qui per aures tracti sunt: Chuniperht, Ambricho, Pillunc, Immo, Grimuni, Fridoperht, Erchamperht, Hadamar, Gerpald, Toto, Siphho, Vuollpero, Adalrih, Vnolz, Huno, Altiperht, Hegilo, Vuiclant. Facta fuit haec traditio ad Cundareshuson AnnoDCCCXIV. Incarnationis Domini Nostri Jesu Christi; Anno secundo imperii Domini Hludouuici August. Indict. VII. V. Kal. Nov. die Dominico. Facta vestitura ad S. Emmeramum die lunae, quod est XII. Kal. Decemb. in ipsa Ecclesia S. Emmerami. Ellinhart Diaconus jussus a Domino meo Adaluuino Episcopo ipsam traditionem scripsi.

**Num. XIX. 815, 3. Decembris. Ex Originali:**

Ludovici pii Imperatoris Mundiburdium concessum Monasterio Bergen in pago Tunahgowe, postea ad veterem Capellam speclanti.

In nomine domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, Hludouuicus divina ordinante providentia Imperator Augustus. Si Sacerdotum ac Servorum Dei petitiones, quas nobis pro necessitatibus suis innotuerunt, ad effectum perducimus, non solum consuetudinem imperialem exercemus, verum etiam ad beatitudinem aeternae retributionis talia nobis facta profutura confidimus. Idcirco notum sit omnibus fidelibus nostris tam praesentibus, quam et futuris, seu etiam Successoribus nostris fidelibus sanctae dei ecclesiae, quia Sigihardus vir venerabilis abba ex monasterio, quod est situm in loco nuncupante Berg constructum in honore domini et salvatoris nostri Jesu Christi in pago Donahgouue obtulit obtutibus nostris Immunitatem domini et genitoris nostri Karoli bonae memoriae praestantissimi imperatoris, in qua continebatur insertum, qualiter antecessor ejus nomine Uuolcanardus quondam abba, eoquod monasterium in suo construxisset proprio et rebus propriis ditasset, et postmodum ipsum monasterium cum

omni integritate eidem domno et genitori nostro per strumenta cartarum tradidisset et idem domnus imperator ipsum monasterium propter divinum amorem et reverentiam divini cultus sub plenissima defensione et immunitatis tuitione consistere fecisset, ob firmitatem tamen rei postulavit nobis praedictus Sigihardus, ut paternum morem, sequentes hujuscemodi nostrae immunitatis praeceptum ob reverentiam ipsius sancti loci et aeternae retributionis fructum circa ipsum monasterium fieri censeremus: cujus petitioni libenter adquevimus et ita in omnibus concessimus, atque per hoc praeceptum nostrum confirmavimus. Qua propter praecipientes jubemus, ut nullus quislibet ex judiciaria potestate in Ecclesias aut loca vel agros seu reliquas possessiones memorati monasterii, quas moderno tempore juste et rationabiliter infra ditiones imperii nostri possidet, vel quae deinceps in iure ipsius sancti loci voluerit divina pietas augeri ad causas audiendas vel freda exigenda aut mansiones vel paratas faciendas aut fideiussores tollendos aut homines eiusdem monasterii tam ingenuos, quam servos super terram ipsius conmanentes iniuste distringendos, aut ullas redhibitiones aut inlicitas occasiones requirendas nostris et futuris temporibus ingredi audeat, vel ea, quae supra memorata sunt, paenitus exigere praesumat, sed liceat memorato abbati suisque Successoribus, res praedicti monasterii sub immunitatis nostrae defensione quieto ordine possidere, et quicquid exinde fiscus sperare poterit, totum nos pro aeterna remuneratione praefato monasterio concedimus, ut in alimonia pauperum et stipendia servorum ibidem deo famulantium perpetuo proficiat in augmentis, quatenus servos dei, qui ibidem deo famulantur, pro nobis, coniuge, proleque nostra, atque stabilitate totius imperii nostri a deo nobis concessi atque conservandi iugiter domnum exorare delectet. Et ut haec auctoritas firmior habeatur et per futura tempora melius conservetur, manu nostra subter firmavimus, et anuli nostri impressione signari iussimus.

*Signum Hludowici Serenissimi Imperatoris. (Monogramma.)*

Durandus diaconus ad vicem Helisachar recognovi et ff.

Data III. Nonas Decembris anno Christo propitio secundo imperii domni Hludouuici piissimi augusti, Indictione nona, Actum Aquisgrani palatio regio in dei nomine feliciter amen.

*Sigillum interius impressum magna ex parte est avulsum.*



**Num. XX. 819. 14. Decembris.**

Baturicus Epus Suae Ecclesiae vindicat Marcam ad Champa, a Duce Tassilone restitutam.

*Ex Anamodi Tradit. Libro I. Cap. III. Pez I. c. 201.*

Anno dominicae incarnationis 819. et sexto Imperii Hludouuici Augusti, ac tertio Epi Baturici, venit Baturicus Epus ad Chambe, ubi Cella (Monasterium parvum) ipsa constructa est super flumen, quod Regan dicitur, inter duas aquas, id est inter Geuuinaha et Marclaha, et habebat secum Rodoldum venatorem, nec non et Pettonem, vicarium scilicet et missum Hattonis Comitis nomine Hiltirochum, quem ipse Hatto miserat ad eundem Chambe locum, ut audiret, qualem ipse Epus cum illis vicinis haberet rationem, qui commarcam sancti Petri apostoli et beati Emmerami martyris iniuste sibimet usurpauerunt. Venerunt etiam et illi, qui iniuste eandem commarcam ultra, quod debuerant, extirpauerunt contra legem, hi sunt Ratpreht, Scurz Engilmunt, Tago, Rihhart, Liupger, Meco. Et coepit Epus Baturicus inquirere ipsam commarcam totam per omnia, quemadmodum eam Tessilo dux (Bajoariae) renovans anterioris (patris sui Odilonis) traditionem beato restituit Emmeramo (i. e. Sedi Epli) pro sua suorumque anima parentum. Et cum hinc et inde plura loquerentur tam qui iniuste possessam et tanquam praeceptam eandem habuerunt, quam hi, qui iterum beato Petro et sancto Emmeramo justitiam suam cupierunt juxta legem Baioariorum, surrexit Baturicus Epus, et Rodolt cum Pettone et Hiltiroho, et venerunt primitus contra Occidentem ad illam stirpem, quam Geuuinahare iniuste usurpatam habebat, usque ad ipsum rivum Geuuinaha, et ibi dixit Rodolt et Petto quod commarca Baturici Epi debuisset esse ad illam domum dei contra meridiem sursum juxta rivum usque ad illum locum, ubi ipse rivus exoritur, et inde Rodolt et Petto duxerunt Baturicum Epum contra orientem usque ad Marclaha, et dixerunt, quod commarca ipsius Epi Baturici deberet venire in medium rivum, hoc est in Marclaha; et inde duxerunt eundem Epum, ubi ipserivus in eodem monte oritur, et dixerunt Rodolt et Petto: Ista commarca debet esse per istum medium montem Posun, id est de eo loco, ubi Marclaha in Regan fluvium cadit, usque ad jam dictum locum contra meridiem, et deinde per medium montem 'in orientem usque ad eum locum, ubi ipsa Geuuinaha exoritur; et inde in orientali parte ipsius aquae usque ad flumen Regan, ubi ipsa Geuuinaha introit w Regan. Tunc dixit

Rodolt et Petto: Nos audemus hoc dicere et confirmare, etsiamsi fuerit coram domino Imperatore, quod ista omnis commarca, sicut hunc eundem Epum Baturicum circumducentes consignavimus, debet consistere cum omni justitia ad sanctum Petrum et sanctum Emmeramum in traditione ducum, qui istam patriam possederunt.

Haec sunt nomina eorum, qui audierunt rationem istam, et cavallicaverunt (circum equitaverunt) illam commarcam et fuerunt in ista pireisa — itinere — die Mercurii 19 Kal. Jan. Baturicus Epus, Uuelo presbyter et Monachus, David presbyter et Monachus, Folrat presbyter, Cooperht presbyter et Monachus, Hunrih Monachus, item Rodolt, Petto, Hiltirob, Immo, Paldram, Pilinc, Meiol, Fridaperht, Welagrim, Cotaperht, Avo, item Cotaperht, Amalperht, Radholf, Irminolf, Paldrich, Irminperht, Mauri, Waltrih, Unlaz, Cunzo, Folchuni, Ogast filius Pettonis, Uuillibato, et caeteri plurimi. Elinhart scripsit.

**Num. XXI. 821. 2 Dec. Ex Diplomatario:**

Sigifridus abbas ad Ilmam quaedam loca et Ecclesias cum colonis et mancipiis sancto Emmeramo, — ubi venerabilis vir Baturicus Abbas et Episcopus praesens Rector esse videtur, — tradit, ea tamen usque ad mortem suam in beneficio habiturus.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Dum nos divina Clementia in praesenti seculo gubernat, oportet, ut de futuro etiam cogitemus, ac dum in nostra potestate res nostrae constare videantur, eas ob amorem Dei ad loca Sanctorum manu et voluntate propria condonemus, ut, cum pius examiner in Judicio venerit, exinde mercedem habeamus. Quam caduca enim sunt hujus vitae tempora, quamque cito finiuntur! Ego indignus servus servorum Dei, Abbas Sigifridus mente, ac corde pertractans, inscius, quid ventura pareret dies, subito animo incidit, ut salutem animae meae, patris, nec non et genitricis, caeterorumque, quorum datione et auxilio locus idem constructus esse cernitur juxta flumen Ilma in Dei amore, et B. Benedicti, trado ad Sanctum Hemmeramum propria mea, quae haereditario jure mihi successerunt, hoc est: primitus ad Hlutirinbach (modo Lautterbach prope Geisenfeld) Ecclesiam cum curte, et domo, et omni aedificio, cum manentibus et singularibus mancipiis, cum terris, silvis, pratis, pascuis, aquis, earumque decur-

sibus, quicquid etiam dici potest, tam cultum, quam incultum, Item Beffonem, et uxorem ejus Mezhildam, Balduinum, et Kersunidam ejus uxorem simul in uno domo manentes, per meae manus dationem cum mancipiis suis Wunigodo, Mezhildam, Hittam quoque, ac Bobilam contrado ad S. Hemmeramum, ubi venerabilis vir Baturicus Abbas et Episcopus praesens Rector esse videtur. Item Elilandum cum uxore sua Rutruda, Vvaalthadam, Viam, et Folchildam, cum omnibus ad se pertinentibus simili modo condono, tertium adnectens manentem Rihbertum nomine, et Odilam uxorem ejus cum mancipiis his: Alla, et Meginraat, item Alla. Quartum etiam dono, nomine Biubgisum et Brunhildam, Hrudhardum, et Vuolfmotam. Quintum vero, nomine Vuolfbertum, et Deothildam uxorem ejus, similiter, ut supra notatum est, cum mancipiis his: Asila, Drudolf, Fastmunt, ad praefatum locum condono. Ceizfridum quoque, et Tagabirgam uxorem ejus; nec non Vuolfhardum, et Asilam, et Rhifridum. Septimum vero Berittgisum et Vuolfburgam uxorem ejus, nec non et Vuestrahiltam. Octavum vero Ebarhardum, et Deothildam uxorem ejus, atque Bumannum, Bettam, Vuolfbrinnam, et Vualtbrinnam. Nonum quoque Berthridium cum uxore sua Berhtheida, nec non et Vuschmundum, Hortholfum, et Vuolfihildam cum omni posteritate sua. Decimus vero est Albuni, et Irphila uxor ejus, Werinris, Adalfrid, Rihsuuind, Mahtleip, Rhifrit. In undecima domo est quidam ingenuus Faber, Afbaldus nomine, cujus uxorem et infantes donamus. Nomen uxoris Kisa, et infantes sunt Liubuni, et Engilburc. Sed et nomina mancipiorum intra domum haec sunt: Rihheri, Herirat, Adalfrih, Ruodmund, Albrih, Meginheri, Fatuni, Cundheri, Wolfperht, Rihhart, Adnheri, Rantuuic, Ostheri, Vualthart, item Denegio, Denchila, Atta, Berhtflat, Liuplind, Harcmot, Adalhilt, Hasnat, Aotunh, Albuniz, Frideric, Haatburc, Suidburc, Amalhrud, Berhuuar, Liupdrud, Rathrud, Randni, Suanahilt, Adalburg, Roduuar, Etkilind, Vuentilsuuind, Bertha. Item etiam, ut supra, trado ad Bevinhuson Ecclesiam cum domo, et curte, et omni aedificio cum manentibus seu mancipiis. Primum Liubrandum, et Reginhiltam uxorem ejus, Erinbertum, Vueribertum, atque Rihswindam; item Ecotmarum et Adalrinam uxorem ejus, Bunno, irem Adalbirin; item Vuinibaldum, et Vuillihiltam, Vuoltmundum quoque, et Cunduuaram uxorem ejus una cum his: Vudamot, Hermot, Adalfrid, Aotlind, Berani, Batahilt, Mereburc. Similiter Engiradum, et Erchandrudam uxorem ejus, et Rihhiltam, Henricum quoque cum

dmni possessione sua, cujus tamen uxor non est mea. Infra vero domum sunt haec mancipia: Adnfrid, et uxor ejus Irmintrud, Atto, Erih, Nidrih, Niphthart, Cundolf, Tatila, Albni, Reguuhi, Bertihart, Herhi, Sumuni, Ludegis, Kisalmot, cum omnibus, quicquid in eodem jam dicto loco videor possidere eodem modo, ut superius per omnia sunt comprehensa. Similiter ad Ilme vico trado Ecclesiam cum his, qui adjacent absque domo, per omnia, ut supra, id est: Berafridum, et Engilwiham, nec non et Erpholdum, Deotwiham quoque et Rihdrudam; item Vuoldolfum, et uxorem ejus Beraniam una cum Vuichario, Reginhildam, et Rihhartum, Vuillihadum quoque et uxorem ejus Rodlindam, atque Sigifridam, et Ablindam; nec non et Holfum, et Hittam uxorem ejus cum Vuolfhario et Totila. Ad Rodgeltingam vero similiter Ecclesiam cum domo et omni aedificio, mancipiis, et manentibus, id est: Vuolfbero, Adalhilt, Vuolfirmunt, Ratliub. Item Reginhelmum, Kerhardum, Reginhel, Frewihib. Dabo etiam Irminbartum, et Atta uxorem ejus, Matonem, et Aldrunam. Item Rihhelmum, Blidkerum, et Amalbirgam, Rihmundum quoque, Ceizwiham, et Lanzonem, similiter Vuolfuni, et uxorem ejus Reginleibam, Betonem, Humbertum, Sigidrudam, et Erchandrudam atque Engidrudam, item Sigidrudam et Magantiam, seu Cundwiham. Unde et trado Vuaningum cum Ceizura uxore sua, cum Freidone, et Taomgiso, Randrud, Rizla, Rihflata, Reginflat. Item Liubunam et uxorem ejus Kerswindam, et Adalbero, Adalhart, Cotacale, Hunburc, Deotburc. Haec sunt mancipia in domo: Arnihho, Liubker, Horserat, Ratilo, Berades, Hecwilind, Ilina, Vueltinswid, Hiltibirc, Frewipreht, et per omnia, sicut superius notatum est. Ad Tomalingum casam et domum cum aedificio cum Malabald, et Gallana, Engilberto, et Vhhana, et mancipia in domo Ludigis Kerhelint, Cunrio, Heredrud, Atta, Samdrud. Ad Hittinhoven domum et curtem, et mancipia in domo Hugileih, Immo, Alphast, Ceizo, Hanetini, Ediram, Vueltinswind, Raodrud, et per omnia ut supra. Ad Vuestinsteri etiam Vssonem, et Justinam sororem ejus, nec non et ad Phaldorf casam cum curte, et mancipia Vuaning, Rodamra, Billunc, et Tafolchuni, et item Folchuni, et reliqua, ut supra. Ad Suabiluuis Albradium cum uxore sua Egilberta, et fratrem Albrati, nomine Sigoldum, Bilihilt, et Caozbirc. Sed et ad Monasterium Ilmae dono mancipia ista, id est: Vuenilo, Bethtker, Ceizuni, Caozrat, Eotheri, Rodolt, Vicram, Herimaot, Nordperht, Matholf, Vuoltkrim, Deotperht, Vuoluuolt, Betoca, Ozberht, Reginfrid, Adalminti, Alo, Vuolfgrim, Adalolf, Aotker, Adairih-

et Regina uxor ejus, et ejus filius Altricus, Naosra, Albhilt, Keruuhi, Vuelheid. Sunt quoque in eodem loco molendini tres, quos simili ratione ad S. Hemmeramum, ut saepe supra denotatum est, per propriae meae manus donationem confirmatos esse decerno, ita tamen, ut, dum ipse in praesenti vita superstes extitero, omnia, quae supra ostensa, in ea potestate absque omni conamine perdurent. Placuit etiam mihi una cum Venerabili viro Baturico Episcopo et Abbate loci ejusdem, ut si aliquis de parentibus meis Dei gratia largiente evenerit, ut ejusdem Monasterii Pater defuncto me possit existere, vel alius quilibet ex eadem congregatione, ut praedictum locum, sicut praelatus sum, habeat in potestate, et cum omnibus ibidem huic loco aspicientibus ad Sanctum, et Venerabilem locum B. Martyris Hemmerami et venerando Baturico Ep. vel etiam successoribus suis caput inclinet, servitiumque persolvat. Quod si talis in eodem loca forte non fuerit inventus, quemcunque idem Rector ex Monasterio Martyris jam dicti voluerit, eidem loco Magistrum inponat. Haec omnia quoque, sicut supra nominavi, pleniter tradidi in ea ratione, ut mihi Beatus Baturicus Ep. ad dies vitae meae in beneficio habendum concederet, quicquid ipse in loco, nuncupato Lutrinbah videtur de parte Sancti Emmerami possedisse, id est manentes, casam dominicam cum curte, et Ecclesia, cum omnique reliquo aedificio; quicquid ibidem aspicit tam in mancipiis singularibus, quam in manentibus, videlicet terris, pratis, campis, silvis, pascuis, et quidquid ad eundem locum pertinet, exceptis hobis, quas Deotili, et Altuart, cum adpenditiis suis de Sancto Hemmeramo in beneficio tenere ad praesens videantur, has quoque praetermissas habemus. Nam manentes ipsi hic per nomina describuntur. Primo Isanman cum Deotuuhi, et infantibus duobus, Selbrat et Bursuuind cum infantibus tribus et eorum mancipio uno, Kisal quoque et Fiaspurc cum uno infante, Vuerinborht, Liutbirg, et Adalolt filius eorum, Meginbald, et Vuahhila uxor ejus, Amalunc et Raatlind cum Rihbaldo Patre, et Matre Liupdruda, Eparhart, et Engilsuuint cum infante uno et fratre Eparhardi, Kerbald et uxor ejus cum infantibus duobus, Sindrih et Egina cum filiabus II. Berafrid et uxor ejus, et quinque infantes. Brunic et uxor ejus et Ratolt, et Caozbirc uxor ejus cum infantibus tribus, et Aotmunt et filia ejus Lantsind, Waltheri et Froraat frater ejus, Vualtherht, et Aothilt, et Vuolfleis, et uxor ejus, Herideus quoque sine infantibus, habens mancipium unum, Herhart; et Folchilt, et Sigebaldus, et Loba uxor ejus, et puella I. Ratgoz, et Rantheid cum

sorore sua, Traostilo, et Adldrud et infantes IV. Burcsuuind cum infantibus III; nam Visichart Scutarius et Eburnvi et uxor ejus Farani sunt sine filiis, non habentes hobam; et haec mancipia sunt : Bervendarum, id est: Erbho, et Raatuuih, Aetko, et Imina, Reginhart, Meginperht; item Elis, et uxor ejus, Albger, Deonaot. Hos enim omnes, qui supra scripti sunt, ego Baturicus Episcopus ad dies vitae suae venerabili viro, Abbati Sigifrido in beneficio concedo in hac convenientia, ut hoc placitum, inter nos conductum, stabile permaneat in perpetuum. Unde et convenit mecum et jam praefato venerabili Episcopo Baturico, vel si ipse, vel quilibet de successoribus ejus, hanc rationem voluerit inmutare, ipsumque beneficium a me separare, tunc licitum sit etiam mihi mutato placito meam traditionem dare ad locum, quemcunque ipse elegero, et ipse per omnia ex his rebus libero fruar arbitrio, sicut et egi, priusquam traditionem aliquam exinde fecerim, ac propriam habui potestatem; et quod de dominatione Sancti Emmerami ego accepi, ad eundem locum per omnia revertantur. Hi sunt testes, in quorum praesentia ista facta sunt, anno incarnationis Dominicae octingentesimo vicesimo; quarto quoque venerabilis viri Episcopi Baturici, armo quoque Domini nostri Serenissimi Imperatoris Augusti Hludouuici septimo, indictione undecima, die Dominico, quartaque Nonas Decembris. Et sunt iidem ipsi per omnia testes adtracti juxta legem Bauuariorum: inprimitus Rumolt , Adalperht , Adolf, Crimuni, Meiol, Ekkerih, Hahart, Heribald, Amalpreht, Ratolf, Catapreht, Avo, Balderih, Jacob, Isambarto, Adalbald, Vuirut, Deotili, Adaluuart, Copeht, Vuelagron, Isangrim, Viutol, Saliso, Mezli, Sigipreht, Erchanmar, Cozuui, Vnlaatz, Heriolt; Erlung, Memmo, Eccho, Eginno, Vuerinbald , Rihhart, Heraotpreht, Erchanpreht, Heripreht, Aotpreht. Actum publice in Ecclesia Beati Hemmerami ante ipsum Altare , ubi ejus corpus speciosa quiete requiescit, Beato Baturico praesente, feliciter in aeternum. Itaque in Dei nomine Ellenhardus Diaconus jussione Domini Baturici Episcopi scripsi traditionem istam Anno Domini D. CCG. XXI. Apud urbem Regenesburc VI, Id. Febr.

**Num. XXII. 822. 11 Nov:**

Baturicus Epus cum suo advocato Immone sancto Emmeramo vindicat bona, priscis temporibus a quodam abbate Richbaldo donata, sed ab ejus nepotibus abstracta.

*Pez I. c. 240.*

Quoniam priscis temporibus nobilis quidam Vir, nomine Rihpald abbas, et amita eius nomine Deotlind tradiderunt Deo et Sco Emmeramo res proprietatis suae pro remedio animarum suarum, quicquid habuerunt ad Phetarach sive ad Ypinpach seu ad Ahu, quod postea ipse Richpald voluit complacitare nepotibus suis Engilmone, et Isandeone, sed non perfecit, quodque ita ab eis fuit iniuste abreptum de potestate S. Emmerami, quodque Baturicus Episcopus et Advocatus ejus Immo exquisierunt ab eis in mallo publico ad Pheterach coram Gotafrido Comite, multisque aliis ibi praesentibus, et illi lege cogente hoc ipsum totum reddiderunt Baturico Episcopo et advocato ejus Immoni, et idem Immo inde ab eis Vestituram accepit. Sed postea eorum fuit petitio, aliorumque bonorum hominum, ut hoc ipsum, iterum eis in beneficium concederetur. Quodque benignitas Baturici Episcopi eis noluit denegare, sed ita illis concessit hoc in beneficium usque ad dies vitae suae contra censum condignum, et hoc fecit una cum consensu Congregationis S. Emmerami, et illi accepto inde beneficio ab Episcopo Baturico, et ab Advocato ejus Immone promiserunt inde censum quatuor solidorum annis singulis persolvere ad Festivitatem S. Emmerami, et nullam inde negligentiam facere, nullamque amplius controversiam ullo modo pastoribus S. Emmerami, neque familiae ejus. Quod si facerent, secundum legem omnino componant, neque ullo modo habeant potestatem, hoc de ipsa casa Dei alienare, sed meliorare, quantum praevaleant. Et ideo inde duas cartulas uno tenore conscriptas ad firmitatem atque memoriam posteris fieri decrevit supradictus Epus. Et isti ibi praesentes erant, qui hoc viderunt et audierunt: Odalpert, Salahho, Immo, Rihhart, Pillinc, Cundalperht, Marcho, Otger, Mauri, Adalger, Puoso, Hopi, Ritant, Uuichart, Cundfrid, Engilpald, Adalperht, Appo, Antrih, Uuiniho, Atto, Cotaperht, Sigiperht, Ratperht, Truhthard, Ratolt, Ratolf, Amalrih, Uuolfbero, Ratpald, Nidhart, Egino, Berhtold, Uualdger, Raholf. Actum est hoc ad Reganaspurc anno Incarnationis 822. imperii vero Hludouuici octavo, ad missam (in lesto) S. Martini, Indict. I. tertia feria: et ego Dignus nomine scripsi hanc cartam ad confirmationem jubente Baturico Epo.

Commemoratio Brevi sermone conclusa de haereditate Rihpaldi Abbatis, quam tradidit ad S. Emmeramum in locis his, id est, ad Ahu, et ad Ypinpah, sive ad Pheterah, quamque postea Engilmon, et Isandeo invasores injusti reddiderunt Immoni advocato S. Emmerami, secundum quod placitatum habuerunt, persolvendo per singulos annos in censu ante Gotafridum Comitem, id est quatuor solidorum: Actum autem coram his omnibus, id est Gamanolf, Salaho, Sahso Adalrih, Reginhart, Vuichart, Kerrih, Erchanpald, Rihlant, Frehholf, Gisalfrid, Engilpald, Odalscalc, Herigoz, Staracholf, Rodicho, Vuolfriid, Adalo, Heimo, Cundbertus, Cozzol, Frumolt; Missi enim sunt ibi in his locis ad possidendam Vestituram istam hi tres homines nostri: Cundperht ad Ahu, et Stephanus Clericus ad Ypinpab, Cadenchilo ad Pheterah, et ita finita sunt placita haec, et revocata in Concordiam.

**Num. XXIII. 822.**

Baturicus Epus Andarbodi Archipresbyteri donationem adversus eius fratrem Ternodum evindicat.

*Pez I. c. 253.*

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Ego Baturicus largiente Redemptoris Christi gratia Episcopus (Ratispon.) hanc conscriptionem fieri praecepi ad commemorandum, quatenus omnes scirent, et praesentes scilicet et futuri, qualiter vir venerabilis Antarbodus Archipresbyter Romam eundo pro remedio animae suae Sanctorum Petri et Pauli apostolorum limina quaerens, mihi omnia suae proprietatis in potestatem donavit eo modo, ut si obitus ipsius sibi adveniret in eodem itinere, sicut pro dolor et lactum est, pro remedio spiritus ipsius omnia dispensarem per loca sancta, quocumque ipse pertractarem maximum eius fuisse profectum. Unde frater eius. Ternod consentienti caritati testis est, conlaudans etiam hoc omni modo, ita bene esse, et sibimet ipsi placere. Denique in eadem via praedicto illustri viro ex hac luce, sicut mortis debitum urguerat, migrante, et ad nos hoc nuntio delato pervenisset, subito ad Ergoltespach veniens misi, et Bernardum alium fratrem Antarbodi, sive filium eius Engilbardum et caeteros parentes venire precabar, ut quidnam et ipsi exinde velint et dicerent, scire potuissem, hoc est, utrum contradicerent potestati illi, quae jam in meis manibus posita erat?



an bono animo ita stabile fieri permisissent? actum est ita, et venerunt ad me, et idem Bernardus erat hoc amicabiliter consentiens prouti caeteri eius proximi, sicut a praedicto benignae viro memoriae potestatem accepi, ut de suis rebus pro se facerem, quicquid voluissem. Actum est autem hoc in loco supra conscripto in praesentia eorum, quorum haec nomina sunt: Job Vicarius et vassus Cotafridi, nec non et Cundalpertus filius Helmoni, Immo advocatus noster et Billunc, Mezzi nepos Waltoni Comititis, Hunger, Atto, Erchanpreht, Antarbot, Isangrim, Suidger.

Igitur hac convenientia inter nos finita venit Bernhardus in placitum (ad mallum seu iudicium) publicum in loco nuncupato Rodhoheskirihha super Lapara, ubi Uualto Comes cum omni suo ministerio residebat, et cum eo Machelm filius Otleipi, assistente etiam multa turba hominum nobilium, Baturico praesente nichilominus Epo, et ibi mallavit (ad iudicium Comititis vocavit) Bernhardus Baturicum Epum et Immonem advocatum eius de causa Antarbodi, et contra directum de placito iam in caput et convenientia constituto coram hominibus supra memoratis. Tunc surrexit Immo et dedit Uualtoni uadium suum, quod idem Bernhardus contra legem pacatum placitum praesumebat inquietare, et habuit testimonia sua in praesenti, et adduxit eos, id est Billunc, Mezzi, Nidhart, Hunolt, Erchanperht, Hunger; sed Bernhardus noluit hoc modo uadiare, sed dixit: Si inveneris mihi, unde tales testes, qui haec testificent, quomodo Antarbot ita fecisset, consentiens ero, et quod lex praeceperit, faciam. Tunc mox advenit in ipso placito liber homo Ternodus, nomine Hering, ab eodem Ternodo directus ad Baturicum Epum et Uualtonem Comitem, et in auditu omnium retulit ea, quae sibi fuerant imperata, eoquod direxerit Ternodus, quomodo nihil voluisset, neque potuisset contradicere de his omnibus, quae frater eius in Baturici Epi manibus commendaret, sed magis per cuncta consentiret, ubicunque ea dare voluisset Baturicus Epus. Tunc tandem eodem uadio et testimonio convictus est et non credidit sibi, et dedit uadium iuxta legem et iudicium populi pro se et filio suo Engilhardo ut ex hac eadem causa ulterius nihil inquietarent. Unde Nidhard et Erchanpertus ei fideiussores effecti sunt, et hoc modo finitum est. Heic in placito fuerunt Baturicus Epus, Uualto Comes, Machelm, Immo, Eckirih, Billunc, Jacob, Teuit, Rodgoz, Meginhelm, Hunolt, Heribald, Tresso, Rihhart, Nidhart, Hegilo, Mezzi, Ridperht, Ratolt, Adalrih, Reginhart. Actum est anno domini 882

**Num. XXIV. 829:**

Baturicus Epus Ratisbon. cum abbate Sigimodo concambiat, et concambium rursus  
rescindit

*Pez I. c. 209.*

Postquam orthodoxus Vir, Sanctae Memoriae Baturicus Episcopus et Sigismundus Abbas mutua inter se conventionem facta tale concambium fecerunt, ut idem venerabilis Praesul ipsi Abbati in beneficium concambii concesserit servos, quos habebat ad Perindorf, et Abbas e contra donavit, quod ille possidebat iuxta fluentia Labarae; Contigit ex parte Sigismundi, ut servi, quos ipsi Episcopus in concambium dedit, injuriam sustinerent, et saepe reclamarent ad praefatum Pontificem. Quamvis haec mitis idem audiret Episcopus, voluit tamen dissensionem devitare, et ad ipsum Abbatem loqui rogavit, ut iniuste contumeliam non paterentur servi ab eo, quos in concambium accepit: sed tamen nullo modo illud emendare volebat. Dum haec ita se haberent, Baturicus Epus iuxta rationem condignam non ferens animo iniuriae causam servorum suorum, venit cum amicis et hominibus ad supra nominatum Vicum obviam ipsi Abbati; et cum sedissent, facto silentio pum convenientia Baturicus Praesul reddidit prior eidem abbati cum ferula sua concambium, quod ab eo accepit, et abbas cum baculo suo eodem modo reddidit Epo Concambium, quod cum illo gesserat. Et sic placitum quandoque se habere condixerant, ut si quando quid inter se de causis ipsis quaerere voluissent, hoc tunc in caput constituissent. Ibi fuerunt praesentes Otto, Kamanolf, Rodolt, Suuarzloh, Pillunc, Uzant, Cundheri, Pern, Erchanpold, Jacob, Marcho et alii. Actum est in Vico supra scripto, anno domini 829.

**Num. XXV. 830. 18 Augusti:**

Ludovicus Rex Germaniae quandam Praestariam inter Baturicum Epum Ratisbon. et Erchanfridum Capellanum suum Ratisbonae in suo Palatio confirmat.

*Pez l. c. 13. Hundii Metrop. I. 150. Edit. R.atisbon.*

In nomine domini nostri Jesu Christi, dei omnipotentis, Hludouuicus divina largiente clementia Rex Baioariorum. Si petitionibus fidelium nostrorum, quas auribus nostris insinuaverint, libenter

annuimus et eas in dei nomine ad effectum perducimus, et regium morem decenter implemus, et illos in nostro servitio promptiores reddimus. Idcirco comperiat industria atque utilitas omnium fidelium nostrorum, praesentium scilicet et futurorum, quia Erchanfridus diaconus,\*) atque Capellanus noster, nec non et propinquus suus Baturicus oblulerunt obtutibus nostris quandam cartam praestariam, in qua continebatur, qualiter Baturicus Epus praestitisset eis ad usum meritum quasdam res ex ratione Monasterii sui sancti Emmerami, quaedam idem Erchanfridus ex suo proprio eidem largitatis munere contulerat monasterio, nec non et alias ex ratione eiusdem monasterii eis ad usum meritum diebus vitae eorum concessisset, quae sunt utraeque res in Villa, quae dicitur Hruchinga, quae alio nomine Folinchova vocatur, etiam et in alio loco, qui dicitur Buchusa cum mancipiis, casis, domibus, aedificiis, terris, pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumve decursibus, cum omnibus, quae in praedictis locis tam ex praedicti Erchanfridi donatione, quam et ex ratione eiusdem Monasterii habere videbatur, nec non et in alio loco, qui dicitur Alinchova hoham unam, et deprecatus est excellentiam nostram, ut super hanc Praestariam Confirmationis nostrae praeceptum fieri iuberemus, per quod diebus vitae eorum firmius et quietius absque alicuius contrarietate ipsas res tenere et possidere valerent. Quorum petitionibus libenter annuimus, et hanc auctoritatem confirmationis nostrae eis fieri iussimus, per quam praecipimus atque iubemus, ut diebus vitae eorum ipsas res teneant et possideant, et nullus quilibet Ecclesiastica dignitate praeditus, aut alius quilibet eis de ipsis rebus ullam inquietudinem aut contrarietatem facere praesumat, sed liceat illis, sicut diximus, diebus vitae eorum usu fructuario ordine tenere et possidere, et post eorum amborum discessum cum integritate in potestate et dominatione praedicti Monasterii revertantur. Haec vero auctoritas praeceptionis nostrae ut firmior habeatur, et a fidelibus nostris melius conservetur, annuli nostri impressione subter eam iussimus adsignari: Data XV. Kal. Septembris domino nostro propitio, XVIII. imperii domini Hludouici serenissimi Augusti, anno VI. regni nostri, indictione IX. Actum Regenespurch in Palatio nostro in dei nomine amen.

\*) Hic ex Capellano regio post Baturicum factus est Epus Ratisbon.

**Num. XXVI. 830 Octob. Ex Originali:**

Rex Ludouicus donat fs. Petro et Emmeramo seu Ecclesiae Ratisbonensi — cui Epus Baturicus praeest — res proprietatis suae in Austria (Oppidum Pechlariense cum tractu) scilicet locum, ubi antiquitus fuit Castrum Herilungoburch cum reliquis adiacentiis in circuitu, quarum rerum termini describuntur.

In Nomine Domini nostri Jesu Christi, Dei Omnipotentis, Ludouicus divina favente gratia rex Bajoariorum. Si liberalitatis nostrae munere de beneficiis, a Deo nobis collatis, locis Sanctorum quiddam conferimus, id nobis procul dubio ad aeternae remunerationis praemia capessenda profuturum liquido credimus. Proinde comperiat omnium fidelium Sanctae Dei Ecclesiae, nostrorumque, praesentium scilicet et futurorum industria, quia nos pro mercedis nostrae augmento concessimus Sanctae Reginesburg civitatis Ecclesiae, quae est constructa in honore S. Petri, Principis Apostolorum, et S. Emmerami, ubi etiam idem beatissimus martyr Christi corpore quiescit humatus, cui praesenti tempore venerabilis Baturicus Episcopus, auctore Deo praesse videtur, quasdam res proprietatis nostrae, quae sunt in provincia Avarorum, id est locum, ubi antiquitus castrum fuit, quod dicitur Herilungoburch,\*) cum reliquis adjacentiis in circuitu, quarum terminia sunt ab eo loco, ubi Erlaffa in Danubium cadit, sursum per ripam ejusdem fluminis usque ad locum, qui dicitur Erdgastegi, et ab eodem flumine in orientali parte usque in medium montem, qui apud Vuinades Colomezza\*\*) vocatur, ubi in duabus arboribus evidentiis signa monstrantur, et ab eo loco, a parte Aquilonis usque in Danubium, et ad meridiem et occidentem per verticem montis, sicut evidentiis arborum signa demonstrant, usque ad supradictum locum Erdgastegi. Has itaque res cum Sclavis ibidem commanentibus, cum domibus, aedificiis, terris cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis, aquis, aquarumve decursibus, adiacentiis, perviis, exitibus et re-

\*) Harlungelurch, hodie Harlanden, quae villa ab oppido Pechlariensi circiter dimidia hora in meridiem distat. R. P. Hieron. Pez. Tom. II. Scriptorum Austriae Dissert. II. pag. XXIII.

\*\*) Hodie Kalmünzberg S. Ottiliae, -Ecclesia insignis ab oppido Pechlariensi circiter tribus et dimidio miliaribus in occasum distans. R. P. Hieron. Pez. Tom. II. Script. Austriae. Dissert. II. pag. XXIII.

gressibus, quantumcunque infra praedicta terminia continentur, totum et integrum praedictae Ecclesiae perpetuo ad habendum concessimus, et de nostro jure in jus et dominationem ejus liberalitatis nostrae munere contulimus, ita videlicet, ut ab hodierno die et tempore, quicquid de praedictis rebus, et mancipiis Rectores, et ministri memoratae sedis ob utilitatem et commoditatem ejusdem Ecclesiae facere, vel judicare voluerint, libero in omnibus perfruantur arbitrio, faciendi quicquid elegerint. Et ut haec largitionis nostrae auctoritas per curricula annorum inviolabilem, atque inconvulsam obtineat firmitatem, manu propria subter eam firmavimus, et annuli nostri impressione signari jussimus.

*Signum Hludouici Gloriosissimi Regis. (Monogramma.)*

Adalleodus Diaconus ad uicem Gauzbaldi recognovi.

*†Hludouicus rex.*

Data II. Non. Octobris Anno XVIII. Imperii Domni Hludouici Pii Serenissimi Augusti, et Anno VII. Regni nri indictione XI. Actum Reginesburg Civitate in Dei nomine feliciter Amen.

*Sigillum intus impressum illaesum extat.*

**Num. XXVII. 831. 13 Febr.**

Ludovicus Rex Monasterium Obermunster Hemmae Reginae uxori, et Baturico Episcopo Ratisbonensi Monasterium Monseense concedit et confirmat.

*Ex Mon. boic. XI. 18. Pez. I. c. 14.*

In Nomine Sanctae, et individuae Trinitatis, Hludouicus divina favente gratia Rex, Notum sit omnibus Sanctae Ecclesiae fidelibus nostrisque, praesentibus scilicet et futuris, qualiter clarissima conjux nostra Hemma, unacum caeteris nostris fidelibus, nostram serenitatem deprecata est; ut quandam commutationem cum Batricho venerabili Sanctae Ecclesiae Regenesburgensis Episcopo faceremus, hoc est, ut supra memorata karissima conjux nostra Monasterium in eadem civitate, quod dicitur Obermunestri, in quo sanctaemoniales faeminae Ueo famulari noscuntur, et quod praefatus venerabilis Episcopus usque huc habuit, per nostram auctoritatem habere mereatur,

et praefatus Episcopus econtra recipiat Monasterium , quod dicitur Manenseo. Cujus igitur petitioni libenti animo assensum praebentes, decrevimus ita fieri, ut illa postulavit. Dedimus itaque praefatae karissimae conjugii nostrae Monasterium in Regenesburc, quod dicitur Oberunmunestri cum consensu Batrici praefati Episcopi. Et econtra dedimus, atque tradidimus praefatum Monasterium Manenseo ad S. Petrum, Principem Christi Apostolorum, et ad S. Emmeramum martyrem Christi, et jussimus fieri nostrae auctoritatis praeceptum, per quod decernimus, atque jubemus, ut ab hodierna die et deinceps memoratus Episcopus per honorem B. Petri Apostoli et S. Emmerami martyris Christi idem Monasterium cum omnibus rebus ad hoc pertinentibus, et omnes Successores ejusdem Episcopi absque aliqua contradictione filiorum nostrorum , omniumque in posterum successorum nostrorum, firmiter habeant, et securiter possideant, quatenus Fratres Domino , et Sancto Emmeramo famulantes, pro nobis atque conjuge, nec non pro karissima prole nostra, et statu totius regni nostri inde melius delectet Domini clementiam exorare. Et ut haec auctoritas nostrae concessionis firmior habeatur, et per futura tempora ab omnibus fidelibus nostris melius credatur, et diligentius observetur, manu propria nostra subter eam firmavimus, et annuli nostri impressione subter eam signari jussimus. Data XVII. Kal. Marcii Anno Dominicae Incarnationis DCCCXXXI. indictione XI. anno regni Hludouuici Regis VII. Actum est Regenesburc in Dei nomine feliciter. Amen.

**Num. XXVIII. 833. 27. Maii. Ex Originali:**

Ludovicus Rex Baioariorum Ecclesiam prope Dingolfing Coenobio cathedrali Sancti Emmerami donat.

In nomine domini nostri Jesu Christi, dei omnipotentis. Hludouuicus divina largiente gratia Rex Baioariorum. Si erga loca divinis cultibus mancipata propter amorem dei, eorumque in eisdem locis sibi famulantium beneficia opportuna largimur, praemium nobis ad dominum in aeterna beatitudine recipere confidimus. Proinde comperiat omnium fidelium nostrorum, praesentium scilicet et futurorum industria, quia nos pro mercedis nostrae augmento et aeternae retributionis fructu confirmavimus ad Monasterium sancti Emmerami martyris Christi, ubi idem praeclarissimus martyr corpore requiescit,

quandam Ecclesiam cum mancipiis et territoriis sibi pertinentibus, quae est sita in prospectu  
fisci nostri, qui nominatur Tingulvinga, qui fuit cuidam servo regio, nomine Antkario.  
Hanc itaque Ecclesiam, sicut diximus, cum ibidem pertinentibus, et cum omnibus  
aedificiis, terris, et quidquid ad eandem Ecclesiam pertinere videtur, totum et ad  
integrum praedicto Monasterio sancti Emmerami perpetualiter ad habendum firmamus,  
ita videlicet, ut quidquid ab hodierno die et tempore Rectores ac Ministri supra  
memorati Monasterii, et inde ob utilitatem et commoditatem sui facere vel iudicare  
voluerint, libero in omnibus perfruantur arbitrio faciendi, quidquid elegerint. Et ut haec  
auctoritas largitatis atque confirmationis nostrae per curricula annorum inviolabilem  
atque inconvulsam obtineat firmitatem, annuli nostri impressione signari iussimus.

*Signum Hludouuici gloriosissimi Regis. (Monogramma.)*

Adalleodus diaconus ad vicem Gauzbaldi recognovi. Data VI. Kal. Junii, anno XX.  
imperii domni Hludouuici serenissimi Augusti, et anno VIII. regni nostri, indictione XI.  
Actum est Reginesburg Civitate in dei nomine feliciter amen.

*Sigillum interius impressum integrum extat.*

#### **Num. XXIX. 833:**

Baturicus Epus cum advocato suo Pazrico suscipit donationem Comitis Wilhelmi sancto  
Emmeramo factam.

*Pez I. c. 245.*

Quisquis in hac vita, quae cunctis mortalibus incerta est, caute semetipsum tota mentis  
devotione circumspicit, ad illam sine dubio perveniet feliciter vitam, nbi illi cum Christo  
regnant, qui heic provide gesserunt praecepta domini sui conservando. Hac cautela  
conpunctus quidam Comes, nomine Uuilihelmus, et ut refrigerium animae suae ac  
perpetuae beatitudinis gloriam acquireret, ad sanctum Emmeramum dei martyrem  
omnia, quae habuit in locis subter scriptis, tradidit, nihilque proprietatis suae extra  
dimisit, quod non traderet in vicis istis Sconheringa, Cheminatum, et Purcheim ea  
scilicet ratione, ut post obitum suum firmiter ad ipsum Sanctum Dei ipsa traditionis  
causa constaret, si haeredem nonhaberet, et ta-

men coniux ipsius easdem res in ditione sua teneret, quamdiu lectum suum conservaret. Si vero humano more contingeret, ut lectum suum non custodiret, mox traditio ad locum suum reverteretur. Si autem haeredem superstitem habeat, ipse potestative haereditatem suam possideat absque ullius contradictione. Et testes eiusdem traditionis isti extiterunt: Ratpot Comes, Cundpald, Cunipreht, Orendil Comites, Heriprebt, Crimuni, Madalhelm, Rodolf, Poso, Cundpreht, Outo Vicarius, Mezzi, Vitalis, Sahso, Rihpald, Rubo, Isangrim, Cotafrid, Ongast, Siroth, Reginhart, Egilolf, Hadager, Uuillihelm, Mahalfrid, Hefsi, Urolt, Trogo, Graman, Cunduin. Baturicus Epus una cum Pazrico advocatione sua ipsam traditionem accepit. Factum est hoc ad Reganesburg anno domini incarnationis 833.

**Num. XXX. 834:**

Baturicus Epus cum advocatione sua Erinperto aliam Comitum Wilhelmi donationem sancto Emmeramo factam suscipit.

*Pez I. c. 244.*

Constat omnibus mortalibus, quia haec vita nimium brevis est, sed longa futura. Quapropter Uuillihelmus Comes, considerans haec ita se habere, pro adipiscendo gaudia sempiterna et remedio animae suae tradidit ad sanctum Emmeramum res proprietatis suae, quas habere videbatur in loco nominato Bersnicha, id est Ecclesiam et casam cum curte atque reliquis aedificiis, cum mancipiis infra domum et manentibus servilibus, terris, pratis, pascuis, et dimidio foreste, aquis, aquarumve decursibus, mobilibus et immobilibus, cultis vel incultis, quicquid dici vel nominari potest cum omni lucro, quod nunc in eisdem causis esse videtur, vel deinceps, nihil extra dimittens, et eadem causae in eius potestate fierent, usque dum viveret ipse, et coniux eius Engilrada, donec ipsa viveret et quamdiu thorum maritalem conservaret, et haec omnibus modis firma persisterent, si sibi haeres non nasceretur, Hoc insuper conplacitans cum Baturico ven. Pontifice, ut ad Eskitunam et Uuesin omnia, quae ibidem praefati Praesulis fierent, in beneficium ipsius ad dies vitae suae possiderent, et post illorum vitam supradictae res, quae ab eo traditae sunt vel quae in beneficium accepit, per omnia emelioratae ad praedictum Dei Sanctum firmiter consistant absque ullius contradictione.



Hanc vero traditionem suscepit Baturicus Epus unacam Erinperto advocato suo, et testes huius traditionis per aures tracti sunt: Hilpung, Fezzilo, Madalhelm, qui et fideiussores vestiturae sunt, Pazrih, Arnmot, Mahalfrid, Alaman, Adaluuart, Poso, Reginuuart, Eckeo, Ermperht, Kerhart, Eccho, Odalhart, Erchanpald, Kerhoh, Vuldar, Uuilihelm, Trostmar, Eigil, Pillunc, Erinperht, Cotaperht, item Madalhelm, Engildeo, Odalhart, Uuolfhart, Reginhart, Geuuibald, Erchanperht, Ellenperht, Sigibald, Albrat, Adalperht. Acta sunt haec ad Sconinouuam monasterium anno dominicae incarnationis 834.

**Num. XXXI. 837:**

Comes Ratpodus finium praefectus Tullinam oppidum inferioris Austriae sancto Emmeramo donat.

*Pez I. c. 245.*

Postquam ergo in dei nomine Ratpodus Comes ad sanctum tradidit Emmeramum, sicut in karta traditionis scriptum invenitur, quicquid proprietatis ad Tullinam habere videbatur, in praesentiam Ludovici Regis Reganesburc venit, et omnia, quae ad Tullinam visus est possidere, ad praedictum Sanctum dei, nihil extra dimittens, tradidit, ita scilicet, ut si haeres sibi non nasceretur, post obitum suum statim ista traditionis causa firmiter ad locum Sancti dei constaret. Si autem haeres sibi nasceretur, ut cum ducentis solidis res eiusdem traditionis redimeretur. Haec traditio, sicut supra dictum est, in praesentia Regis et optimatum eius, omniumque sibi astantium facta est, quorum ex parte nomina innotescimus: Ernst Comes, Vulrinheri, Timo, Ermfrid, Ratperht, Uto, Uuaning, Uuillihelm, Rihheri, Uuolfdrigil, Poso, Eginolt, Perhtolt, Rihho Comes, Adalo, Ratolt, Popili, Rodolt, Fritilo, Reginperht, Adalhoh, Managolt, Papo, Albker. Facta est haec traditio in loco supra dicto anno Domini 837.

**Num. XXXII. 837. 6. Januar.**

Rex Ludovicus ad petitionem abbatis Nithardi Coenobii Metten confirmat mundiburdiu eidem Coenobio ab Imperatore Carolo suo avo concessum, istudque cum hominibus et rebus in suam specialem protectionem suscipit.

Adalleodus diaconus ad vicem Grimaldi recognovi et subscripsi. Data 8. Idus Januarii anno Christo propitio IIII. regni domini Hlu-

douuici Regis in orientali francia, indictione XV. Actum Reganesburg Civitate in dei nomine feliciter amen.

*Confer. Mon. boic. XI. 420.*

**Num. XXXIII. 837 7. Martii:**

Traditio Hettonis nobilis Viri ad Monasterium Monsee.

*Chronico Lunaelacensi pag. 76*

Regente viro venerabili Baturico Epo Ecclesiam sci Michaelis ad Maninseo, vir quidam nobilis, Vassus suus, nomine Hetto ad ipsum venit, et misericordiam quaesivit, ut illis, qui illuc ad servitum nati fuerunt, remissionem servitii illorum faceret: ille vero cum totius familiae suae consensu, et Pazrici advocati sui ita, ut ipse petivit, facere dignatus est. Tunc et praefatus Hetto eandem indulgentiam ipsorum confirmare volens omne lucrum suum, quod adquisivit per illam: traditionem, quam prius cum Ortuuigo fratre suo fecit, ad scum Michaellem tradidit, quod est ad Sulzipah, et in loco nominato Kepahardesdorf jurnales X. silvam unam cum mancipiis X. ea scilicet ratione hanc traditionem fecit, quamdiu ipse viveret, utriusque traditionis causas in potestate sua haberet, et post obitum illius filii sui Hiltileip et Gozperht easdem res traditionum ex parte patris sui possiderent, et de his deservirent cum ipsis causis, qui Ecclesiam sci Michaelis regerent cum tali servitio, ut maltros et malcidos non facerent, nec aliquem censum solverent, sed cum honore et honesta servitia facerent, nec alia a nemine facere cogerentur. Hac ratione peracta traditione, testes multi.

Facta sunt haec ad Maninseo anno dni 837. Hludouuici Regis IX. Indict. XV. in Nonis Martii. feria II.

**Num. XXXIV. 837: 28. Augusti:**

Baturicus Epus ex ratione suae Ecclesiae sancti Petri et sancti Emmerami Ucciando quaedam concambiat.

*Pez l. c. 252*

Placuit atque convenit inter venerab. virum Baturicum Reganesburgensis Ecclesiae Epum, et illustrem virum Ucciandum, ut

aliquas res pro communi utilitate inter se commutare deberent, quod ita et fecerunt. Dedit igitur praedictus ven. Epus Baturicus ex ratione Ecclesiae suae sancti Petri et sancti Emmerami unacum consensu fratrum ibidem degentium, etiam per licentiam domini Hludouuici gloriosi Regis Ucciando ad suum ad habendum in loco, qui dicitur Mahalgozzinhovon mansos tres cum Ecclesia ibidem constructa et cum reliquis aedificiis desuper positis, cum terris, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, quicquid in praedicto loco habere visus est. Et e contra memoratus Ucciandus ex suo proprio, praescripto vener. viro Baturico Epo ad partem supra dictae Ecclesiae suae in loco nuncupante Atinhard mansos VI.. cum casis et reliquis aedificiis et curtiferis, cum terris, pratis, silvis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, quantumcunque in eodem loco habere visus fuit. Unde et duas commutationes pari tenore conscriptas inter se fieri et affirmare rogaverunt, ut unusquisque hoc, quod a pare suo accepit, ab hodierno die et tempore teneat atque possideat, vel quicquid exinde ob utilitatem vel commoditatem facere vel iudicare voluerit, liberam in omnibus habeat potestatem faciendi, et taliter inter eos convenit, ut si fuerit post hunc diem ullus ex ipsis aut alia quaelibet opposita persona vel emissa, quae contra hanc commutationem, de qua duae cartulae uno tenore conscriptae esse videntur, venire tentaverit aut eam infringere voluerit, inferat parti, contra quam litem intulerat, auri libras II. pro mulcta, et sua repetitio nullum obtineat effectum, sed praesens commutatio omni tempore firma permaneat cum stipulatione subnixa. Actum Reganesburg Civitate sub die V. Kal. Septemb. anno IV. propitio Christo regni domini Hludouuici Regis in orientali Francia, indict. XV. in dei nomine feliciter.

Signum Ucciandi, qui hanc commutationem fieri et affirmare rogavit. Signum Meilonis. Signum Alberati. Signum Suuarzalohi. Signum Odalfriti. Signum Hugolfi. Signum Herardi. Signum Billungi. Signum Berhtoldi. Signum Alberici. Signum Randulfi. Signum Adalperti. Signum Uuolfharii. Signum Grimoni. Signum Egilolfi. Signum Rodperti. Signum Ogasti. Signum Uuiconis. Signum Unlazi. Signum Albuni. Signum Hildrici. Dominicus clericus iussus scripsit.

**Num. XXXV. Circa annum 842. Ex Diplomatario.**

Concambium inter Baturicum Ep. Ratisbon. et Virum illustrem Maurentium de quibusdam terris.

In Dei nomine convenit, atque placuit inter venerabilem virum Baturicum sanctae Reganesburgensis Ecclesiae Episcopum, quae est constructa in honore S. Petri, Principis Apostolorum, et S. Emmerami Martyris, ubi ipse pretiosus Sanctus corpore requiescit, nec non inter quemdam virum illustrem, nomine Maurentium, ut quasdam res pro communi utilitate, et concambio inter se commutare deberent, quod et fecerunt. Dedit igitur praedictus Baturicus Epus ex ratione jam dicti Monasterii sui una cum consensu, et conniventia Monachorum in eodem Monasterio degentium, etiam per licentiam Domini Ludowici Regis, eidem Maurentio ad suum proprium ad habendum in loco, qui dicitur Traubidinga, et Lodartinchova, quae quaedam faemina, nomine Engildiu, et filius ejus etiam contulerunt Monasterio, id est, territorium cum casis desuper positus, cum mancipiis V. pratis, pascuis, et omnia, quicquid ibidem habere visi sunt. Et econtra in compensationem harum rerum dedit idem Maurentius ex suo proprio, praefato Baturico Epo ad partem supradicti Monasterii in loco nuncupato Hahchilstat, id est, territorium cum silvis, pratis, et omnia, quicquid ibidem habere visus est. Vnde et duas commutationes, pari tenore conscriptas, inter se fieri, et adfirmare rogaverunt, ut unusquisque hoc, quod a pare suo accepit, teneat, atque possideat, et faciat, quicquid utilitatis suae perspexerit. Et taliter inter eos convenit, quod si fuerit post hunc diem ullus ex ipsis, aut aliqua quaelibet opposita, aut emissa persona, quae contra banc commutationem, de qua duae cartulae uno tenore conscriptae esse videntur, venire tentaverit, aut eam infringere conata fuerit; parti, contra quam litem intulerit, auri libras duas pro mulcta componat, et sua repetitio nullum obtineat effectum, sed praesens Commutatio omni tempore firma permaneat cum astipulatione subnixa.

**Num. XXXVI. 843. 3 Augusti:**

Baturicus Epus Ratisbon. qua abbas Lunaelacensis, et Luiphramus Archiepus Salisburg. confinia Venationis et Piscationis in Abersee examinant et determinant.

*Ex Chronico Lunaelacensi pag. 78.*

Ouidquid enim de legitimis placitis ventilatum fuerit, optime condecet memoriae commendandum, et quod a nobilibus viris ratio-

nabiliter seu legaliter inquisitum et definitum fuerit, futuris temporibus a nemine possit destrui, sed potius iuxta narrationem veracium hominum res iuste complacitatae, iis temporibus inconvulsae sine aliqua contradictione permanere valeant. Enim vero non est incognitum, qualiter quaedam commotio exorta fuit inter Luiphramum Juvavensis Ecclesiae Archiepum, et Baturicum Radesbonae Civitatis Epum de venatione et piscatione eorum ad Aparinneso et in caeteris locis. Tunc ventilata ratione et placito peracto coram supradictis Praesulibus ac caeteris pagensibus loci ipsius venit Luiphramus Archiepus et Nordperht Comes in ipsum saltum ad ipsa confinia perspicienda cum aliis quam plurimis nobiles viris, ut agnoscere valerent, quod ipsius rei veritas haberet. Tunc vero veraces viros ad ipsa Signa et confinia adsignanda navigando direxerunt, quorum heic nomina subter praenotata sunt : Forut, Uuihkoz, Kerrat, Alpker, Reginhart, Heriperht, Kozzilo, Kerilo, Deothad, Hiltiprant, Chuniperht, Ilpune, Sigirod, Kerhart, Ruodker, Ruodheri. Ista ratione peracta isti homines interrogati ab ipsius loci Comite in illa fidelitate, quam cum Sacramento domno Regi promissam habent, ut ipsius rei veritatem dicerent, qualiter veracissime scirent, quorum nomina sunt Kerrat, Kerilo, Uuihkoz, Ferut, Heriperht, Deothad, Rodheri. Postea vero dixerunt, de Zinkinpah et Tinnulinpah usque super verticem montis, quem vulgo nominant Skafesperc, ex occidentali parte et meridiana proprie illa confinia ad sanctum Petrum et sanctum Rodbertum ad Sedem Juvavensem iuste et rationabiliter pertinere deberent. Isti alii quam plurimi saepissime ad illam markam fuerunt, qui idipsum testificati sunt, sicut supra dictum est, quorum nomina sunt Nordperht Comes, Ostarpald, Otachar, Otker. Actum anno Domini 844. Indictione VI. III. Nonas Augusti.

**Num. XXXVII. 844. 4, April. Ex Originali:**

Ludovici Regis praeceptum de quibusdam praediis quae cum aliis S. Emmerami rebus, agente Baturico Episc. Ratisbon. permutavit.

In Nomine sanctae, et individuae Trinitatis, Hludounicus divina favente gratia Rex.  
Notum sit omnibus fidelibus Sanctae Dei Ecclesiae, nostrisque praesentibus et futuris, quia nos una cum Baturico venerabili Epo summoque Capellano nostro pro ambarum partium oppor-

tunitate de quibusdam rebus et mancipiis nuperrimam commutationem fecimus. Res vero, quas nos Baturico, almifico Episcopo ad partem S. Emmerami, martyris Christi, ubi idem Praesul modernis temporibus Rector esse videtur perpetualiter ad proprium tenendum tradidimus, sunt in pago Chelasgave in villis nuncupantibus Sandolverhusun, et Gundertshusun, atque Mandechingon, quidquid Engilmonus et Isandeoh per nostrum beneficium habuerunt, id est: ecclesiam unam cum casis, domibus, caeterisque aedificiis desuper positis, mancipiis utriusque sexus et aetatis, terris, silvis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, molendinis, adiacentiis, perviis, exitibus et regressibus, quaesitum, et adinquirendum, vel quantumcunque praefati homines Engilmonus videlicet, et Isandeoh in praescriptis villis prius per nostrum beneficium tenuerunt, et nostri juris, atque possessionis jure proprietatis est, totum et integrum, Sancto Emmeramo, martyri Christi, ad proprium concessimus, et de nostro jure in jus et dominationem ipsius Monasterii liberalitatis nostrae munere contulimus. Et econtra in compensationem harum rerum dedit nobis memoratus Baturicus Episcopus ex ratione Monasterii sui, Sancti Emmerami una cum consensu et cohibentia Monachorum in eodem Monasterio dedegentium ad nostrum proprium possidendum quasdam res, pertinentes ad ipsum Monasterium, quae sunt in pago Huosi\*) in villa nuncupante Solzimos, quicquid ille ibidem habere videbatur, id est, ecclesia una, cum casis, domibus caeterisque aedificiis desuper positis, mancipiis utriusque sexus et aetatis, terris, silvis, campis, pratis pascuis, aquis, aquarumve decursibus, molendinis, adiacentiis, perviis, exitibus et regressibus, quaesitum et adinquirendum, vel quantumcunque memoratus Baturicus Ep. in eadem villa habere videbatur, totum et ad integrum in potestate, ac dominatione nostra tenendum in futurum legaliter tradidit, atque delegavit. Sed pro integra firmitate ac securitatis studio placuit Serenitati nostrae easdem commutationes per nostrum mansuetudinis praeceptum pleniter confirmare. Propterea has litteras nostras fieri jussimus, per quas decernimus, atque jubemus; ut quidquid nos ad jam dictum locum sanctum tradidimus, perpetualiter permaneat possidendum, atque Rectores et ministri ejusdem Monasterii, quicquid exinde ab hodierno die et tempore facere,

\*) Huosi pagus Ducatus Bavariae situs ad Glonam fluv. qui haud procul Frisinga in Ammeram influit. Chronic. Gottwease parte II. pag. 640.

ordinare, atque disponere voluerint, libero in Dei nomine perfruantur arbitrio faciendi, quicquid elegerint, et illae res, quas praefatus Praesul nobis tradidit, sicut superius diximus, in futurum in potestate nostra usque permaneant. Et ut haec auctoritas traditionis, atque confirmationis nostrae a cunctis fidelibus sanctae Dei Ecclesiae, nostrisque praesentibus et futuris per diuturna tempora verius credatur, atque diligentius conservetur, manu propria nra subter eam firmavimus, et, annuli nri impressione signari jussimus.

*Signum Hludouuici gloriosissimi Regis. (Monogramma.)*

Comeatus Notarius ad vicem Radleici recognovi.

Data II. Non. Apr. anno Christi propitio XI. regni domini Hludouuici gloriosissimi Regis in orientali francia, Indict. VII. Actum Reganesburg Civitate in Dei nomine feliciter amen.

*Sigillum laesum.*

**Num. XXXVIII. 844. 28. Jul. Ex Originali:**

Ludovicus Rex jubet omnia beneficia, quibus favente Baturico Epo hactenus fruitus est, post decessum suum Monasterio S. Emmerami restitui.

In Nomine sanctae et individuae Trinitatis, Hludouuicus divina favente gratia Rex, omnibus Episcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, nec non et cunctis fidelibus sanctae Dei Ecclesiae, nostrisque praesentibus et futuris, in regno a Deo nobis conlato consistentibus notum sit, qualiter nos volumus, ut omnem proprietatem, quam divae memoriae Domnus Karolus, piissimus avus noster, ad Monasterium S. Hemmerami, Christi martyr condonavit, et Baturicus Episcopus Rector ipsius Monasterii una cum consensu Monachorum ibidem Deo famulantium nobis beneficiavit, postquam Divina vocatione de hac luce migraverimus, Rectores et ministri ejusdem Monasterii eandem traditionem, quam Domnus, et avus noster Karolus Imperator ad pradiatum Monasterium tradiderat, perpetualiter in eorum vestituram revertentes possideant. Sed pro integra firmitate ac securitatis studio placuit nobis ob divinum amorem has litteras nostrae auctoritatis circa ipsum Monasterium fieri, per quas decernimus atque sanc-

cimus, ut post decessum nostrum nullus filius noster, neque successores nostri jam ulterius in praescriptis rebus S. Emmerami, quas per beneficium a Rectoribus praedicti Monasterii habuimus, nullam potestatem habeant injuste invadendi, neque in quoquam dorninare sed in futurum cum omni integritate in potestate ac dominatione jam dicti Monasterii absque alicujus contrarietate aut impedimento pleniter revertantur. Et ut haec auctoritas conscriptionis nostrae a cunctis fidelibus sanctae Dei Ecclesiae et nostris per futura tempora verius credatur, atque diligentius conservetur, manu propria subter eam firmavimus, et annuli nostri impressione adsignari jussimus.

*Signum Hludouuici Gloriosissimi Regis. (Monogramma.)*

Comeatus Notarius ad uicem Radleici recognovit.

Data V. Kal. Augusti Anno Christo propitio XI. Regni Domni Hludouuici Regis in Orientali Francia, indictione VII. Actum Reganesburg civitate in Dei nomine feliciter Amen.\*)

*Sigillum avulsum est, macula remanente ex cera.*

**Num. XXXIX. 844. 15 Sept:**

Ludouuicus germanicus ad Rotachin cuidam clerico Dominico nonnulla donat interventu Balurici Epi Ratisbon. Berinharii Comitis, et Babonis Comitis.

*Ex Kleinmayeri Juvavia II. 89.*

In nomine sancta et individuae Trinitatis, Ludeuuicus divina favente gratia rex. Si petitionibus fidelium nostrorum iuste petentium aurem Serenitatis nostrae libenter accomodamus, et regium morem exercemus, eosque procul dubio devotiores in nostro habebimus obsequio. Quapropter comperiat omnium fidelium nostrorum, praesentium videlicet et futurorum industria, quia nos deprecantibus fidelibus nostris Baturico venerabili Epo, Werinhario Comite, Babone Comite, ut aliquas res proprietatis nostrae cuidam presbytero nomine Dominico ad proprium concedere disposuissemus. Quod ita et fecimus in loco, qui dicitur ad Brunnaron, quod circum capiebat Ratpero clericus iuxta rivulum, qui vocatur Sevira, in

\*} Diploma nitidissime scriptum.



marca, ubi Radpoti et Richarii Comitiatus confiniunt, de Silvis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, vel quicquid memoratus Ratpero clericus circumcapiebat, eidem presbytero Dominica ob elemosynam nostram ad proprium concessimus, unde hos Serenitatis nostrae apices illi fieri iussimus, ut per nostrae largitionis munificentiam habeat, teneat aique possideat, vel quicquid ab hodierno die vel tempore ordinare, facere atque disponere voluerit, libero in, dei nomine perfruatur arbitrio faciendi, quicquid elegerit. Et ut haec auctoritas largitionis atque donationis nostrae firmior habeatur, et a fidelibus sanctae dei Ecclesiae verius credatur et diligentius conservetur, manu propria subter firmavimus, et annuli nostri impressione sigillari iussimus.

*Signum Ludeuici gloriosissimi Regis. (Monogramma)*

Reginbertus subdiaconus ad vicem Radlaici recognovi et subscripsi.

Actum ad Rotachin XVII. Kal. Octobris anno Christo propitio XII. regni domni

Ludeuici regis in orientali Francia, in dei nomine feliciter amen.

#### **Num. XL. Circa annum 848:**

Erchanfridus Epus Ratisbon. cum Hattuuico Epo Passaviensi concambiat.

*Pez I. c. 247. item Hansiz German. Sacrae I. 159.*

In dei nomine. Placuit atque convenit inter venerabilem virum Erchanfridum Reganesburgensis Ecclesiae Epum, nec non et virum venerabilem Hartuuicum Pataviensis Ecclesiae Epum, ut aliquas res pro communi utilitate et compendio inter se commutare deberent, quod ita et fecerunt Dedit igitur memoratus Epus Erchanfridus de rebus proprietatis suae et advocatus ipsius Nordheri iam dicto Praesuli ad partem Monasterii sui sancti Quirini in perpetuum tenendum in loco, qui dicitur Hunolzenghova hobam unam et casam, et de terra arabili iugera 39. de pratis, ubi possunt colligi de faeno carrad. 30. et de fructuosa silva iugera 24. Et econtra in compensationem earundem rerum dedit praefatus Epus Hartuuigus et eius advocatus Liuthardus praescripto Erchanfrido Epo de rebus Monasterii sui sancti Quirini unacum consensu et conhibentia Mo-

nachorum in eodem Monasterio degentium, etiam et per licentiam domini Ludouuici gloriosissimi Regis ad suum proprium tenendum in loco, vocabulo Bodolunghova casam unam, et de terra hobas duas, de pratis, ubi possunt colligi de faeno carradae 20. vel quidquid ibi in loco Heitfolcus ex suo proprio ad Monasterium sancti Quirini tradiderat. Unde et duas Commutationes pari tenore conscriptas inter se fieri et adfirmare rogaverant, ut unusquisque hoc, quod a pare suo accepit, teneat atque possideat, et faciat exinde, quicquid sibi libuerit; et taliter inter eos heic inserere placuerit, ut si fuerit post hunc diem ullus ex ipsis, aut alia quaelibet opposita aut emissa vel subrogata persona, quae contra hanc Commutationem, de qua duae cartulae uno tenore conscriptae esse videntur, venire tentaverit aut eam per quodlibet ingenium inrumpere conatus fuerit, inferat parti, contra quam litem intulerit, distringente fisco auri libras duas, argenti pondera 5. coactus exsolvat, et sua repetitio nullum obtineat effectum, sed praesens Commutatio omni tempore firma et stabilis permaneat cum stipulatione subnixa. Actum Reganesburg Civitate.

Signum Hartuuigi Epi, qui hanc Commutationem fieri et adfirmare rogavit.

Et isti sunt testes per aures tracti, qui viderunt et audierunt, quando ista Commutatio fuit coram domino Hludouuico gloriosissimo rege proposita, hoc est Enginolf venator, Engilschalch, Uzzant, Bernhart, Patager, Engildeo, Rumolt, Batto, Odalrih, Engilbold, Isanperht, Gamanolf, Uuaning, Eccho, David, Rihmar, Uuicbold.

#### **Num. XLI. 849. 19. Julii:**

Erchanfridus Epus Ratisbon. qua possessor Coenobii Monseensis cum Liuphramo Archiepo Salisburg. de piscatione et venatione in lacu Apernsee transigit.

*Hochwartus apud Oefelium I. 172. Hund I. 164. Edit. Rat. Confer. annus 843. supra ad Num. 36.*

Breve Commemoratorium de conventionione piscationis et venationis ad Apiriniseo, quae fuit facta inter Liuphramum Juvavensis Ecclesiae venerabilem Archiepum, et Erchanfridum Ratesponae Civitatis Epum. Coadunaverant se ambo juxta unius hominis conditionem, cui nomen est Heripald, ut sicut ille veracissime proferret, ita utrique consentire deberent. Qui interrogatus, se ab antiquis, temporibus recordari respondit, quod de Juvaviensi sede per totius

anni circulum in ipso stipra nominato lacu una navis fieri deberet ad piscationem, alia de castello sursum, tertia de Manninseo excepto autumnali tempore, quando patuli pisces, quos vulgo Lahsos vocant, coire debent, tunc solummodo in illo angulari loco, ubi Iscola fluvius foris emanat, duae naves ad piscationem illam fieri debeant, scilicet de Salzpurg et de Maninseo. Simili modo in vernali tempore, quando Albuli pisces coeunt, fieri debet. Sed nunc Erchanfredus Epus licentiam dedit, ut tertia navis ibidem ad illam piscationem fieret.

De venatione vero ita se coadunaverunt, ut utrisque liceret in ista parte commovere, et sic in antea caceando prosequi: similiter de altera parte liceret fieri ea ratione, ut primitus ad notitiam pervenisset; Ex utrisque partibus et tunc communi manu praefatum opus expleatur. Isti fuerunt praesentes testes: Nortperht Comes, Arfrid vassus dom. Folchrad, Pazrih, Unolz, Gereat, Ratpot, Wihgoz, Reginhart, Heruprecht, Tetili, Heripold, Jacob, Fritilo, Gerpold, Ummili, Gundheri, Wasigrirn, Rato, Meginprecht, Adalger, Ilpunc, item Arfrid, Wizirih, Etti, Ruotpreht, isti Clerici: Sigeheri, Erchanhoh, Perachtram, Gisalhart, Ratkoz, Naudrat et alii multi nobiles viri atque clerici. Actum ad Maninseo anno 849, Indict XII. sub die consule 14 Kal. Augusti.

**Num. XLII. 850 26. Decembr.**

Rex Ludouicus Monasterio Metten ad preces abbatis Nilhardi post eius decessum  
concedit facultatem libere eligendi abbatem

*Signum domni Ludouici serenissimi regis. (Monogramma.)*

Comeatus Notarius ad vicem Radleici recognovi et subscripsi.

Data 7. Kal. Januarii anno Christo propitio 19. regni domni Ludouici gloriosissimi Regis in orientali Francia, Indictione 14. Actum Reganesburg Civitate in dei nomine feliciter amen.

*Mon. boic. XI. 422.*

**Num. XLIII. 852:**

Erchanfridus Epus Ratisbon. cum Cundperto advocato suo Manseensem Engilperti et  
Cundperti donationem suscipit.

*Pez I. c. 226.*

Commemoratio Traditionis Engilperti atque Cundperti diaconi ac nepotis sui. Tradidit igitur Engilpertus atque Cundpertus nepos eius in pago Rotagewe, in villa nuncupata Skefouua ad Monasterium Maninseo ad sanctum Dei archangelum Michahalem, quicquid ibidem in illa villa habere visus est, casam cum curte reliquisque aedificiis, terris, pratis, pomerio, vivariis, pascuis, silvis; mancipia VI. quorum nomina haec sunt: Rodker, Lantker, Paldmunt, Reginpurc, Rihdruh, Rihger. Omnia haec supradicta ex integro firma ratione nulloque contradicente supradicti, Engilpertus scilicet atque Cundpertus tradiderunt, illo tamen tenore, et hoc beneficium in villa nominata Ezinpah, et etiam ipsam traditionem supradictam Skefouua, quamdiu ambo vixissent, proprio iure possiderent. Isti sunt testes per aures tracti: Kerolt Comes, Kerolt filius eius, Ratolf vicarius, Antrih vicarius, Pazrih, Cundperht, item Antrih, Isanperht, Meginpold, Gerhart, Hatto, Kerhoh, Ato, Adalhoh, Erchanfrid, Landperht, Ratolt, Saxo, Uulfrih, Avo, Samuel, Nohart, Cundhart, Uuirunt, Otachar, Reginperht, Isanger, Cuniperht, Rato, Engilscalh, Otker, Cozolt, Otperht, Gisalmunt, Mahtheri, Gundpold, et caeteri. Fidejussores Pazrih et Cundperht ex utraque parte. Erchanfridus Epus et advocatus eius Cundpertus acceperunt illam traditionem et concesserunt supradictum beneficium praedictis diaconibus Engilperto atque Cundperto cum consensu Monachorum. Actum ad Rota in Ecclesia anno dominicae incarnationis 852.

**Num. XLIV. 853. 18. Jan. Ex Originali:**

Ludovicus Rex confirmat Erchanfrido Epo traditionem quorundam bonorum in Austria,  
factam Monasterio S. Emmerami a Wilhelmo Comite.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Hludouuicus, divina favente gratia Rex. Si petitiones servorum Dei justas et rationabiles ad effectum usque perducimus, non solum regium morem decenter implemus, verum etiam hoc nobis procul dubio ad aeternae remunerationis praemia capessenda profuturum liquido credimus. Quapropter compe-

riat omnium fidelium sanctae Dei Ecclesiae, nostrorumque, praesentium scilicet et futurorum industria, qualiter vir venerabilis Erchanfridus Reginesburgensis Ecclesiae Episcopus obtulit obtutibus nostris quandam traditionem, quod Willelhelmus Comes ob Dei amorem, et animae suae remedium ad Monasterium S. Emmerami tradiderat omnem proprietatem suam, quam ille habere videbatur intra duo flumina, id est inter Agastam et Nardinam,\*) a locis videlicet, ubi ipsa in Danubium fluunt, usque ad loca, ubi de venis in amnes derivantur, et ita usque in Nortwalt in hanc partem silvae sine termini conclusionem, cum domibus et aedificiis reliquis, et mancipiis, atque manentibus, pratis, pascuis, silvis, aquis, aquarumve decursibus, mobilibus et immobilibus, cultis vel incultis, quicquid habuit. Etiam et, res illas, quas Engilradae conjugii suae ad dies vitae suae habere concesserat, et post obitum filius ad eandem traditionem S. Emmerami pertinere constaret. Insuper et quicquid ad Rosdorf habere videbatur, omnia et ex omnibus rebus ex illa parte Danubii, quicquid sibi pertinebat in mancipiis et aedificiis, ac vineis cultis vel incultis, totum et integrum ad jam dictum sanctum locum tradidit, atque pleniter delegavit. Sed pro integra firmitate ac securitatis studio memoratus Erchanfridus, atque familiaris noster petiit celsitudinem nostram, ut eandem traditionem per nostrae mansuetudinis praeceptum confirmare deberemus. Cujus petitioni denegare nolimus, sed sicut unicuique fidelium nostrorum juste petentium, ita nos illi concessisse, atque in omnibus confirmasse omnium fidelium nostrorum cognoscat magnitudo. Praeterea hos apices serenitatis nostrae circa ipsum Monasterium fieri decrevimus, per quos praecipimus, atque jubemus, ut res omnes, quas praedictus Comes Willelhelmus tradiderat, atque consignaverat, per hanc nostram auctoritatem ad jam dictum sanctum locum in perpetuum consistent. Etiam statuentes seu firmiter jubemus, ut omnes homines, qui super easdem res commanere noscuntur, et ad praefatum Monasterium pertinere videntur, tam Bajoarii, quamque Sclavi, liberi et servi, et in antea consistere, Domino donante potuerint. Nullus Judex publicus neque ulla potestas eos in quoquam constringere audeat, sed neque causam illorum abstrahere praesumat, nec in aliam partem ire compellat, sed liceat Rectoribus et Advocatis,

\*) Agasta et Nardina fluvii in Austria, hodie, Aist, et Nären, infra Anisum in Carta Geographica Georgii Mathaei Vischer.

et Ministris ejusdem sedis, res superius nominatas legaliter possidere, ac regere, et omni tempore sub nostra defensione atque immunitatis tuitione pleniter consistere. Si Vero aliquis fuerit, qui contra istos homines, superius conscriptos, aliquas justitias requirere, aut exactare voluerit, tunc advocati et ministri ipsius Monasterii, prout justum est, diligenter rei veritatem inquirere studeant, et emendent. Similiter quoque praecipimus, atque omnimodis jubemus, ut nullus judex publicus neque ex judiciaria potestate super rebus, quae pertinent ad Erlaffa, et in Harlungeuelde, nec non et ad Scirnicha et circa Agasta seu Bersnicha, atque Rosdorf, vel infra praedicta terminia et markam, ubi res sancti Petri et S. Emmerami pertinere noscuntur, neque super homines liberos vel Sclavos ullam potestatem habeat in quoquam illos distringendi, neque ad placitum ullum, vel in hostem ullo unquam tempore ire compellat, quamdiu advocati ejusdem sedis justitiam facere voluerint, sed sicut diximus, cum omni integritate praenominatae res in futurum sub nostra defensione et immunitatis tuitione absque alicujus contrarietate aut impedimento, consistent. Et ut haec auctoritas Concessionis, atque confirmationis nostrae firmior habeatur, et per futura tempora a cunctis fidelibus sanctae Dei Ecclesiae, nostrisque praesentibus et futuris verius credatur, atque diligentius conservetur, manu propria nostra subter eam firmavimus, et annuli nri impressione adsignari jussimus.

*Signum Domni Hludouici gloriosissimi Regis. (Monogramma)*

Comeatus Notarius ad uicem Radleici recognovi.

Data XV. Kal. Febr. Anno Christo propitio XX. regni domni Hludovici Serenissimi Regis in orientali Francia indictione I. Actum in civitate Reganesburg in Dei nomine feliciter Amen.

*Sigillum illaesum.*

**Num. XLV. 853. 11. Febr. Ex Originali:**

Ludovicus Rex donat Monasterio S. Emmerami quaedam bona in Sundergau, et capellam, quam habuit quidam Monachus nomine Stifinc.

In Nomine sanctae et individuae Trinitatis, Hludouicus divina favente gratia Rex. Si de rebus terrenis, quas divina sumus lar-

gitate conseculi, ad loca Sanctorum ob amorem Dei aliquid conferimus, et regium morem decenter implemus, et hoc nobis procul dubio ad aeternae remunerationis praemia capessenda profuturum liquido credimus. Idcirco noverit omnium fidelium sanctae Dei Ecclesiae, nostrorumque, praesentium scilicet et futurorum industria, qualiter nos ob divinum amorem et reverentiam omnium Sanctorum concessimus . ad proprium ad Monasterium S. Emmerami, ubi ipse praeclarissimus martyr Christi in corpore requiescit, quasdam res proprietatis nostrae, quae sunt in comitatu Rumoldi, in villa, quae nuncupatur Sundargave, hoc est: Capellam unam, quam habuit quidam Monachus ex Monasterio S. Emmerami, nomine Stifinc, et de terra hobam unam, quae pertinet ad eandem Capellam, quam acquisivit inter homines nostros censales , totum et integrum ad jam dictum sanctum locum per hanc nostram auctoritatem ad proprium concessimus, et de nostro jure in jus et dominationem ejusdem Monasterii munere liberalitatis nostrae contulimus, atque in perpetuum confirmavimus. Hos apices Serenitatis nostrae circa ipsum Monasterium fieri decrevimus, per quos decernimus, atque sancimus, ut praefata Capella et huba una de terra, sicut supra diximus, ab hodierna die et tempore cum omni integritate et absque alicujus contrarietate aut impedimento ad idem Monasterium consistat. Et ut haec auctoritas concessionis atque confirmationis nostrae firmior habeatur, et per futura tempora a cunctis fidelibus nostris verius credatur, atque diligentius conservetur, propria manu nostra subter eam firmavimus, et annuli nostri impressione assignari jussimus.

*Signum Domini Hludouuici Gloriosissimi Regis. (Monogramma.)*

Comeatus Notarius ad uicem Radleici recognovi.

Data III. Id. Febr. Anno Christo propitio XX. regni Domni Hludouuici Serenissimi Regis in orientali Francia, Indict. VII. Actum Reganesburg Civitate in Dei nomine feliciter amen.

*Sigillum media parte fractum.*

**Num. XLVI. 859. 1. Maii. Ex Originali:**

Ludovicus Rex medietatem fisci, qui vocatur Tullina in regione Pannonia, confert ad mensam Monachorum San Emmeramensium.

In Nomine sanctae et individuae Trinitatis, Hludouuicus divina favente gratia Rex. Oportet igitur nos, qui divina sumus gratia quodammodo caeteris mortalibus sublimati, ejus in omnibus parere praeceptis, cujus clementia existimus praelati, atque cujus praecellimus munere, loca utique ipsius sibi dicata ante omnia nostris rebus sublimare, atque dilatare; quoniam hoc procul dubio ad salvationem corporis et animae nostrae fore creditur. Quapropter noverit omnium fidelium nostrorum, praesentium scilicet et futurorum industria, qualiter nos cuidam ex primatibus nostris, nomine Rapoto medietatem unius fisci, qui vocatur Tullina\*) situs in regione Pannonia, cum omnibus appendiciis ejus, videlicet, qui ad ipsum fiscum pertinent, tam mancipiis, quam vineis, terris, pascuis, et caetera, quae dici aut nominari possunt, in proprium contulimus, ea ratione si fidem suam erga nos inviolatam servasset. Sed quia ipse a nobis totis viribus se alienavit, et fidem atque jusjurandum omni infidelitate fraudavit, placuit Serenitati nostrae eandem medietatem memorati fisci ad nostram dominationem recipere, atque pro absolutione divinae recordationis antecessorum nostrorum, Augustissimorum scilicet Imperatorum et pro, remedio animae nostrae, et corporis salvatione ad S. Emmeramum contradere, atque confirmare, quod ita per hanc nostram auctoritatem nos fecisse, omnium fidelium nostrorum magnitudo cognoscat, ea ratione, ut ipsa medietas ipsius fisci ad mensam Monachorum, ibi Domino famulantium, jugiter deserviat, et nullus Episcopus aut quislibet Praelatus easdem res in beneficium alicui dare sive ad opus suum recipere praesumat, sed solummodo ad opus ipsorum deserviant, et tamdiu eandem medietatem praenominati fisci Radbodonem infertorem (i.e. dapiferum) nostrum habere liceat, quousque nos in alterum locum ex aliis rebus illum adjuvare possimus. Atque tunc eodem momento temporis memorati Monachi praefatam medietatem fisci cum omnibus supra consistentibus recipiant, teneant, atque possideant, et quidquid exinde pro utilitate sua facere voluerint, liberam et finissimam in omnibus habeant potestatem Christo propitio faciendi. Et ut haec auctoritas donationis, atque largitionis nostrae firmior habeatur,

\*) Hodie Tull civitas inferioris Austriae Inter Cremsam, et Viennam.



et a cunctis fidelibus sanctae Dei Ecclesiae nostrisque verius credatur et diligentius observetur, manu propria nostra subter eam firmavimus, et annuli nostri impressione assignari iussimus.

*Signum Hludouuici Serenissimi Regis. ( Monogramma.)*

Euerhard Notarius ad vicem UUtgarrii Cancellarii recognovi.

Data Kal. Maii, Anno XXVII. regni Hludouuici Serenissimi Regis in orientali Francia regnantis , indict, VII. Actum Franconovurt pallacio regis, in Dei nomine feliciter Amen.

*Sigillum illaesum.*

### **Num. XLVII. 864:**

Ambricho Epus Ratisbon. cum Otkario Epo Eistettensi quaedam concambiat.

*Pez I. c. 204.*

Fructuosa valde, et non solum honesta, sed etiam nimium utilis consuetudo iam olim inter homines inoleverat, commutandi scilicet quasdam res pro commoditate utrarumque partium. Hac igitur ratione convenit quaedam commutatio inter Ambrichonem Reginensis Ecclesiae Epum, et Otkarium Eistatensis Ecclesiae Praesulem. Tradidit itaque Otkarius et advocatus eius Wicpotus talem proprietatem, ut a Rege assecutus est ad Zullingon, et ad Mammingon, et ad Ustarlingon, et mancipia 20. quorum nomina sunt haec: Ratmunt, Rihholf, Adalmor, Otmar, Adalperht, Otnunt, Rodilo, Alprat, Linpiundo, Wolfliup, Arnhilt, Gozpirc, Uuasa, Suuanahilt, Perhtger, Rihni, Alpuniz, Altrat, Eparhart, Cundperht, ad sanctum Petrum. Econtra vero praefatis Ambricho Epum et advocatus eius Ratoldus tradiderunt una cum consensu famulorum dei ibidem servientium Otkario Epo talem haereditatem, ut Tevit quidam Nobilis ad S. Petrum (quam Eceliam Canonici procurabant) pro remedio animae suae contradidit ad Perga et ad Egiuuila, scilicet in proprietatem habendam, et mancipia iterum 20. quorum nomina sunt haec: Uuolfolt, Ilina, Cundigart, Ruodilo, Uuolfolt, Rihholf, Rodflat, Popo, Puriman, Adalgotz, Nendilo, Alphilt, Ata, Reginhart, Frouuihilt, Isanhart, Machelm, Adalsuind, Heimo, Odalperht. Et ut haec Commutatio et commoditas ambarum partium inconvulsa permaneat, placuit testes

adhibere, quorum nomina heic sunt insignita: Fritilo, Papo, item Papo, Uuolfdregi, iterum Uuolfdregi, Erchanperht, Chuniperht, Reginpold, Irminolt, Reginolf, Otachar, Adalger, Masso, Patager, Odalperht, Arfrid, Machelm, Otperht, Hartrih, Machalfrid, Irminold, Otacher, Heimperht. Actum est in Regina Civitate iuxta altare sancti Petri anno incarnationis domini 864.

**Num. XLVIII. 865.**

Ambricho Epus Ratisbon. cum Otmaro viro nobili quaedam concambiat.

*Pez I. c. 228.*

Multum utilis et nimium commoda consuetudo iam olim inter homines inoleverat, quod res suas inter se pro aptis finibus locorum commutare coeperunt. Pro eadem utilitate ambarum partium contenit inter venerab. Epum Ambrichonem et quendam virum nobilem, Otmarum nomine, ut aliquam rerum suarum inter se commutationem facerent, quod et ita fecerunt: Tradidit igitur praedictus Otmar ad sanctum Emmeramum de rebus proprietatis suae aream unam, et de terra arabili iugera IX. in loco nuncupato Ipah, et econtra dedit venerandus praefatus Epus de rebus sancti Emmerami in eodem loco Ipah in proprietatem habendam ipsi Otmaro de terra arabili iugera X. Isti sunt testes utriusque traditionis: Ogo, Pirihtilo, Uualah, Terpiton, Jacob, Erchanfrid, Uuillihelm, Uuillipold, Parto, Meiol, Ekkirih, Adalger, Ludo, Uuago, Isanpero, Reginhart, Amelker. Factum est anno domini 865.

**Num. XLIX. 866:**

Ambricho Epus. Ratisbon. cum Adalperto viro nobili quaedam concambiat.

*Pez I. c. 212.*

Fructuosa valde, nec non et nimium utilis Consuetudo olim inter homines inoleverat, commutandi scilicet quasdam res pro ambarum utilitate partium. Hoc tenore et hac ratione convenit inter Ambrichonem venerabilem Epum, et Adalpertum quendam virum nobilem quasdam causas commutare. Tradidit namque advocatus Epi Puolo cum consensu et iussu praefati Epi, et omnium Monachorum

sancti Emmerami martyris Christi talem proprietatem, ut Uuolfheri ad praedictum Sanctum tradidit in Frumdorf iure perpetuo possidendam; econtra etiam tradidit in Reitinpah talem proprietatem, quam in illa concapacitate habet, conveniente ad causas praedicti sancti Emmerami, quatenus sine ullius contradictione ad Sanctum Dei pertineret perpetualiter. Facta est haec Commutatio anno domini 866. indictione XIII. in loco nuncupato Perharteshusa (Peratshausen) in praesentia iam dicti Episcopi, et Radolti Comitis.

**Num. L. 866.**

Ambricho Epus Ratisbon. et advocatus eius Helfrich cum Ekkilinda vidua quaedam concambiant.

*Pez I. c. 251.*

In dei nomine. Placitum atque conventum inter Ambrichonem ven. Epum, nec non et quandam nobilem viduam, nomine Eckilind, ut aliquas res pro communi utilitate inter se confirmarent, quod ita et fecerunt. Tradidit igitur vidua Eckilind de rebus proprietatis suae ad sanctum Emmeramum simul cum advocatione suo Bernhardo, quicquid habere videbatur in vico, qui dicitur Vochinpiunt, cum mancipiis VII. quorum nomina sunt haec: Helfrih, Ellanrih, Meganrih, Rodimar, Willipirc, Regintrud, Reginsuuind, et hobam unam in vico, qui dicitur Talamazinga, et silvam unam prope vicum, qui nuncupatur Tuzilinga, et haec omnia sunt in pago, qui dicitur Tonahgeuui. Hanc traditionem accepit praedictus Ambricho Epus atque Helfrih advocatus eius, Helmoni atque Waltunc fideiussores, et econtra tradidit Helfrih advocatus de rebus sancti Emmerami unacum consensu et voluntate praedicti Epi et servorum dei in eadem sede degentium, quicquid Billunc, pater praedictae viduae in beneficio habuit in vico, qui dicitur Talamazinga cum mancipiis XIX. quorum nomina sunt haec: Cundram, Mahhelm, Christan, Salvan, Gerlinto, Folcmar, Paldhilt, Ratpirn, Wolfpirc, Waldcund, Frobilt, Sonpirc, Peinhart, Lantsuuinto, Merigis, Rodni, Mahtheri, Magolf, Geizperht. Insuper de terra arabili iugera XVII. et de pratis ad carradas IX. quae adiacent vico, qui dicitur Leichilinga, ut hoc in proprietatem habeat praedicta Eckilind, et mater ipsius, si haec longius vixerit; et hoc ea ratione conciliatum est, ut si quislibet

successor Ambrichonis Epi hoc placitum dissolvere conaverit, tunc praedicta vidua Eckilind potestatem supra scripias res seu habere seu tradere habeat, cui delectet. Isti sunt testes ex utraque parte per aures tracti: Engilpero, Cuniperht, Salomon, Erchanfrid, Strupo, Sanuel, Amalperht, Hehmuni, Avo, Ogo, Peretrih, Fridaperht, Appo, Cantrih, Gomarih, Adalperht, Rodmunt, Odolung, Terpion, Cotaperht, Ato, Fastmot, Amalperht, Erchanfrid, Walto, Anthelm, Waltunc, Adalhun, Alo, Petilo, Rihholt, Hiltimot, Engilmar, Hardperht, Irmperht, Parto, Perehtgoz, Ellinpald, Trogo, Reginhart, Pigo, Harpold, Patirih, Rodmunt, Erchanpold. Actum est hoc anno incarnationis domini nostri Jesu Christi 866. in loco, qui nuncupatur Letinchova.

**Num. LI. 868:**

Ambricho Epus et advocatus eius Helfrich suscipiunt renovatam traditionem Tevit et Erhilt ad aram sancti Emmerami factam, eamque ad usum vitalitium reddunt.

*Pez I c. 231.*

Commemoratorium renovationis illius traditionis, quam Thevit quidam Nobilis, et Erhilt uxor eius iam pridem ad sanctum Emmeramum perfecerunt. Venit namque Ambricho venerabilis Epus in Ecclesiam sancti Emmerami, et Pernhardus et alii multi eiusdem provinciae nobiles viri, Tunc praedictus Thevit accessit ad aram sancti Emmerami et renovavit traditionem suam antiquam, tradendo videlicet talem proprietatem, ut habuit ad Hornpah, et IV. mancipia, quorum nomina sunt: Hucimot, Gamanhilt, Deotfrid, Uualdhilt, nihil de omnibus extra dimittens, quae in hoc loco Hornpah habere visus est, ea tamen ratione, ut sua beneficia omnia in proprietatem haberet usque ad finem vitae suae et Erhilt, si haec diutius viveret; post amborum namque obitum omnia praedicta emeliorata cum acquisitione illorum sine ullius contradictione ad sanctum Dei constarent iure perenni. Hanc renovationem et vestituram accepit praedictus venerandus Epus, et Helfricus advocatus eius. Erlapold fideiussor et testis erat, et alii multi testes: Pernhart, Ogo, Reginperht, Isanperht, Terpaton, Uualto, Saxo, Uzant, Rihholf, Durinchart, Hiltrih, Erchanfrid, Pazrih, Salomon, Sigihart, Folcrat, Dancholt, Liutperht, Lantperht. Acta-sunt haec anno incarnationis domini 868.

**Num. LII. Circa annum 871. Febr. Ex Originali:**

Ludovicus Rex confirmat complacitationem inter Ambrichonem Episc. Ratisbon. et Engilmarum Diaconum.

In Nomine sanctae et individuae Trinitatis, Hludouuicus divina favente gratia Rex. Si petitiones fidelium nostrorum auribus nostris accommodaverimus, non solum regium morem decenter implemus, verum etiam eos fideliores, ac devotiores in nostro efficimus servitio, et ad aeternam vitam feliciter obtinendam profuturum liquido credimus.

Quapropter comperiat omnium fidelium nostrorum, praesentium scilicet et futurorum solertia, qualiter concessimus fieri quandam traditionem inter Hembriconem venerabilem Episcopum, et Engilmarum Diaconum. Tradidit namque Engilmarus suam proprietatem ad Ettinchoven in manum Episcopi, et advocati ejus Amalberti ad S. Emmeramum, quicquid ibidem habere visus est, cum curtibus, aedificiis, pratis, pascuis, silvis, aquis, aquarumve decursibus, molendinorum locis, mancipiis, nihil extra dimittens, sed totum ad praedictum sanctum Dei transfundens; et sibi complacitavit de rebus S. Emmerami beneficium suum in proprietatem cum consensu Episcopi, et omnium fratrum ibidem commorantium in loco, qui dicitur Heribrantesdorf et hobam Heimonis cum mancipiis usque ad finem vitae suae, ut postea omnia meliorata ad S. Emmeramum constarent. Igitur nos super eandem complacitationem hoc nostrae auctoritatis praeceptum fieri jussimus, per quod decernimus, atque jubemus, ut, sicut superius comprehensum est, ita diebus vitae suae securiter habeat, beneficium scilicet in proprium; post suum vero obitum ad praedictam potestatem S. Emmerami revertatur. Et ut haec auctoritas firmior habeatur, et per futura tempora a fidelibus nostris verius credatur, et diligentius observetur, manu propria nostra subter eam firmavimus, et annuli nostri impressione subter eam signari jussimus.

*Signum Domni Hludouuici Serenissimi Regis. (Monogramma)*

Hebarhardus Cancellarius ad uicem Luitberti recognovi.

Data IIII. Non. Febr. Anno XXXVII. regni Domni Hludouuici Serenissimi Regis in orientali Francia regnantis indictione VII. Actum Augusburc in Dei nomine feliciter Amen.

*Sigillum laesum.*

**Num. LIII. 874. 25. Maii:**

Ambricho Epus cum Comite Radolto concambiat.

*Pez I. c. 241.*

Notitia, qualiter Ambricho Radasponensium Epus, et Rodoltus Comes conplacitaverunt inter se. Dedit itaque supradictus Epus supra memorato Comiti in loco, qui vocatur Umpalasdorf, de terra arabili iugera 83. et econtra dedit Rodoltus Comes Ambrichoni Epo iri manum advocati sui Peraatrici in loco, qui dicitur Stupinga, iugera 40. et in loco, qui nominatur Pirihhinuuang (Pürkwang prope Wildenberg) similiter. Hoc autem factum est anno incarnationis Domini 874. Indictione VII. et octavo Kal. Junii.

**Num. LIV. 875. 18. Dec. Ex Originali:**

Ludovicus Rex Franciae orientalis, dictus Germanicus, donat veteri Capellae a se constructae Monasterium Bergen.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis Hludouuicus divina favente gratia Rex.

Notum sit omnibus sancte Dei Ecclesiae fidelibus, nostrisque, praesentibus scilicet et futuris, quia nos ob nostrae mercedis augmentum, et pro salute domni avi ac genitoris nostri, nec non etiam pro salute dilectae coniugis nostrae Hemmae, atque carissimae prolis concessimus ad nostram Capellam ad Reganesburc, quae est constructa in honore sanctae Mariae, illud monasterium ad Bergae cum omnibus ibidem adiacentiis vel pertinentibus, ea videlicet ratione, ut nullus ex successoribus nostris, neque ulla persona inde quicquam auferre vel minuere praesumat, neque in beneficium praestare cuiquam, sed in usus fratrum domino famulantium in praefata Capella nostra\*) ad Reganesburc, quam in honore sanctae dei genetricis semperque Virginis Mariae construximus, perpetualiter permaneant absque alicuius contradicentis obstaculo, ut eis pro omnium nostrum prosperitate domini clementiam delectabilius exorare delectet. Et ut haec auctoritas largitionis nostrae firmior habeatur et per futura tempora a fidelibus nostris verius credatur

\*) i. e. zur alten Capelle.

et diligentius observetur, manu propria nostra sup̄ter eam firmavimus et annuli nostri inpressione assignari iussimus.

*Signum domni Hludouuici serenissimi Regis. (Monogramma)*

*Signum Karlomanni. (Monogramma.)*

Heberhardus Cancellarius ad vicem Liutberti Archicapellani recognovi et ff.

Data XV. Kal. Junii anno XXXVIII. regni domni Hludouuici serenissimi Regis in orientali Francia regnantis, indictione VIII. Actum Reganesburc civitate regia in dei nomine feliciter amen.

*Sigillum intus impressum integrum extat.*

### **Num. LV. 876:**

De rebus sancti Emmerami concedente Ambrichone Epo fit concambium.

*Pez I. c. 214.*

Cunctorum industria fidelium agnoscat, qualiter Berehtcund venerabilis matrona, et Grimheri commutationem convenientem fecerunt. Tradidit itaque Grimharius ante nominatus Nobilis ad S. Emmeramum terrae arabilis iugera 30. et de pratis carradas 14. in loco, Stinpah nuncupato, in manum Berehtcundae atque advocati illius nomine Lantberti. Econtra vero illa Berehtcund ipseque advocatus Lantbertus, Epo honorabili Ambrichone licentiam concedente, tradiderunt de rebus sancti Emmerami eidem nobili Grimhario ad lminperc de terra arabili iugera 30. et de pratis carradas 12. Isti quoque eiusdem gestae rei testes existunt auribus tracti: Strachol, Hunolt, Deotolt, Sigimunt, Meiol, Hunger, Amalger, Otperht, Reginhart, Deotcoz, Ermenperht, Ruodolf, Petilo, Hamadeo, Engiluuart, Reginolt. Actum autem in Stinpah primo anno Karolomanni regis serenissimi.

### **Num. LVI. 878. 20. Sept. Ex Originali:**

Carolomanni Regis Germaniae praeceptum de complacitatione quadam inter Ambrichonem Ep. Ratisbon. et Hyttonem Abbatem Lunaelacensem.

In Nomine sanctae et individuae Trinitatis, Karlomannus divina favente gratia Rex. Notum sit omnibus fidelibus sanctae Dei Ecclesiae nostrisque praesentibus et futuris, qualiter quidam vir venera-

bilis Embricho Reginae Urbis Episcopus, neposque illius Hitto, Abbas monasterii ad Lunae lacum, nostram adierunt excellentiam unacum advocatis atque primatibus S. Emmerami, Martyris Christi, postulantes, ut ipsis per nostrae licentiae consensum, quandam aptam, utilemque complacitationem facere liceret. Tradidit itaque idem praefatus Abbas Hitto per consensum nostrum atque Episcopi praefatae sedis, totiusque familiae ipsius Ecclesiae ad sanctum Dei Martyrem Emmeramum proprietates suas, quales habuit ad Perga juxta Uthusa et ad Albrichinhova juxta Rochinga in manum praedicti Anlistitis, Advocatique illius Gundperti cum curtibus aedificiis, mancipiis utriusque sexus, pecudibus, domibus, agris cultis, et incultis, silvis, aquis, aquarumque decursibus, pratis, pascuis, quaesitis et inquirendis, mobilibus et immobilibus, et quae in posterum in ipsis locis adaugeri potuerint, omnia illuc transfundebat atque donabat, ea namque ratione, quatinus beneficia, quae prius habuit de praefatae Sedis Episcopo jamjamque dicto, id est: Lentinchova, Rodratinchova, Aregisinchova, Hardheim, Heskildebach, Ergoltesbach, Cuginbach, Benninchova, Pitenchova, cum universis pertitentiis atque adjacentiis eorundem locorum firmiter in proprietatem teneat atque possideat, una cum supra nominatis, atque traditis proprietatibus usque in finem vitae suae sine ulla diminoratione vel mutatione. Post obitum vero suum integritate cuncta maneant in potestate S. Emmerami, et provisoris ejusdem Ecclesiae. Cujus rei gratia hoc praesens praeceptum nostrae auctoritatis scribere jussimus, per quod decernimus, atque omnino jubemus, ut haec ipsa complacitatio per cuncta tempora inviolabilis permaneat. Et ut haec auctoritas nostri consensus perpetualiter verius credatur, et diligentius conservetur, manu propria nostra subtus eam firmavimus, et annulo nostro sigillari jussimus.

*Signum Arnolphi Gloriosissimi Regis. (Monogramma.)*

*Signum Karolomanni Invictissimi Regis. (Monogramma)*

Madalwinus Notarius ad vicem Theotmari Archi-Capellani recognovi.

†*Carolomann. rex.*

Dat. XII. Kal. Octobr. anno III. regni Karolomanni Serenissimi Regis in Bavvaria, et in Italia II. Indict. XII. Actum ad Hohberahhah, curte Regia, in Dei Nomine feliciter Amen.

*Sigillum illaesum.*



**Num. LVII. 878. 3. Dec. Ex Originali:**

Carolomannus rex quasdam res proprietatis suae in pago Tunageuue donat Jobo  
Presbytero et eo mortuo Ecclesiae sancti Emmerami.

In Nomine sanctae et individuae Trinitatis, Karlomannus divina favente gratia Rex. Si pro dei nutu vel pro mercede aeternae retributionis fidelibus quibuscunque nostris quasdam res proprietatis nostrae donamus, non solum regium morem decenter implemus, verum etiam et aeternae beatitudinis praemium nos promereri liquido credimus. Idcirco notum sit omnibus fidelibus sanctae Dei Ecclesiae nostrisque, scilicet praesentibus et futuris, quoniam quidam fidelis ac dilectus presbyter noster, Job nomine culmen Serenitatis nostrae adiit, deprecans, ut ei quasdam res proprietatis in pago, qui dicitur Tuonogeue, in comitatu Engildeonis\*) in proprietatem donaremus. Nos vero libentissime petitionibus illius satisficientes propter nimiam servitatem illius in nos exhibitam, per hoc praesens praeceptum nostrum in praedicto pago et in Villa, quae vocatur Samutespah donavimus ei duas hobas in proprietatem cum octo mancipiis, cum terris cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumque decursibus: omnia haec praedicto Jobo, dilecto Presbytero nostro in proprietatem dedimus atque de nostro iure in ius et dominationem eius transfundimus, ea videlicet ratione, ut ab hodierna die et deinceps ipsam proprietatem omnibus diebus vitae suae habeat, teneat atque possideat ; post obitum autem illius iubemus, ut res praedictae redeant in potestatem sancti Emmerami martyris Christi. Et ut haec auctoritas largitionis nostrae ab universis fidelibus firmior habeatur, et per futura tempora verius credatur ac diligentius conservetur, manu propria nostra subter eam confirmavimus et annulo nostro sigillari iussimus

*Signum domni Karlomanni piissimi Regis (Monogramma.)*

Baldo Cancellarius ad vicem Thiotmari Archicapellani recognovi.

Data III. Nonas Decembris anno Christo propitio III. domni. Karlomanni serenissimi Regis in Bauuaria, et II. in Italia, indictione XI. Actum ad Rantesdorf, curte Regia in Dei nomine feliciter amen.

*Sigillum intus impressum illaesum extat.*

\*) Comes orientalis an. 795. exauctoratus, ut habet Supplementum Msc. Annal. Fuld.

**Num. LVIII. 819. 9. Apr:**

Karlomannus rex confirmat quandam Complacitationem inter Hiltonem Abbatem  
Lunaelacensem, et Monachos ejusdem Monasterii.

*Pez I. c. 26.*

In Nomine sanctae et individuae Trinitatis, Karlomannus divina favente gratia rex. Si enim fructuosas complacitationes circa casas Dei fieri consentimus, non solum temporaliter nobis profuturum esse credimus, verum etiam ad aeternam vitam feliciter perveniendam nobis perfructuosum esse liquido non dubitamus. Idcirco notum sit omnibus sanctae Dei Ecclesiae nostrisque, scilicet praesentibus et futuris, quoniam quidam venerabilis ac dilectus Abbas noster, nomine Hitto petiit culmen serenitatis nostrae, ut sibi liceret, quandam complacitationem agere cum Monachis in Coenobio, quod Maninseo dicitur, consistentibus, quod etiam constructum esse videtur in honore B. Michaelis Archangeli Domini nostri Jesu Christi Nos autem petitionibus libenter illius aurem accommodantes, permisimus ita fieri, sicut rogavit. Et ideo praefatus Abbas cum manu Advocati sui tradidit ad supra dictum Monasterium proprietatem suam, qualem visus est habere in loco, qui dicitur Sulzibach cum mancipiis V. cum domibus, et caeteris aedificiis, cum terris, agris, pratis, viis, et inviis, pascuis, silvis, aquis, aquarumque decursibus, et cum omnibus integritatibus suis. Econtra vero tradidit advocatus S. Michaelis, nomine Ato, memorato Abbati cum consensu et licentia omnium fratrum in eodem coenobio consistentium, omnia beneficia, quae Perhtrammus presbyter cum sua proprietate complacitavit, ut usque ad finem vitae suae haberet; id est: ad Kekingon, et ad Erlafa, et Chauinga, et Osteringa, cum omnibus locis illuc aspicientibus, et cum omnibus integritatibus suis; id est: cum mancipiis utriusque sexus, cum domibus, et caeteris aedificiis, cum terris cultis et incultis, agris, pratis, pascuis silvis, aquis, aquarumve decursibus; omnia vero haec praedictus Advocatus Hittoni Abbati tradidit, ea ratione, ut post obitum memorati Presbyteri usque ad finem vitae suae in proprietatem haberet, atque possideret, et post discessum ejus omnia cum integritate ad praefatum coenobium converrerentur meliorata, sed pro firmitatis gratia idem Abbas poposcit serenitatem nostram, ut praeceptum nostrum superadderemus, ut illius complacitatio firma et inconcussa persistere potuisset. Nos vero voluntarie petitionem illius suscipientes, per hoc prae-

sens praeceptum nostrum sancimus, atque iubemus, ut quod ille ad jam dictum Monasterium tradidit, hoc deinceps perpetualiter illuc aspiciat, et quod ipse Abbas ab eodem coenobio suscipit, hoc omnibus diebus vitae suae habeat, teneat, atque possideat in proprietatem cum omni integritate sua, ea videlicet ratione, ut post obitum illius redeant cum omnibus adjacentiis suis meliorata ad praefatum Monasterium nullo unquam successore nostro hanc traditionem interrumpente, sed Deo auxiliante perpetuis temporibus salva et inconcussa permaneat. Et ut haec auctoritas praeceptionis nostrae per cuncta futura saecula inviolabilem in Dei nomine obtineat vigorem, manu propria nostra subter eam confirmavimus, et annuli nostri impressione sigillari iussimus. Data V. Id. April. anno Christo propitio III. Domni Karolomanni piissimi Regis in Bavvaria, et II. in Italia, indictione XII.

Actum ad Otingas cum Regina in Dei Nomine, Amen.

**Num. LIX. 879:**

Embricho Epus et advocatus eius Cuudpertus cum Reginperto viro nobili de rebus sancti Emmerami concambiat.

*Pez I.c. 216.*

Fructuosa valde iam olim inter homines et utilis nimium inoleverat consuetudo, scilicet ut res suas pro commoditate ambarum partium commutarent et utrimque, quod sibi contiguum esset, sumerent. Hac igitur considerata ratione Nobilis quidam Reginpertus, Ambrichonis venerabilis Epi Vasallus quasdam res, quae sibi ex coniugis suae nomine Uuicbirgae consortio in haereditatem cesserunt, in provincia Baioariorum, in pago Tonageuua, in villa Tuncilinga, id est, locum aedificii desertum, de terra arabili iugera 48. prata ad carradas XV. de silva iugera C. vias, aquas, vel quidquid in illo loco visus est habere, tradidit ad sanctum Dei martyrem Emmeramum, supradicto accipiente Epo, advocatoque suo Cundperto; et econtra eisdem tradentibus accepit de Sancti supradicti Martyris rebus locum quendam, qui dicitur Puoh prope Curtem, quae vulgari vocabulo vocatur Tan Monachorum, id est Ecclesiam, curtem cum pomerio, de terra arabili aequae, ut dedit, iugera 48. prata ad carradas XV. de silva iugera III. et quicquid in eodem loco prius in beneficium visus est accepisse, ea videlicet ratione, ut ipse et posterius eius, vel cuicumque

donare voluerit, haereditario iure perpetualiter possideret. Denique ut haec insolubiliior esset traditio, placuit ex utraque parte testibus, Norico more auribus tractis affirmari, quorum etiam nomina, nequis error posteros invaderet, congruum duximus ascribi: Cundpertus advocatus Ambrichonis Epi, qui, ut supra dictum est, hanc traditionem pariter cum Epo et accepit et fecit, teste Helfrico, Durinchardo, Uualtungo, Askarico, Rodhario, Deotmaro, Rihpaldo, Rihperto, Cundhardo, Et ut nullum omnino foret ab utrisque partibus impedimentum, placuit duas assignari cartulas, quippe unam in Bibliothecam sancti martyris reponi, alteram vero a Reginperto iam supra dicto teneri. Actum est autem praesente Epo iam saepe nominato, caeterisque iam plurimis anno domini nostri Jesu Christi 879. Indictione XII. regnantibus clarissimi Regis Hludouuici filiis Carlomanno, Hladouuico Carolo anne IV.

**Num. LX. 882. 19 Julii:**

Carolus Imperator confirmat Monasterio Meten quaedam bona, id est de fonte orientalis Pogana usque in Echirichesbuch, deinde in Urcho, et inde rursus Reganum et inde in Asebach, inde vero in Tuniesberg, deinde in Hernberc, inde vero in fontem occidentalis Pogana, easque res cum omni integritate ex jure et dominatione sua in jus et dominatione praefati Monasterii tradit atque transfundit.

*Signum domni Karoli serenissimi Imperatoris. (Monogramma.)*

Walto Notarius ad vicem Luithardi archicancellarii recognovi et subscripsi.

Data XIV. Kalendas Augusti anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi 882. anno vero augustali domini Karoli in Italia II. in Francia I. Indictione XV. Actum Asloha in dei nomine feliciter amen.

*Mon. boic. XI. 431.*

**Num. LXI. 883. 23. Martii. ex Originali:**

Imperator Carolus Crassus confert cuidam Euprant fideli suo Capellam in PiriHINGA cum pacto, ut eo defuncto spectet ad veterem Capellam Ratisbonae.

In Nomine Sanctae et individuae Trinitatis, Karolus divina favente gratia Imperator Augustus. Si locis deo dicatis aliquid ex nostra largitate conferimus, procul dubio aeternae remunerationis premia inde nobis augmentari credimus. Quapropter noverit omnium fidelium nostrorum, presentium scilicet et futurorum industria, qualiter nos interventu Engilmari abbatis nostri cuidam fideli nostro nomine Euprant quandam Cappellam in Villa nuncupata PiriHINGA cum omnibus ad eandem Cappellam pertinentibus edificiis, mancipiis, terris, agris, campis, silvis, pratis, aquis, quam ipse modo in beneficium habere jussus est diebus vite sue sub usu fructuario, in proprietatem concessimus, et jussimus hoc nostrae auctoritatis preceptum inde conscribi, per quod decernimus atque jubemus, ut prefatus Euprant eandem Cappellam diebus vite sue securiter possideat, post ipsius vero obitum ad Cappellam nostram in regina Civitate sitam, que est constructa in honore sanctae Mariae, jure perpetuo pertineat, rectoresque ipsius Ecclesiae eandem Capellam secundum voluntatem suam et utilitatem praefatae Ecclesiae regant et disponent. Et ut haec auctoritas nostrae largitionis firmior habeatur, et per futura tempora, verius credatur, ac diligentius observetur, manu propria subter firmavimus, et annuli nostri impressione sigillari iussimus.

*Signum domni Karoli Serenissimi Imperatoris Augusti. (Monogramma.)*

Uualdo Cancellarius ad vicem Liutuardi Archicancellarii recognovi et ff.

Data X. Kal. April. anno incarnat. dom. 883. Indict. I. anno vero imperii piissimi imperatoris Karoli III. Actum Reganespurc in dei nomine feliciter amen.

*Sigillum intus impressum integrum extat.*

**Num. LXII. 883. 28 Martii. Ex Originali:**

Karolus confirmat quoddam Concambium inter Ambrichonem Ep. Ratisb. et Hunricum Chor-Episcopum de rebus S. Emmerami in itum.

In Nomine sanctae et individuae Trinitatis, Karolus Imperator Augustus. Si circa servos Dei beneficia largimur opportuna, non so-

lum imperialem modum decenter implemus, rerum etiam et aeternae beatitudinis praerium nos promereri inde liquido credimus. Quapropter notum sit omnibus fidelibus sanctae Dei Ecclesiae nostrisque, scilicet praesentibus, et futuris, quoniam quidam vir venerabilis et religiosus Chor - Episcopus, nomine Hunricus, tradidit res ad S. Emmeramum martyrem Christi cum manu advocati sui Otnandi, cum consensu et consilio Ambrichonis venerabilis Episcopi, et advocatorum ejus, et hoc est, quod illi tradidit: ad Scammahocum basilica cum caeteris aedificiis, mancipiis utriusque sexus, terris cultis, et incultis, pratis, pascuis, silvis, et cum omnibus pertinentiis suis. Similiter etiam tradidit ad Luzilindorf, quidquid ibi habere visus est, id est, tam domibus, quam caeteris aedificiis, mancipiis, terris cultis, et incultis, et cum omnibus integritatibus suis. Econtra vero praefatus venerabilis Episcopus manibus advocatorum suorum unacum consensu totius cleri sibi subjecti tradidit ein proprietatem possidendam usque ad finem vitae suae quaedam loca S. Emmerami id est: Altheim, et Runhart, et Perchusa cum omnibus adjacentiis suis, id est, tam Ecclesiis, quam caeteris aedificiis, mancipiis, terris cultis, et incultis, pratis, pascuis, silvis, aquis, aquarumve decursibus, mobilibus, et immobilibus, seu quidquid ad haec iuste, et legaliter pertinere videbatur. Sed ob firmitatis gratiam idem Hunricus religiosus Chor-Episcopus nostram deprecatus est celsitudinem, ut praeceptum liberalitatis nostrae super hoc adderemus. Nos autem libentissime petitionibus illius satisfacientes jubemus, atque decernimus, ut ab hodierno die et deinceps omnia iam dicta loca usque ad finem vitae suae habeat, teneat atque possideat, eo etiam tenore, ut post obitum suum praefatae res in omnibus salvae ad S. Emmeramum revertantur, nullo unquam hanc convenientiam irrumpente, vel inquietante, sed Deo auxiliante perpetuis temporibus firma et inviolabilis permaneat. Et ut haec auctoritas praeceptionis nostrae firmior habeatur, et per futura tempora verius credatur, ac diligentius conservetur, manu propria nostra subter confirmavimus, et annuli nostri impressione sigillari iussimus.

*Signum domni Karoli Serenissimi Augusti. (Monogramma.)*

Uualto Notarius ad uicem Luituardi Archi-Cancellarii recognovi.

Data V. Kal. April. Anno Incarnationis Domini D.CCC.LXXXIII. indict. I. Anno vero imperii piissimi imperatoris Karoli III. Actum Regenesburg in Dei nomine feliciter Amen.

*Sigillum abstractum.*

**Num. LXIII. 883. 5. Aprilis Ex Originali:**

Imperator Carolus Crassus Ratisponae adprobat concambiuin, quo Ambricho Epus Ratisbon. Hattoni abbati ad dies vitae dat abbatiam Monseensem pro rebus sancto Emmeramo datis.

In Nomine sanctae et individuae Trinitatis, Karolus divina favente clementia Imperator Augustus. Si circa servos dei beneficia largimur opportuna, non solum imperialem modum decenter implemus, verum etiam aeternae beatitudinis praemium nos promereri inde liquido credimus. Quapropter notum sit omnibus fidelibus sanctae Dei Ecclesiae nostrisque, scilicet praesentibus et futuris, quoniam quidam venerabilis vir et religiosus Abba noster nomine Hatto tradidit simul cum advocato suo Ottilone ad sanctum Michaellem, sanctumque dei martyrem Emmeramum proprietatem suam, quam habuit in Oriente iuxta fluvium, qui vocatur Raba, id est hobas 30. in manum Embrichonis vener. Epi, et advocati eius Gundperti. Econtra vero praefatus vener. Epus manibus advocatorum suorum unacum consensu totius Cleri sibi subjecti tradidit ei in proprietatem possidendam usque in finem vitae suae de rebus sancti Emmerami abbatiam, Lacum-Lunensem (Monsee) cum omnibus adiacentiis suis, id est, cum Ecclesiis, quam et caeteris aedificiis, mancipiis utriusque sexus, terris cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis, aquis, aquarumve decursibus, mobilibus et immobilibus, seu quicquid ad haec iuste et legitime pertinere videbatur. Sed ob firmitatis gratiam item Hatto, religiosus Abba nostram deprecatus est celsitudinem, ut praecceptum liberalitatis nostrae super hoc adderemus. Nos autem libentissime peritionibus illius satisfacientes iubemus atque decernimus, ut ab hodierna die et deinceps iam dictam abbatiam cum locis ibi pertinentibus usque ad finem vitae suae habeat, et teneat, atque possideat, eo etiam tenore, ut post obitum suum praefatae res in omnibus salvae ad sanctum Emmeramum revertantur, nullo unquam hanc convenientiam irrumpente vel inquietante, sed deo auxiliante perpetuis temporibus firma et inviolabilis permaneat. Et ut haec auctoritas praeceptionis nostrae firmior habeatur, et per futura tempora verius credatur ac diligentius conservetur, manu propria nostra subter eam confirmavimus, et bullae nostrae impressione sigillari iussimus.

*Signum domni Arnulfi serenissimi Regis. (Monogramma)*

*Signum domni Karoli seren. Imperatoris Augusti. (Monogramma)*

Uualdo Cancellarius ad vicem Luituardi Archicancellarii recognovi.

Data Nonas Aprilis anno incarnationis domini 883. indictione I.

Anno vero imperii piissimi imperatoris Karoli tertio. Actum Regenesburg in dei nomine Amen.

*Adpendet Imperatoris Karoli Sigillum plumbum.*

**Num. LXIV. 884. 19. Sept. Ex Originali:**

Imperator Carolus Crassus donat veteri Capellae Ratisbonae ad luminaria Ecclesiam cum casa et curte et aliis pertinentiis ad Marlingon.

In nomine Sanctae et individuae Trinitatis, Karolus divina favente clementia Imperator Augustus. Si enim pro dei amore locis deo dicatis ex nostris rebus aliquid conferimus, et necessitates ecclesiasticas nostro sublevamus juvamine, id nobis ad aeternam Vitam feliciter capescendam profuturum liquido credimus. Ideoque noverit omnium sanctae dei Ecclesiae fidelium nostrorumque, praesentium scilicet et futurorum sollertia, quia nos pro dei amore et animae nostra remedio concessimus ex nostris rebus ad capellam nostram, quae est in honore sanctae et intemeratae Virginis Mariae constructa infra Civitatem Radesbonam, Ecclesiam unam cum Casa et Curte ad Marlingon vocato loco in comitatu Engildei, et de terra salica liobas duas, et mancipia quinque cum omnibus juste et legaliter ad ipsam Ecclesiam pertinentibus, campis, pratis, silvis, cultis et incultis, aquis, aquarumve decursibus, viis et inviis, accessibus et regressibus, et adjacentibus finibus, eo videlicet rationis tenore, ut deinceps perpetualiter ex ipsis rebus indeficiens luminaria ad praefatum sanctum locum pro animae nostrae remedio habeatur. Unde et hoc nostrae auctoritatis praeceptum exinde fieri jussimus atque jubemus, ut nostris futurisque temporibus praefatae res ad praescriptum sanctum locum inviolabiliter permaneant, nullusque habeat potestatem, exinde aliquid minuere vel subtrahere. Et ut haec nostrae Concessionis auctoritas per futura tempora a cunctis fidelibus nostris verius credatur et diligentius observetur, manu propria nostra subter eam firmavimus, et annulo nostro assignari jussimus.

*Signum Karoli Serenissimi Augusti. (Monogramma)*

Segoinus Notarius ad vicem Liutuardi Archicancellarii recognovi et ff.

Data XIII. Kal. Octobr. anno ab incarnatione domini 884. indictione III. anno vero regni domni Caroli imperatoris VIII. imperii autem IIII. Actum Radesbone Civitat. in dei nomine feliciter amen.

*Sigillum intus impressum integrum extat.*



**Num. LXV. 885. 23. Aug. Ex Originali:**

Imp. Carolus Crassus donat abbati Engilmaro ad dies vitae ipsius possessiones ad veterem Capellam spectantes, nempe monasteria Perge et Wezinesprunne ac Capellam in Mosheim.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Karolus divina favente clementia Imperator Augustus. Si de rebus terrenis, si de rebus nostris oportunitates accomodaverimus, benivolentiores eos facimus, et a Deo mercedem nos inde habere liquido credimus, Quapropter comperiat omnium fidelium nostrorum, praesentium scilicet ac futurorum industria, qualiter fideli nostro abbati Engilmaro ob fidele servitium illius et pro augmento mercedis nostrae apud deum causas nostras per hanc nostram auctoritatem concessimus; donavimus itaque illi usque ad finem vitae suae in proprietatem, quicquid pertinet ad Capellam nostram, quae sita est in urbe regina, id est monasterium ad Perge, et quicquid illuc pertinet, monasterium ad Uezinesprunnin, et quicquid illuc pertinet, Capellam ad Mosaheim, et quicquid illuc pertinet, Haec omnia usque ad finem vitae suae ei potestative confirmamus, quatinus securus pro nobis et pro parentibus nostris oret, et clericos ad servitium dei nutriat. Et ut haec nostrae largitionis sive Concessionis auctoritas firmiorem in dei nomine obtinere valeat vigorem, manu propria nostra subter eam firmavimus, et annuli nostri impressione iussimus insigniri.

*Signum Domni Karoli Serenissimi Imperatoris Augusti. (Monogramma.)*

Amalbertus Notarius ad vicem Liutuuardi Archcancellarii recognovi et ff.

Data X. Kal. Sept. anno Incarnat. dni 885. Indict. III. Anno regni Karoli piissimi Imperatoris VIII. Imperatoriae vero dignitatis in Italia V. in Francia IIII. in Gallia I. Actum ad Uueibelingan curte imperiali, in dei nomine feliciter amen.

*Sigillum intus impressum magna ex parte fractum est.*

**Num. LXVI.. 886. 16. Febr. Ex Originali:**

Imp. Carolus Crassus Monasterium superius Ratisbon. in suam defensionem suscipit,  
 Monialibus abbatissarum electionem, Monasterioque advocati electionem liberam  
 concedit.

In Nomine sanctae et individuae Trinitatis, Karolus divina favente clementia Imperator Augustus. Si membra Xpi infirmiora, sed abundantiori honore dignissima, debita charitate amplectimur, et Imperialis auctoritatis robore communimus, id nobis et ad temporalis tranquillitatis gratiam, et ad aeternae felicitatis gloriam profuturum. sine haesitatione confidimus. Proinde omnium fidelium Xpi tam praesentium, quam succedentium noverit industria, qualiter Nos monasterium beatissimae semperque Virginis matris Domini nostri Jesu Xpi Mariae in Civitate Ratispona, quod dicitur Oberenmunster, quod piaae memoriae genitrix nostra Hemma regina a Baturico Ratisponensi Epo solempni ac legitimo concambio recepit, ubi ipsa corporaliter sepulta requiescit, in nostrae aemunitatis defensionem suscepimus, ea videlicet conditione, ut neque nos, nec quisquam imperator, aut rex, aut dux, aut comes, aut regalis exactor sive ex imperiali, sive ex propria auctoritate quidquam ibi ordinandi aut exigendi habeat potestatem. Sorores quidem abbatissa decedente aliam, quae succedat, moribus atque vita probabilem unanimiter atque legitime eligant, cui electioni sive ordinationi nec Imperator, nec Rex, nec Epus, nec Advocatus, nec aliquis hominum in aliquo contradicat, nec difficultatem, nec molestiam quamlibet inferat. Sane advocatum nullum habeat, nisi eum, quem abbatissa et sororum concors discretio elegerit, qui etiam advocatus nihil iuris, nihil potestatis, nihil servitii ibi requirere praesumat, nisi quod et abbatissae et sanctimonialium bona voluntas constituat. Si quis vero deinceps hanc nostrae auctoritatis paginam propter suam cupiditatem infringere voluerit, omnium illorum criminum, peccatorum, delictorum in extremo et districto examine in praesentia Dni reus existat, pro quorum absolute et redemptione piaae memoriae genitrix nostra ipsum Monasterium ordinavit, ditavit atque magnificavit, et tamen suum malum studium nihil valeat, sed usque in finem saeculi hoc praeceptum nostrum inviolabiliter perseveret Et ut haec nostrae auctoritatis constitutio firmior et certior habeatur et diligenter ob-

servetur, manu propria subtus eam firmavimus et bullae nostrae impressione signari iussimus.

*Signum domni Karoli Serenissimi Imperatoris Augusti. (Monogramma.)*

Amelbertus Cancellarius ad vicem Archicancellarii recognovi.

Data XIV. Kalendas Martii anno dominicae Incarnationis 886. Indictione quarta ; anno vero Imperii piissimi Imperatoris Karoli in Italia VI. in Francia V. in Gallia II. Actum in villa, que Rotwile vocatur in Domini nomine feliciter amen.

*Sigillum intus impressum maxima ex parte avulsum est.*

### **Num. LXVII. 887. 8. Februarii:**

Arnolphus Rex cum Ambrichone Epo concambiat, accipitque ab eo locum Pruoil ad sanctum Emmeramum pertinentem , et dat in Villa Mandorf Ecclesiam cum decimis.

*Ex Hundii Metropoli I. 165. Edit. Rat*

In Nomine sanctae et individuae Trinitatis, Arnolfus divina ordinante clementia Rex. Si iis, qui divino cultui mancipati sunt, aliquod suffragium conferimus, id nobis ad perpetuam beatitudinem promerendam profuturum esse credimus. Quapropter noverit omnium fidelium, praesentium scilicet et futurorum industria, quia nos quandam commutationem in Bauuaria in pago Chelesgowe cum Ambrichone venerab. Reginae Urbis Epo cum consensu totius Collegii sibi subditi fecimus; dedit namque nobis praefatus Epus quandam proprietatem eidem urbi contiguam, ad Monasterium sancti Emmerami martyris Christi pertinentem, quae quia aliquando ad inclusionem ferarum destinata fuerat, iterum ad hoc ab eo poposcimus concambiandam et revocandam. Nos vero in recompensationem eiusdem loci, vulgari nomine Pruoil nominati, dedimus ad praedictum Monasterium in pago Chelesgouue in villa Mandorf Ecclesiam cum decima, curte, caeterisque aedificiis et VII. hobis, cum parskalkis omnique censu eorum, cunctisque iuste ad eandem proprietatem pertinentibus, agris, pratis, vineis, pascuis, silvis, aquis aquarumve decur-

sibus, exitibus et redditibus, mobilibus et immobilibus, cultis et incultis, et iussimus, inde hoc nostrae auctoritatis fieri praeceptum, per quod sancimus atque iubemus, ut haec Commutationis auctoritas firma et stabilis perpetuis perseveret temporibus, sine alicuius contradicentis impedimento. Ut illa plenior in dei nomine obtineat firmitatem, manu propria subter eam firmavimus, annuloque nostro sigillari iussimus.

*Signum domni Arnolphi piissimi Regis. (Monogramma)*

Aspert cancellarius ad vicem Archicapellani recognovi.

Data VI. Februarii anno dominicae incarnationis 887. Indictione VI. Actum in urbe Regina in dei nomine feliciter amen, anno I. regni domini Arnolphi piissimi Regis.

**Num. LXVIII. 888:**

Ambricho Epus, ejusque advocati Herrandus et Gundobertus concambiant de rebus sancti Petri et sancti Emmerami cum Ouardo Presbytero coram comite Engildeone.

*Pez I. c. 269.*

Plurimorum igitur industria comperiat, qualiter ven. quidam presbyter nomine Ouardus commutationem congruam peregit; praedictus namque presbyter tradidit ad sanctum Petrum sanctumque martyrem Emmeramum talem proprietatem, qualem ad Stupinga visus est habere, id est in terra arrabili et silva et prato hobas III. et jugera XX. Casam cum curte, horreum quoque atque pomerium, nihil extra dimittens, cum terris, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, exitibus et redditibus, quae ex integro illuc transfudit in manum videlicet Ambrichonis ven. Epi, advocatorumque ejus Herrandi atque Gundoberti. Econtra vero Herrandus atque Gundobertus consentiente domino suo Epo tradiderunt de rebus sancti Emmerami praedicto Ouardo in proprium perpetualiter habendum ad Tagaratinga Ecclesiam, casam cum curte, horreum quoque atque pomerium, hobas tres cum omnibus appenditiis earum. Et isti sunt testes: Hadamar, Plidger, Leoparto, Lantfrid, Chreftinc, Waltrih, Albrih, Perhtolt Schilpunc, Durinc, Isanperht, Reginperht, Ruodhart, Heimo,

Eparol, Strupo. Vestitores et revestitores sunt Herrandus, atque Gundbertus, atque Eparolfus.  
Actum ad Reganaspurc coram Engildeone Comite anno domini 888.

**Num. LXIX. 889. 23. Febr:**

Ambricho Epus unacum advocato suo Gundberto suscipit donationem Rodheri sancto  
Emmeramo factam.

*Pez I. c. 273.*

Cognoscat omnis Ecclesiae Dei beatissimus ordo, qualiter quidam Nobilis, nomine Rodheri de aeterna sibi prospiciens remuneratione, praesentique consulens necessitati, tradidit ad sanctum martyrem Emmeramum, quicquid in Villa, Samutinga nuncupata, proprietatis visus est habere in mancipiis, quorum nomina sunt haec: Tiso, Albuuar, Sigifrit, et filii ejus; in aedificiis et terris cultis et incultis, aqua, silva, viis et inviis, exceptis tribus solummodo mancipiis unoque vili nemore, aliunde conquisito, venerabili Epo Ambrichone hanc traditionem suscipiente unacum advocato ejus Gundberto, ea scilicet ratione, ut econtra tres mansos de rebus supradicti sancti cum redditibus acciperet et per singulos annos, donec in hac fragili vita viveret, vestimentum deorsum textum 1. et cam. cubitos 16. habens in longitudine, camisiam quoque et cottum similiter 1. de vino carrad. 1. id est situlas 30. farinae mod 10. pracial. 2. frisking 4. duas vervecinas, duas autem reliquas porcinas, singulas singulis appretiatis tremissis, et ut haec omnia pariter cum illa tradita haereditate suo usui servientia suoque juri cedentia, dum viveret, firmiter obtineret, complacitavit. Et si vel Eporum quisquam, vel etiam eorum familiarium horum quippiam subtrahere aut infringere conetur, et perfecerit, ille nominatus Rodheri suae proprietatis liberam haberet potestatem vertere, quo libuerit. Sed et testium quoque Norico more per aures tractorum nomina cerni licet in praesenti: Hadamar, Uuago, Unlaz, Avo, Strupo, Ambricho, Rupo, Durinchart, Eparhart, Ilpunc, Uueti, Strupo, Rihhard, Herirat, Rodhart, Lantpero. Haec est secunda traditio, et hi sunt testes: Herrant, Strupo, Rihpold, Karaheri, Eparahchar, Petilo, Adalhun, Unolz, Deotperht. Actum est autem anno Arnulfi Regis secundo, VII. Kal. Martii in loco, qui vocatur Menzinpah, praesentibus autein Monachis Cano-

nicisque quam plurimis, id est Rodolto, sancti martyris Emmerami praeposito, Deotperto custode Sacrorum et Monacho, Tutone Monacho et Diacono, Eriperto presbytero et Canonicorum praeposito, Reginone diacono, Erminoldo presbytero, Perideone presbytero, Uuihgozo diacono, Uuollhelmo diacono, Mahthario subdiacono, Harperto subdiacono, Deotmund subdiacono, Uuolfolto diacono, Attone subdiacono, Uuolfrato subdiacono.

**Num. LXX. 889. 15. Octobris. Ex Originali:**

Rex Arnolfus suo Archicancellario Asperto Capellam Aufhausen in pago Tunagewe in proprium concedit.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Arnolfus divina providente clementia Rex. Si fidelium nostrorum petitionibus satisfacere studuerimus, quos in sapientia subtiles, disciplina jucundos, fidelitate sinceros, atque erga Regii servitii operam indefessos esse conspicimus, statum regni nostri inde muniri, eosque fideliores ad nostrum inclinari obsequium oppido confidimus. Quamobrem omnium fidelium nostrorum praesentium atque futurorum comperiat industria, quia nos Asperto venerabili ac dilecto Archicancellario nostro pro Theotmari ven. Archiepi, et Rudperti dilecti terminalis Comitis nostri\*) suggestionem, suoque amore Capellam in pago Tunnagouue ad curtem Regiam , , quae Ufhusa dicitur, constructam cum familiis, mancipiis et omnibus rebus ad eandem Capellam rite pertinentibus, omnibus vitae suae diebus in proprium concessimus, cum curtibus, aedificiis, terris cultis et incultis, decimationibus, censibus, agris, pratis, campis, pascuis, silvis, aquis, aquarumve decursibus, molendinis, piscationibus, viis et inviis, exitibus ac redditibus, quaesitis et inquirendis, omnique integritate ad eandem Capellam pertinente. Jussimus quoque inde hunc praesentem donationis nostrae titulum conscribi, per quem firmissime Regali auctoritate nostra jubemus, ut nihil de eadem Capella in his rebus subtrahatur, quae hactenus ad eam pertinebant, neque in censibus, neque in tecti ejusdem basilicae procurationibus vel quibuslibet minimis rebus, ipseque memoratus Archicancellarius noster eandem Capellam sub usufructuario per omnes

\*) Comitis limitanei seu Marchionis.

vitae suae dies teneat atque possideat, liberamque teneat potestatem, eam cum omnibus appenditiis suis pro nostra parentumque nostrorum animabus, ac deinde sua aut ad sancti Petri in Ratispona urbe Monasterium\*) ubi Episcopalis Sedes est,\*\*) vel sancti Emmerarni martyris Christi tradendi. Et ut haec Constitutio et donatio nostra perennite firma perseverer, manu propria eam confirmavimus, annuloque nostro assignari jussimus.

*Signum domno Arnolphi invictissimi Regis (Monogramma)*

Ernestus Notarius ad vicem Theotmari Archicapellani recognavi.

Data Idus Octobr. anno incarnationis Domini 889. Indictione VII. anno regni Arnolphi piissimi Regis II. Actum Franchonofurt curte Regia in dei nomine feliciter amen.

*Sigillum intus impressum illaesum extat.*

### **Num. LXXI. Circa annum 889:**

Complacitatio inter Epum Ambrichonem, et Aspertum Cancellarium Regis Arnolphi.

*Ex Anamodo, Libro II. cap. 24. Pez. I. c.*

In nomine sanctae et unice Trinitatis. Qualiter subsequens complacitatio perageretur, multorum cognoscat industria fidelium. Tradidit igitur Aspertus\*\*\*) ven. diaconus, Cancellarius videlicet Regis Arnulphi, ipso Rege licentiam concedente, ad sanctum Petrum principem Apostolorum sanctumque Dei martyrem Emmeramum proprietatem suam, id est illam Capellam ad Feldun, et illam in loco, qui dicitur Cella, et illum locum Gepantespah et Gisalpah et quicquid ad eadem loca pertinuit, cum aedificiis, mancipiis, terris, pratis, silvis, nihil extra dimittens, praeter illa beneficiola, quae Otto et Gundperht habuerunt, quin ex integro ad praedictos Sanctos contraderet atque transfunderet in manum videlicet Ambrichonis venerab. Epi eiusque advocati Gundberti. Econtra vero idem Gundbertus consentiente Domino suo Epo tradidit eidem Asperto ven. diacono de

\*) Vox Monasterii heic tribuitur basilicae canonicorum.

\*\*\*) Ideo Coenobium sancti Emmerami pars Sedis Eplis esse non desiit.

\*\*\*\*) Is post Ambrichonem Epus Ratisbon. creatus anno 891.

rebus supradictorum Sanctorum haec loca, id est Oparinhusa, Niuuinhusa, Lorcin, et quicquid ad eadem loca pertinere visum est, ea videlicet ratione, quatenus ipse Aspertus et unus proximorum suorum, cui tradere voluerit, post se omnia ante nominata loca firmiter possideant usque ad obitum suum; postea vero cuncta ad sanctum Petrum sanctumque Emmeramum pertineant, exceptis illis duobus beneficiolis. Actum autem est ad Reganesburg cum attestazione et affirmatione Monachorum, Canonicorum, atque Laicorum, Et isti sunt testes: Herrant, Gundperht, Ogo, Erchanperht, Strupo, Ambricho, Sigifrid, Albrih, Pald, Wiker, Gundpold, Eparhart, Hitto, Folcrat, item Strupo, Wetti, Lantperht, Werinheri.

**Num. LXXII. 890. 21. Martii. Ex Originali.**

Arnulphus Imperator Coenobio sancti Emmerami cathedrali vindicat territorium abstractum, ejus terminis accuratissime descriptis.

In Nomine sanctae et individuae Trinitatis, Arnolfus divina favente clementia Rex. Si debitores sumus, omnibus injustitiam patientibus lineam aequitatis exhibere, dignum fore arbitramur, quatenus ecclesiasticae res mundiburdium ac defensionem a nobis habeant, nullarumque perpetuantur iniquitatem. Idcirco noverit omnium fidelium nostrorum tam praesentium, quam futurorum industria, qualiter nos quorundam virorum religiosorum relatu didicimus, qualiter quaedam res in pago Quinzingouue, in Comitatu Hunolfi, infra terminum loci, Scononowa vocali de Monasterio sancti Emmerami, piissimi martyris Christi jam longo tempore injuste fuerint abstractae. Hujusce modi injustitiam non parvi pendentes jussimus eandem marcham ad praefatum Coenobium pertinentem fideles nostros circumducere aequaque discretione sequestrare. Isti sunt, qui eandem marcham circumduxerunt: Engildeo Comes, Odalrich Comes, Meginhart Comes, Cunipreht Comes, Kerolt Comes, Rumolt Comes, Geio Comes, et alii quam plures, quorum nomina alteri membranae inscripta praesenti auctoritatis nostrae praecepto lucent involuta. Ita autem praefati loci terminus ab eis fuit circumductus atque limitibus distinctus, id est de Marapah usque ad Marachleo, inde quoque usque ad Rispah, deinde usque ad caput Cheunpah, inde usque ad Rotaga, et ex Rota flumine ad Hor-



ginpah, ac deinde ad Goldarum, illinc siquidem usque ad Smalagusleit, deinde usque ad Grasamarsiho, ac deinde usque ad crucem. Nos quoque, ne ulterius exinde aliqua quaestio oboriatur, ex integro easdem res, veluti ibidem circumductae esse noscuntur, ad praedictum Coenobium pro venerandae memoriae remedio animae patris nostri, Karolmanni videlicet invictissimi Regis ac deinde nostrae, parentumque nostrorum denuo tradidimus, et iussimus inde hoc praesens Concessionis nostrae praeceptum conscribi, per quod decernimus atque regio munimine iubemus, ut omnes praeordinatae res ad antedictum Monasterium perpetim possidendae consistant. Nos quoque addimus, quatenus ipsae res, quas nos inde in beneficium acceptas habemus, ab eodem Monasterio nullo modo tollantur, sed si prius non redeant, post obitum nostrum in ius Monasterii redigantur. Et ut haec donatio et constitutio nostra firma stabilisque perenniter consistat, manu propria praesens praeceptum firmavimus annulique nostri impressione assignari iussimus.

*Signum domni Arnolphi invictissimi Regis. (Monogramma).*

Aspertus Cancellarius ad vicem Deotmari Archicapellani recognovi.

Data XII. Kal. Aprilis anno dominicae incarnationis 890. Indictione VIII. anno III. regni Arnolphi piissimi Regis, Actum Mosapurc regia civitate in Dei nomine feliciter amen.

*Sigillum intus impressum integrum extat.*

Tenor alterius membranae Diplomati adiunctae.

Isti sunt testes, qui circumduxerunt illam marcam ad Sconinouua : Engildeo Comes, Odalrih Comes, Meginhart Comes, Chuniperht Comes, Kerolt Comes, Rumolt Comes, Getto Comes, Uuihad, Arngis, Ludo, Pirchtilo, Gozperht, Milo, Uuitold, Ermperht, Rodolt, Perahcoz, Frotolf, Dorfum, Uuolrat, Engildeo, Adalger, Heripan, Isanperht, Uuilihelm, Purcheri, Reginheri, Erchanpold, Reginmunt, Hunpold, Heidfolch, Sigimot, Uuilipald, Chuniperht, Rupo, Eginolf, Engilperht, Petto, Salomon, Fridaperht, Meginhart, Fridolf, Chunulo, Ierrimar, Heimger, Arnamar, Otachar, Reginhart, Herimar, Liuprant, Adalmar, Adalmunt, Eparunt, Reginhoh, Eccirih, Ascirih, Jacob, Megol, Gunzo, Cundperht, Nidhart, Liufu, Sicco, Rodmunt, Uuago, Isanpert, Gemmunt, Liuthart, Uuenilo, Uueti, Uuinipold, Trogo,

Madhelm, Faramunt, Paldrih, Unimunt, Tiso, Kerhart, Rodker, Ha gano, Reginperht, Gunzo, Sigilrid, Pald, Sigifrid, Lantpero, Othelm, Altmann, Hadamar, Liutunc, Kerhart, Rodhart, Reginhob, Sigimot, Ellant, Appo, Ambricho, Ogo, Ellant.

**Num. LXXIII. 892.**

Arnolphus Rex donat Coenobio Metten quinque curtilia cum aedificiis suis Ratisbonae  
sita.

*Ex Mon. boic. XI. 435.*

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Arnolfus divina favente gratia Rex.  
Comperiat cunctorum fidelium Christi generalitas, qualiter nos per interventum Rihharii  
custodis nostri, nec non ob aeternae mercedis augmentum quasdam res nobis a deo  
concaessas ad quandam abbatiunculam loco nuncupante Metamum, quae constat esse  
sita in honore sancti Michahelis archangeli, in proprium aeternaliter confirmando  
perdonavimus, haec sunt urbe Radaspona curtilia quinque cum universis aedificiis iure  
aspicientibus ibidem prope curtem, quae dicitur Odalmaneshovestiti, adiacentia atque  
contigua, quae sunt visa esse inter conflexa duarum viarum, quae in occidentali parte  
praedictae curtis, hoc est ad Odalmaneshovesteti conveniunt. Jussimus quoque inde hoc  
nostrae auctoritatis praeceptum conscribi, per quod praecipiendo volumus, ut praefatum  
Monasterium atque Provisores eiusdem Ecclesiae ex praelibatis rebus dein-ceps  
securam habeant potestatem, sicuti de caeteris rebus, quae eidem Ecclesiae propriae  
esse dinoscuntur. Et ut hoc verius credatur ac diligentius observetur, manu nostra id  
roborantes annuloque nostro sigillari iussimus.

*Signum domni Arnoljl invictissimi Regis. (Monogramma.)*

Engilpero Notarius ad vicem Deotmari archicapellani recognovi et subscripsi.

Data Nonas Junii anno domini 892. Indictione XI. anno VI. regni Arnolfi, piissimi  
Regis. Actum Reganespurc in dei nomine feliciter amen.

*Sigillum intus impressum est.*

**Num. LXXIV. 895. 14. Maii. Ex Originali:**

Arnulphus Rex in loco Tripura confirmat donationem seu concambium de bonis in Pupinga inter Tutonem Epum, et Heinricum clericum initum.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Arnolfus divina favente gratia Rex. Si fidelium nostrorum petitiones benigne auribus celsitudinis nostrae accomodamus et ea, quae pro comuni se utilitate invicem perpetrasse causa complacitationis asserunt, munimine auctoritatis nostrae roboramus, non solum regium morem decenter implemus, verum etiam aeterna nobis praemia inde provenire posse liquido credimus. Idcirco cunctorum sanctae dei Ecclesiae fidelium, praesentis scilicet temporis et futuri, manifestetur Collegio, quia Tuto venerandus Ratisponensis Ecclesiae Praesul obtulit obtutibus nostris quandam Complacitationis cartam, in qua continebatur, qualiter quidam clericus nomine Heinricus talem proprietatem, sicut per nostrae concessionis praeceptum in Tunagouue in Comitatu Paponis, in loco, qui dicitur Puopinga (Pübing) habuit, cum mancipiis decem, et in loco Denchilinga silvae fructiferae jugera XV. ad sanctum Petrum, principem apostolorum, sanctumque Emmeramum martyrem Christi (i.e. ad Sedem Eplem) in beneficiorum suorum complacitationem legitimo more praedicta carta testificante ex integro tradiderat. Econtra vero Tuto venerabilis Epus hoc Ecclesiae suae cernens esse proficuum, unacum advocatis, Avone videlicet et Gundperto, tradidit eidem Heinrico in proprium, quidquid in locis nominatis Utilinga et Denchilinga ex parte Episcopi sui in beneficio habuit, cum mancipiis, aedificiis, terris, silvis, omnibusque appenditiis illuc rite aspicientibus, eo videlicet rationis tenore, quatenus antedictus Heinricus tam proprium, quam supra scripta beneficii sui loca firmiter diebus vitae suae habeat, teneat, atque possideat absque ulla controversia; post ejus vero obitum salva integritate ad praedictos Sanctos haec omnia perenni jure pertineant. His vero ita gestis supplicante jam fato Episcopo, hoc praesens auctoritatis nostrae praeceptum inde conscribi jussimus, firmiter praecipientes, ut haec eadem Complacitationis institutio perpetuis temporibus nullo unquam irrumpente vel inmutante jfirma et stabilis perseveret. Et ut hoc verius credatur ac diligentius observetur, manu nostra id roboramus, annuloque nostro sigillari jussimus.

*Signum domni Arnolphi invictissimi Regis (Monogmma.)*

Engilpero Nolarius ad vicem Deotmari Archicappellani recognovi.

Data II. Id. Maii anno domini 896. Indict XIII. anno vero VIII. regni Arnolphi, piissimi regis. Actum in loco, qui dicitur Dripura in Dei nomine feliciter amen.

*Sigillum est avulsum.*

**Num. LXXV. 896. 2. Augusti. Ex Originali:**

Imperator Arnolfus donat Ecclesiae collegiatae in Roting a se constructae quosdam mansos in Besing.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Arnolfus divina favente gratia Imperator Augustus. Si de rebus terrenis, quas divinitus adepti sumus, Ecclesias Deo construere et divina officia ordinare in eis jugiter satagimus, superni muneris praemium ob hoc nobis largius impertiri liquido credimus. Quapropter omnium sanctae Dei Ecclesiae fidelium nostrorumque, praesentium scilicet ac futurorum cognoscat prudentia, qualiter nos Ecclesiam et regalem Capellam nostram, quam ad Rotagin (Roding) a fundamentis construere iussimus et dedicari fecimus in honore et veneratione sancti Jacobi apostoli fratris domini, et sancti Pancratii, sanctarumque, quas a Roma nobiscum in istam patriam deferimus, istis infra titulatis casis dotavimus, hoc est ad Besinga hobas duas absas, et mansas sex cum pleno censu et caeteras, quae in illa villa sunt, quae ad hospites pertinent et ad Slavos liberos, cum omnibus appenditiis suis extra dimisimus, caetera omnia, quae ad illas VI. mansas et absas II. pertinent, eciam cum omnibus appenditiis eorum ad rmemoratam capellam nostram Rotagin ad opus fratrum ibidem deo die noctuque famulantium per hoc praesens auctoritatis nostrae praeceptum donamus et tradimus, ut ab hodierna die securiter firmiterque consistant atque in perpetuum deserviant illuc absque ulla Successoris nostri contradictione. Et ut hoc verius credatur et diligentius conservetur, manu propria nostra subter hoc confirmavimus, et Sigilli nostri impressione assignari iussimus.

*Signum Domni Arnolphi gloriosissimi Imperatoris Augusti.*

*(Monogramma.)*

Ernustus Cancellarius ad vicem Diotmari Archicapellani recognovi et ss.

Data III. Non. Aug. anno dominicae Incarnat. 896. Inclitione XIII. anno vero regni domni Arnolphi regis VIII. Imperii autem I. Actum ad Reganespurc, in dei nomine feliciter amen.

*Sigillum majest. intus impressum illaesum extat.*

**Num. LXXVI. 898. 18 Maii. Ex Originali:**

Arnulphus Imperator confirmat donationem et concambium de rebus fs. Petri et Emmerami inter nobilem foeminam Winpurch, et Tutonem Epum Rat. factum.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Arnolfus divina favente gratia Imperator Augustus Regalem igitur condecet dignitatem, ut facta fidelium suorum, quae communi ipsorum congruunt utilitati, et pie eis consulendo prospiciat, et in posterum mansura gratanter corroboraret. Inde quoque omnium christianae religionis fidelium, instantis scilicet temporis et futuri, agnitum esse volumus notitiae, qualiter Tuto, honorabilis Radesponensis Ecclesiae Praesul, et commissi gregis nomine et merito tutissimus provisor, et foemina quaedam nobilis nomine Winpurc quandam complacitationis inter se more populari perpetratae cartam nostris praesentarunt obtutibus, supplicantes, nostri edicti tenore eam consolidare, quod ita fieri decrevimus. In qua etiam continebatur insertum, quomodo ipsa Winpurc proprietatem suam, id est curtem, quae dicitur Nordilinga in pago Retiensi constitutam cum omni integritate sua, exceptis mancipiis XX. et una hoba absa, cum Otgozzo tradidit ad sanctum Petrum, pretiosumque Christi martyrem Emmeramum, in manus videlicet praefati Episcopi, et advocati sui Gurnharii perpetuo in proprium cum Ecclesiis binis decimatis, curtibus et casis, aliisque aedificiis, familiis, et utriusque Sexus mancipiis, Censibus, universisque appenditiis ej; adjacentiis suis. Econtra vero eadem Winpurc accepit, per ipsas manus unacum praenominato advocato suo, per quem et tradidit, de rebus praedictorum Sanctorum locum Wemidingen nuncupatum, cum attinentiis suis iure complacitationis possidendum. Quo peracto iussimus hoc praesens muniminis nostri praeceptum inde fieri, per quod decernimus atque omnino praecipimus, ut huiusmodi complacitationis institutio firma et stabilis perseveret, eo videlicet rationis tenore, ut saepe dicta Winpurc ambas res ex integro, id est, Nordilingan proprium suum, quod traditione filii sui Zuentipulchi,

nostraque praeceptali donatione in possessionem adepta est, et Wemidingan omni tempore vitae suae secure habeat, teneat atque possideat, Post obitum vero suum tam Nordilinga, quam Wemidinga salva integritate iuri atque potestati supradictorum Sanctorum, seu etiam tuitioni Provisorum illorum absque ullius molestatione subiiciantur in perpetuum. Et ut haec Complacitationis confirmatio a nullo unquam Successore nostro violetur, sed in Christi nomine usque in finem consolidetur, manu nostra subtus eam roborantes annulo nostro iussimus insigniri.

*Signum domni Arnolphi Imperatoris Augusti. (Monogramma.)*

Engilpero Notarius ad vicem Theotmari Archicapellani recognovi.

Data XV. Kal. Junii anno incarnat. domini 898. Indict. I. anno regni Arnolphi, piissimi Regis XI. Imperii eiusdem III. Actum Reganesburch in dei nomine feliciter amen.

*Sigillum intus impressum integrum extat.*

#### **Num. LXXVII. Circa annum 899:**

Concambium inter venerabilem Epum Tutonem et Alpunium.

*Ex fragmentis Codicis praestantissimi Traditionum San - Emmeram, coaevi, num. 110.*

Comperiat industria omnium fidelium, quomodo quidam fidelis homo, nomine Alpuni tradidit ad scum Emmeramum iugerum unum in manum vener. Epi Tutonis eiusque advocati Garaharii in loco, qui dicitur Hasalpah. Econtra vero accepit de rebus sci Emmerami de venerabili Epo et supra nominato advocato curtilem locum, quem Altolf tradidit ad scum Emmeramum. Isti sunt testes: Eparhart, Durinchart, Chunipreht, Wasagrim, Luitpreht, Erchanpreht, Reginolt.

#### **Num. LXXVIII. 900.**

Concambium inter ven. Tutonem Epum, atque Waltilonem.

*Ex cit. fragmentis, num. 126.*

Comperiat fidelium presentium scilicet atque futurorum studiosa industria, qualiter inter se reverendus Tudo pontifex et inlustris vir

nomine Waltilo quoddam perpetrare Concambium. Tradidit namque supradictus vir Waltilo ad beatum Hemmeraraum martyrem, scumque Archangelum Michahalem silvam adiacentem loco, cui nojnen. est Perhpuopinga, in manum videlicet vener. Epi Tutonis et advocati sui nomine Deotpatin. Ex adverso etiam Deotpato cum manu Epi tradidit ei alteram Silvam, quae adiacet loco nomine Satalara, potestative utrimque perfrui. Hi sunt testes per aurem tracti: Liutpald comes, Pabo comes, Gundpald comes, Deotrih, Dampericho, Alperich, ...ino, Wicperht. Actum ad Rispah in Conventu et colloquio principum anno dni 900. Indict. II. ... Id. Jul.

**Num. LXXIX. 900:**

Concambium inter ven. Tutonem Epum, atque Isanhartum.

*Ex cit. fragmentis, num. 127.*

Noverint omnes in Xpo fideles, qualiter ven. Epus Tuto cum manu Hartperti advocati cuidam viro, qui vocatur Isanhart, tradidit quasdam res Ecclesiae suae in Concambium in pago Solanzgouue, in Comitatu Liutpoldi, in loco, qui dicitur Mulihusa\*) iuxta fluviolum, qui vocatur Solanza, cum omnibus ad eum locum pertinentibus. Econtra vero tradidit iam nominatus Isanhart quicquid in Pirihschingaro marcha\*\*), sive in montibus seu in vallibus proprii iuris habere dinoscitur, et in alio loco Talamazzina\*\*\*) nuncupato, quicquid legitima ratione coram frequentia populi iamiamque in proprium conquisierat, et in Antkeringa\*\*\*\*) ... de pratis ad X. carrad. cum omni integritate, cum curtibus, aedificiis, silvis, terris, cultis et incultis et caeteris rebus omnibus ad praescripta loca legaliter pertinentibus. Et hi sunt testes tracti per aurem: Liutpold comes, Wigger, Erchanfrid, Odalscalch, Eginpreht, Rihholf, Sintar, Fezzil, Puoso, Heripreht, Waldchuon, Wigger, Folcherat, Alauuig. Actum in Chummuntinga anno dni 900. Indict. II. VII. Kal, Aug.

\*) Mülhausen an der Sulz.

\*\*) Berching.

\*\*\*) Thalmässing unfern Weissenburg.

\*\*\*\*) Eukring.

**Num LXXX. Circa annum 900:**

Commutatio inter ven. Epum Tutonem, et quemdam nobilem Waltonem.

*Ex cit. fragmentis num. 111.*

Cognoscere dignetur quisque fidelium, quia quidam nobilis nomine Walto tradidit ad scum Martinum et ad scum Emmeramum de terra arrabili in loco, qui dicitur Cundpatinga jugera XXXVIII. in manum videlicet ven. Epi Tutonis, et advocati sui Racconis. Econtra accepit de rebus sci Martini, scique Emmerami de manu Epi et supradicti advocati in eodem loco aequalem recompensationem. Et isti sunr testes: Ascrih, Altmann, Durinc, item Durinc, Trudolt, Werimpreht, Epil, Waltrih, Herilunc, Isac, Sahso, Ermanolt, Odalger, Reginwart, Rantwic, Gisalhart, Chunihoh, Willihelm, Rantolf, Isanhart, Cundpreht, Erchanpreht.

**Num. LXXXI. Circa annum 900:**

Commutatio inter ven. Epum Tutonem et Duringum.

*Ex cit. fragmentis num. 112.*

Non nullorum comperiat industria fidelium, quomodo quidam nobilis vir nomine Durinc tradidit ad sanctum Martinum, sanctumque Emmeramum juxta aquam, quae dicitur Nardina, de terra arrabili jugera VII. sicut illi contradidit Ascaricus; et ad Rosdorf vineam unam, perticarum decem in longitudine et latitudine similiter in manum scilicet venerabilis Epi Tutonis et advocati sui Willihelmi. Econtra ven. Epus et idem advocatus tradiderunt supradicto viro in loco, qui dicitur Luffinperc jugera VII. in proprietatem. Et isti sunt testes: Ascrih, Altman, Durinc, Drudolt, Werinpreht, Epil, Waltrih, Racco, Herilunc, Isac, Sahso, Ermanolt, Odalger, Reginnuart, Rantwie, Gisalhart, Chunihoh, Rantolt, Isanhart etc.

**Num. LXXXII. Circa annum 900:**

Commutatio inter vener. Epum Tutonem et Liutpoldum Comitem.

*Ex cit. fragmentis, num. 117.*

Notum sit omnibus sanetae Dei Ecclesiae fidelibus praesentibus scilicet et futuris, qualiter Tuto vener. Epus et Liutpold Comes quoddam



inter se peregerunt Concambium. Tradidit igitur Hadarih una cum manu Liutpoldi in loco, qui dicitur Tan, quicquid inibi ad Comitatum pertinebat, atque ad Eringsingon hobam unam, et silvam, quae vocatur Perinloh, ad scum Emmeramum in manum Tutonis venerab. Epi et advocati sui Garharii jure perpetuo in proprietatem. Econtra vero accepit de manu Epi de rebus supradicti sci Martyris in, loco Imaristat nuncupato...

*caetera desunt*

**Num. LXXXIII. 901:**

Concambium inter ven. Epum Tutonem et Paldwinum.

*Ex cit. fragmentis, num. 139.*

Omnium fidelium comperiat industria, qualiter inter vener. Epum Tutonem, et quendam Virum Palduuinum nomine facta fuerat commutatio. Supradictus itaque vir utriusque partis utilitate tradidit ad beatum Petrum scumque Emmeramum martyrem in manum videlicet Tutonis Epi et defensoris sui Garharii in loco Waldgeringa vocato de silva iugera XX. iure perpetuo in proprietatem: et accepit in comparatione earundem causarum de manu vener. Epi et supra dicti advocati in eodem campo, sicut antea in beneficium habere visus est, hoc est terrae arrabilis iug. XII. Et isti sunt testes: Hadmar, Wieger, Irmpreht, Hitto, Folerat, Appo, Erchanperti, Fridapreht, Item Appo, Alpuni, Lirnunc, Cundilo, Sigipreht, Actum ad Uuihinloh, anno incarnat. dni 901.

**Num. LXXXIV. 901:**

Concambium inter venerabilem Epum Tutonem et Pazrinum.

*Ex cit. fragmentis pag. 4.*

Notum sit omnibus fidelibus, qualiter quidam Nobilis nomine Patrih tradidit ad scum dei martyrem Emmeramum in loco, qui dicitur Oparinhusa terrae arrabilis iugera III. in manum vener. Epi Tutonis et advocati sui Perhtarii. Econtra vero accepit tradente Epo cum manu ipsius advocati in eodem Campo terrae arrabilis iugera II. Et isti sunt testes: Egino, Gerhart, Engildeo, Gundalpreht, Hadarih, Adalpreht, Uuicpold, Uualtilo, Alpuni, Tato, Deotilo. Actum ad Oparinhuson anno incar. dni 901.

**Num. LXXXV. Circa annum 901.**

Concambium. inter venerabilem Tutonem Epum et Gundalbertum.

*Ex cit. fragmentis. num. 137.*

Notum sit omnibus fidelibus Scae dei Eccliae, qualiter quidam nobilis nomine Gundalpreht tradidit ad scum dei martyrem Emmeramum iuxta aquarn, quae dicitur Philise in loco Oparinhusa nuncupato terrae arrabilis jugera VII. in manum videlicet ven. Epi Tutonis et advocati sui Perhtarii iure perpetuo in proprietatem. Econtra vero accepit tradente Epo cum manu ipsius advocati in eodem Campo jugera IIII. et dimid. Et isti sunt testes Odalger, Eginno, Gerhart, Engildeo, Deotmar, Sigifrid, Adalpold, Hadarih, Araolt, Ediram, Paldrih, Asprant.

**Num. LXXXVI. Circa annum 901:**

Commutatio inter ven. Epum Tutonem et Herirantum.

*Ex cit. fragmentis, Pag. 5.*

Nonnullorum comperiat industria fidelium, quod quidam nobilis nomine Herirant tradidit ad scum Emmeramum proprietatem, quam illi Hiltisrot et filius eius Alprih in stupinaro rnarcho tradiderunt cum curtilibus et aedificiis, terris cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis, et ad Tanne, sicut Wipold ipsi contradidit, in manum Turonis vener. Epi et advocatorum Cundperti atque Garharii: econtra vero tradentibus supradictis advocatis accepit in proprietatem in loco , qui dicitur Olreini, quicquid inibi ad scum Emmeramum pertinebat, et mancipia vocabulo Ortherr, Hiltifrih, Sitmerin, Eccliam tantummodo extra dimittens. Huius Commutationis sunt testes: Durinchart, Hitto, Adalpreht, Aspreht, Cozzol, Reginpreht, Folcrat, Adalunc, Hartpreht, Deotpreht, Egilpreht, Liutuni. Actum Reganesbure in monasterio sci Emmerami martyris.

**Num. LXXXVII. Circa annum 901:**

Commutatio inter vener. Epum Tutonem et quemdam clericum nomine Mahtheri.

*Ex cit. fragmentis, num. 128.*

Cognoscat itaque omnium fidelium tam praesencium, quam et futurorum sollertia, qualiter Tuto vener. Epus<sup>a</sup> et quidam clericus no-

mine Mahtheri utriusque partis commodo aliquod inter se fecere concambium. Tradidit namque supra nominatus clericus cum advocato suo nomine Herirant proprietatem suam ad Sikkilingun de terra arrabili iugera LXXIII. et ad Ouuenhovun iugera XXIII. pratorumque iugera II. et ad Stupingun iug. XII. Sco Petro aplo scoque martiri Hemmeramo in manum videlicet Epi Tutonis, et advocati sui nomine Garaheri. Econtra quippe idem, defensor Garaheri cum manu Epi tradidit ei ad Cheleheim omne, quod ad scum Hemmeramum pertinebat, exceptis XXX. iugeribus de silva et de pratis, tradidit supra nominato clerico iug. II. potestative et proprie ...

*Caetera desunt.*

**Num. LXXXVIII. 901. 1. Decembr:**

Wickerus vir nobilis sancto Petro et sancto Emmeramo tradit aliqua in Pheterah et Mosbach, eaque a Tutone Epo ad dies vitae in beneficium accipit.

*Pez I. c. 48.*

Quidam igitur Nobilis, nomine Wikker cogitans, quam caduca, quam fragilis sit ista vita, quam longa, quam dulcis, quamque beata futura, tradidit sancto Petro, et sancto Dei martyri Emmeramo proprietatem suam in loco Phetarahc nominato, qualem de Manseo concambiavit, et item conjuge sua Iripurga inanim adjuncte, quicquid in Hekkingan vel de regia largitate conquisivit, vel de rebus sancti Emmerami commutavit, vel etiam a parentibus jure haereditario possedit. Item ad Mospah, quicquid ibi Adalo socer ejus donatione regali accepit et Iripurgae contradidit Urolfo praesente et manum in rebus sororis apponente. Mancipia etiam 30. quorum nomina sunt: Wolfmunt, Sigehart, Adallant, Albrich, Engilperht, Kysalpreth, Odalhart, Irminhart, Gotapurch, Roza, Erpha, Pernhilt, Arnheit, Ellinger, Sigiperht, Werinheri, Engilperht, Tagedpreht, Rotbreht, Wetinpreht, Adalolt, Kyso, Fridepurch, Liupich, Kisalpirch, et filii eius duo. Anamor et parsalcos tres, Poppo, Eginpreht cum uxoribus et filiis, mancipiis et omni substantia eorum Haec igitur omnia cum pertinentiis et adjacentiis cunctis tradiderunt, ut dictum est, in manum Tutonis Epi et advocatorum ejus Gundperti et Garaharii ea videlicet ratione, quatenus omnia beneficia, quae Wikker eodem die visus est habere, excepto Gepantespach, eis concede-

rentur usque ad obitum amborum potestative possidenda et secundum propriam voluntatem, quicquid eis inde placuisset disponere. Post discessum vero amborum et propria et beneficia cum omni substantia et universa acquisitione redigantur in jus et potestatem Radesponensis Ecclesiae, ista tamen interposita conditione, id est, ut, si Irmurch supervixisset Wikkerum et postea sponte nupsisset seu etiam vitiata publico crimine convicta fuisset, mox omnia et propria et beneficia cum tota integritate absque ullius contradicentis obstaculo in jus Ecclesiae dimitteret et nunquam postea vel minimam partem inde conquireret.

Si autem temerarius quis eam raperet et invitam vitiaret, et illa ad Epum reclamaret, et liberata per eum amplius raptorem non usurparet, nihil de suo perderet, quia tunc apparebit, quod suo consilio rapta non fuit. Si vero inter se Wikker et ilia filium procreassent, de suis rebus potestatem haberent. In hoc tandem manu Epi supradicti et advocatorum ejus Gundperti et Garaharii illa complacitatio confirmata est; testes etiam quam plurimi per aures tracti: Pernwin, Herrant, Irmfrid, Urolf, Pabo, Erchanperht, Antirpoto, Salemon, Sigifrit, Helfrich, Witagouuo, Alprich, Avo, Ederam, Pald, Immo, Folchrat, Rihker, Eppo, Erchanpreth, Werinheri, Hagano, Paldrich, Asprant, Purchart, Rapoto, Engildeo, Hartnit, Altram, Sigipreht, Isker, Alpker, Engilrich, Hartperht. Actum in villa Lentinchovan, anno incarnationis Domini 901. Kalendas Decembris, feria tertia.

#### **Num. LXXXIX. 902:**

Rodolt vir nobilis et regalis Minister sancto Petro et sancto Emmeramo, id est Sedi Epli Ratisbonensi tradit aliqua in Prihsnatalia, Vitaradorf, et Ratfeldon, et a Tutone Epo alia in beneficium ad dies vitae accipit.

*Pez I. c. 49.*

Quidam igitur Nobilis, nomine Rodolt, regalis videlicet minister unacum manu Adalonnae uxoris suae tradidit ad sanctum Petrum, sanctumque Dei martyrem Emmeramum proprietatem suam in pago, Sundargouue, in loco Prihsnatalia\*), quicquid in illa valle vi-

\*} Vallis Brichsiensis, de qua Saeculo XIII. redibit Sermo.

detur esse in mancipiis, campis, montibus et in aquis, in venatoribus hircorum, et adVitaradorf, et ad Ratfeldon duos mansos plenos. Haec quidem, ut diximus, tradidit in manum Tutonis Epi, et advocatorum ejus Salemonis et Gundperti. Vestitores autem Perinhart et filius ejus Erchinfrid et Heinrich Vassalus Rodolti vestierunt haec eadem et transfuderunt eodem die in jus et dominationem sanctae Ratisponensis Ecclesiae regali donatione concessa supra lectum (sepulchrum) sancti martyris Emmerami ponentes, coram testibus in fine cartulae conscriptis, et postea iidem vestitores easdem res vestientes dimiserunt in manus advocatorum Barharii, Salemonis et Ruponis, et Heinrici ministerialis Epi. Econtra vero tradentibus cum manu jam saepe nominati Epi advocato Cundberto et Salemone acceperunt idem Rodolt et Adalonna de rebus sanctae Ecclesiae in beneficium propriale tria loca, id est Umbalasdorf, Rodunasbach et Guodfridinga, ea tamen ratione, ut si quid vel in mancipiis vel terra altera cuiquam prius in beneficium exinde fuisset effectum vel etiam in aliis Episcopii locis irretitum non requisissent, verum haec eadem, quae susceperant, post obitum amborum integra in jus iterum et potestatem Ecclesiae dimisissent cum omni substantia, quae die obitus eorum amborum ibi fuerit inventa, nullo refragante, nullo contradicente. Testes autem hujus rei sunt: Wolker, Witagouuo, Dietperth, Wicram, Horscolf, Engilperht, Strobo, Wicker, Heinrich, Salemon, Garheri, Folcheri, Erchanfrid, Hitto, Erchinberht, Engilrih, Otpreht, Rihger, Wichart, Gerbreht, Altmann, Perahart, Suanperht, Anthart, Hitto, Oni, Appo, Rumolt. Actum ad Reganesburch anno incarnationis domini 902.

**Num. XC. 903. 14. Febr. Ex Originali:**

Ludovicus Rex Tutoni Epo in ius et proprietatem Villam Teorinhova donat. In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Hludouuicus gratia Dei Rex. Si Pontificum ac Ministrorum Dei nostrae Celsitudini fideliter famulantium petitiones, quas nobis pro propriis seu Ecclesiarum utilitatibus ob possibilitatem devoti servitii nostri innotuerint, ad effectum perducimus, non solum imitando consuetudinem Antecessorum nostrorum, verum etiam ad mercedem beatae remunerationis talia facta nobis profutura liquido credimus. Quapropter omnium sanctae Dei Ecclesiae fidelium nostrorumque tam praesentium, quamque futurorum cognoscat industria, qualiter nos pro aeternae mercedis

augmento venerabili ac dilecto Epo nostro, Tutoni nominato quasdam res nostri proprii iuris in ius et proprietatem beati Emmerami martyris per interventum et consilium venerabilium Pontificum Adalberonis et Erchinboldi, imo etiam et reliquorum fidelium nostrorum, Liutboldi scilicet dilecti propinqui nostri, ac Gumboldi Comitis aeternaliter possidendas concessimus, hoc est in pago Nordgeuui, in Comitatu Liutpoldi, in villa, quae dicitur Teorinhova, quae pertinebat ad Otunussaz, quae est contigua loco, qui dicitur Sentilabach cum mansis et mancipiis utriusque sexus, aedificiis, terris, pratis, pascuis, viis et inviis, aquis aquarumve decursibus, molendinis, piscationibus, exitibus, agris cultis et incultis, mobilibus et immobilibus, quaesitis et inquirendis et omni communi utilitate silvae, sive in speciali comprehensione, seu etiam Magistri alicuius concessione, quicquid iidem servi eodem die vel tempore in potestate et vestitura ad nostrum servitium videbantur habere, totum ex integro tradidimus atque transfudimus praenominato martyri eiusque Vicario in ius et dominationem perpetuis temporibus, et iussimus inde hanc cartam praesentem scribi auctoritate nostra, per quam volumus firmiterque iubemus, ut praefatus Epus firmissimam inde habeat potestatem, sicut caeterarum Ecclesiae rerum. Et ut haec auctoritas largitiouis nostrae firma stabilisque perpetuis temporibus perseveret, manu propria subtus eam roborantes annulo nostro sigillari iussimus.

*Signum domni Hludouuici Serenissimi Regis (Monogramma)*

Ernustus Notarius ad vicem Theotmari Archicapellani recognovi.

Data XVI. Kal. Martii, anno incarnationis Domini 903. Indict. VI. anno vero Hludouuici piissimi Regis quarto. Actum Forahheim curte Regia in Dei nomine feliciter amen.

*Sigillum intus impressum integrum extat.*

### **Num. XCI. 903. 12. Augusti:**

Ludovicus Rex Oettingae quasdam res suae matris Outae tradit Ecclesiae sancti Emmerami, cui Tuto venerabilis Epus praeesse videtur.

*Pez I. c. 40. Hund I. 166. Edit, Ratisbon.*

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Hludouuicus divina favente gratia Rex, omnibus in perpetuum. Novimus nos ad sacra re-

gimina et ad imperialem auctoritatem per sanctorum Suffragia posse in futurum proficere et beatae gratiae remunerationem aeiernis diebus mereri, si loca Deo dicata divino amore succensi procuramus. Ideoque sciat omnium fidelium nostrorum, praesentium scilicet et futurorum industria, qualiter nos per interventum dilectae genitricis nostrae Outae quasdam res sui proprii iuris, quas a largitate beatae memoriae patris mei Arnolphi Imperatoris per imperiale praeceptum suscepit, ad Ecclesiam beati Emmerami martyris Christi nostra imperiali auctoritate donavimus, ea quidem ratione, ut easdem res quaedam vidua nomine Rihni diebus vitae suae possideat, et post dies eius in ius et dominationem eiusdem Ecclesiae redeant, perpetuis temporibus tenendae, id est curtem, quae dicitur Velda, quicquid in potestate praenominatae genitricis nostrae eodem die erat, quod antea praeceptis datum non fuerat, extra vel infra terminum eiusdem Curtis totum cum omni integritate per consilium et consensum venerabilium Eporum Theotmari, Waldonis, Erchanbaldi et Zachariae, Tutonis etiam et Burchardi, nec non et fidelium Comitum nostrorum Liutpoldi, Cunpoldi, Iringi et caeterorum omnium, sicut priscis temporibus in singulis ministeriis Patrum nostrorum ordinatum fuerat, nihil extra dimittentes, in perpetuam possessionem tradidimus cum regimine et eiusdem banno, mancipiis utriusque sexus, aedificiis, pontibus et censu, silvis omnique usu eiusdem silvae, aquis, piscationibus, viis et inviis, exitibus et redditibus, terris cultis et incultis, mobilibus et immobilibus, aquis aquarumve decursibus, quaesi is et inquirendis, et iussimus inde hoc praesens praeceptum conscribi, per quod decernimus firmiterque iubemus, ut praescripta Ecclesia beati Emmerami, cui Tuto venerabilis Epus praesesse dinoscitur, firmissimam cunctis diebus habeat potestatem; sicut caeterarum Ecclesiarum rerum. Et ut haec largitionis nostrae auctoritas stabilis permaneat, manu nostra subtus eam firmavimus et annuli nostri impressione sigillari iussimus. Data II. Idus Augusti, anno incarnationis domini nostri 903. anno vero Hludouici piissimi Regis quarto, Indictione VI. Actum in Otinga in Dei nomine feliciter amen.

**Num. XCII. 904. 5. Martii. Ex Originali:**

Ludovicus Rex Tutoni Epo concedit Villam rebus suae Ecclesiae contiguam ad Oenum. In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Hludouicus diviia favente gratia Rex. Si locis divino cultui mancipatis largitatis nostrae beneficentiam exhibuerimus, et opportuna terreni commodi eis impenderimus suffragia, non solum ad regni divinitus nobis collati stabilitatem roborandam, verum etiam et aeternae vitae felicitatem promerendam id nobis liquido credimus protuturum. Ideoque omnibus sanctae Dei Ecclesiae fidelibus, praesentibus scilicet et futuris notum sit, quoniam Tuto Reverendus sanctae Ratisponensis Ecclesiae Praesul per interventum Pabonis et Meginuardi Comitum, fideliumque ministerialium nostrorum nostram precatus est clementiam, ut quandam villulam rebus Ecclesiae suae contiguam et opportunam, in australi scilicet Oeni fluminis littore prope ostium aquae, quae dicitur Marhluppa, constiutam ad portum Malluhhinga (Malching) nuncupatum, hoc est in Matahgouue, in Comitatu Comitum Isangrimi, qui jam ad Curtem Muninga (Müming) dictam, beneficium videlicet Gundboldi Comitum hactenus pertinuit, ad sanctum Emmeramum donarem, statimque nos libenti animo congruae illius intercessioni conniventes, consentiente Gundbaldo ejusdem beneficii possessore, pariterque cum Iringo Comite atque Engilberto consilium dante pro beati patris nostri Arnolphi Imperatoris animae remedio, nostraeque mercedis incremento praefatam Villulam in ripa, ut supradictum est. Oeni sitam cum omni integritate sua, ad cujuscunque regalis ministri quicquam inde ministerium pertineret, ad Christi martyrem Emmeramum, cujus sacratissimum corpus extra moenia Ratisponensis Civitatis in propria venerabiliter humatum est Ecclesia, jure perenni delegavimus in proprii cuni curtilibus et aedificiis, mansis, . et in ipsa villula habitantibus mancipiis utriusque sexus, censibus, campis, pratis, pascuis, silvis, portu et portatico, aquis aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, viis et inviis, exitibus et reditibus, quaesitis et inquirendis, terris cultis et incultis, universisque appenditiis et adjacentiis suis. Jussimus quidem hoc praesens praeceptum nostrum inde conscribi, per quod volumus et auctoritate nostra firmiter praecipimus, ut ipsa concessionis nostrae villula nunc et deinceps tempore perpetuo jure firmissimo sine ullius contradictione personae integritate ad memoratum Dei electum pertineat et irrefragabi-



liter consistat. Et ut haec auctoritas nostra inviolabilem Christo propitio perenniter obtineat firmitudinem, manu nostra eam roborantes annulo nostro jussimus sigillari.

*Signum domni Hludouuici gloriosi Regis. (Monogramma\*)*

Engilpero Notarius ad vicem Diotmari recognovi. Data III. Nonas Martii anno incarnationis domini 904. Indictione VII. anno vero pii Regis Hludouuici quinto. Actum Civitate Regina in Dei nomine feliciter amen.

*Sigillum est avulsum, remanente tamen cerae macula.*

**Num. XCIII. 905. 29 April:**

Quidam Liber nomme Joperht tradit praesente et consensum dante ven. Epo Tutone Niederaltacensibus proprietatem suam, quam habuit in duobus locis, Strubinga et Simplicha nominatis, cum aedificiis, curtilibus, terris, pratis, pascuis, silvis, aquis, molendinis, et omnibus ad eadem loca iure pertinentibus cum 10. mancipiis, et econtra accepit de rebus monasterii Niederaltac. S. Mauritii locum, qui dicitur Otilinga (Itling) cum Ecclesia et caeteris aedificiis, mansis duobus et una molina, omnibusque mancipiis ad idem beneficium pertinentibus usque ad obitum suum et Vastradae uxoris suae: post discessum vero amborum utraque res, id est proprietas, quam dedit, et beneficium, quod accepit, in ius et potestatem praedicti monasterii cum omni integritate redeant; quam complacitationem Rex Ludovicus confirmat.

Data III. Kal. Maii anno dominicae incarnationis 905. Indict. VIII. anno vero regni pii Hludouuici septimo. Actum Regina civitate in Christi nomine feliciter amen.

*Mon. boic. XI. 130.*

**Num. XCIV. 905. 15 Maii:**

Ludovicus rex confirmat Tutonis Epi et Druoanti concambium de rebus S. Emmerami factum, quo Pürkwang rursus sancto Emmeramo obvenit.

*Pez I. c. 42.*

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Hludouuicus divina favente gratia Rex.  
Notum sit omnibus sanctae Dei Ecclesiae fide-

bus tam praesentibus, quam etiam futuris, qualiter sanctae Ratisponensis Ecclesiae honorabilis Praesul, nomine Tuto, et Nobilis quidam, cui nomen Druoant, quasdam chartulas pari tenore conscriptas nostris detulerunt conspectibus, in quibus continebatur insertum, quomodo pro communi utilitate inter se quoddam concambium facere conplacuit, deprecantes, hoc nostrae auctoritatis munimine roborari, quod et ita fecimus. Tradidit quippe idem Druoant pariter cum filio suo, Walach nominato, ad sanctum Dei martyrem Emmerarmum, in manum videlicet praefati Epi et advocati sui Geraharii proprietatem suam, qualem habuit ad Pirichwanch, et ad Tiffelt, id est Ecclesiam decimatam, casam cum curte, caeterisque aedificiis, de terra arabili hobas 13. iugera 7. de pratis quoque jugera 77. de silva vero iugera 136. cum omnibus ad eadem loca rite pertinentibus, exceptis mancipiis. Econtra vero eodem advocato cum manu eiusdem Epi, retradente acceperunt praescripti nobiles viri sibi in perpetuam proprietatem de rebus memoratae Ecclesiae in loco, qui Eskilinpach dicitur, Ecclesiam decimatam cum hubis duabus, curtem etiam cum casa et reliquis aedificiis, de terra arabili hubas sex, de pratis iugera 35. cum omnibus illuc iuste pertinentibus, et ad Rindpach terrae arabilis hobas 5. iugera 7. curtilia 2. de pratis iugera 20. de silva iugera 136. et decimam eius propriam proprii navalis sui ad Rindpach, quod ipse Druoant antea ibidem comparavit et extirpavit, accepit pro illa decima, quam ad Pirichwanch tradiderat. Jussimus quidem iuxta voluntatem petitionis eorum recitata superius earundem serie cartularum hoc praesens Celsitudinis nostrae praeceptum inde conscribi, per quod decernimus ac regia auctoritate praecipimus, quatinus propitiante Christo perpetuis temporibus nullo inquietante id ipsum concambium per omnia, ut in cartulis habetur, ratum semperque futurum perseveret, ita duntaxat, ut quidquid pars parti contulit, iure proprietatis utriusque per generationum successiones irrefragabiliter parti firmetur. Et ut haec confirmationis nostrae auctoritas a nullo unquam violetur, quin potius firmissima stabilitate in aeternum corroboretur, manu nostra subter eam et firmavimus et Sigillo nostro assignari iussimus. Data Id. Maii anno Domini 905. Indictione VIII. anno vero regni Regis Hludouuici sexto. Actum Regina Civitate in Dei nomine feliciter amen.

**Num XCV. 914. 23 Maii:**

Conradus Rex confirmat concambium inter Tutonem Epum et Ellinrathain Regis  
Arnulphi Concubinam de rebus sancti Emmerami initum.

*Pez. l. c. 43*

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Chuonradus Dei gratia Rex. Si per regnum nostrum Dei Ecclesiis constitutis nostro videlicet regimine procurandis dignos adhibere et augere curamus honores, non solum terreni, sed et coelestis regni non dubitamus honore et fastigio nos sublimari. Inde quoque volumus ad singularem fidelium nostrorum praesentium futurorumque notitiam pervenire, qualiter matrona quaedam nomine Ellinrath, concubina videlicet Arnolphi serenissimi regis, cogitans pro mercede futura pariterque pro Vitae praesentis aliqua sustentatione tradidit sancto martyri Emmeramo in manu scilicet Tutonis Epi, et advocati sui Immonis, unacum manu advocati sui nomine Rupo proprietatem suam, id est illam Capellam in Ergoltinga cum aliis Ecclesiis duabus, cum decimis et mansis, et mancipiis utriusque sexus, agris, pratis, pascuis, aquis, molendinis, silvis et cum omnibus utensilibus ad eandem Capellam pertinentibus, quae eodem die in vestitura et potestate visa est habere, pro remedio animae Regis supradicti, cuius etiam largitate res easdem acquisierat, ac pro sua et futura et praesenti consolatione in perpetua proprietate, et statim dimisit, exceptis paucis mancipiis, quorum numerus est 17. excepta etiam hoba una, quam aequivocae suae Ellenratae contradidit, usque ad finem vitae praesentis, postea vero ut in eadem traditione constaret, sicut et caetera. Econtra quidem eodem advocato Immonis cum manu Episcopi eiusdem retradente accepit eadem Ellenrat in proprium beneficium de rebus Ecclesiae in Villa Punnichova, quicquid ibi Regino quidam presbyter in beneficio visus est habere, et in villa Unolchinchova, quicquid ibi de Adalperto nobili viro concambio, et de Adalonna quadam matrona complacitatione sancti martyris acquisivit Ecclesia, cum omnibus utensilibus ad easdem res rite pertinentibus, excepta hoba una in Unolchinchova, quae iuniori Ellenratae danda fuerat pro redimenda vestitura illius hoba, quam in Ergoltinga, ut supradictum est, videbatur habere. Caetera vero omnia ad eadem duo loca rite pertinentia iam saepe dicta Ellinrat habeat, teneat, possideat et utatur legitime usque ad finem praesentis vitae. Post

hanc vero vitam cuncta conservata denuo redeant in ius et potestatem Ecclesiae cum omnibus sui juris inibi inventis. Et ut hujus complacitationis praeceptum firmum stabileque permaneat, manu nostra subtus illud firmavimus, annulique nostri impressione sigillaii iussimus.

Data IX. Kal. Junii anno dominicae incarnationis 914. Indictione II. anno vero gloriosissimi Regis Chuonradi tertio. Acta sunt haec ad Foracheim in dei nomine feliciter amen.

**Num. XCVI. 914. 23 Maii:**

Rex Conradus confirmat quandam commutationem rerum inter Tutonem Epum et quemdam nomine Etih initam.

*Pez I. c. 45.*

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Chounradus Dei gratia Rex. Si Dei Ecclesiis, nostro videlicet regimine procurandis dignos adhibere curamus honores, non solum terreni, sed et caelestis regni non dubitamus honore et fastigio nos sublimari. Inde quoque volumus ad singularem fidelium nostrorum, praesentium futurorumque pervenire notitiam, qualiter convenit inter venerabilem virum, Ratisponensis Ecclesiae Epum Tutonem, et quemdam hominem nomine Etih, ut aliquas res eorum inter se pro ambarum opportunitate partium concambire deberent, quod ita et lecerunt. Tradidit in igitur Etih unacum filio suo Helmperto samcto martyri Emmeramo in pago Suualaveldun, in Comitatu Ernusti Comitum proprietatem suam, qualem visus est habere ad Altheim et Papenheim, Pinzwanga et Tetenheim, Uuimereheim et ad Echinepero, vineam cum vinitoribus, nec non Ecclesiam cum aedificiis; inter haec omnia de terra arabili hobas 27. et mancipia 23. cum curtilibus, agris, pratis, silvis, aquis, aquarumque decursibus, et cum omnibus ad praedicta loca rite pertinentibus in manum scilicet Tutonis Epi et advocati sui Immonis in perpetuam proprietatem. Vestitores Puoso, Anno et Raffolt. Econtra vero retradente eodem avvocato Immone unacum manu Epi accepit praedictus Etih et filius suus Helmpreht de rebus sancti Emmerami iuxta fluentia Glana locum nomine Perc, qui vulgo Sintipach vocatur, et Teitinga cum Ecclesiis, mancipiis 30. et aedificiis, terrae arabilis hobas 19. cum pratis, silvis, molendinis et cum omnibus appenditiis suis similiter in perpetuam pro-

prietatem; et illius traditionis reuestitor est Rupo. Et ut hujus Concampii praeceptum firmum stabileque permaneat, manu nostra subtus illud firmavimus, annuleque nostri impressione sigillari iussimus.

Data IX. Kalendas Junii, anno incarnationis Domini 914. Indictione 11. anno vero Regis Chounradi tertio. Actum ad Forcheim in Dei nomine feliciter amen.

**Num. XCVII. 914. 25 Maii. Ex Originali:**

Conradus rex donat Ecclesiae Ratisbon. Forestum iuxta Sulzbach in Comitatu Stauffensi.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Chuonradus Dei gratia Rex. Notum sit omnium fidelium nostrorum magnitudini, praesentium scilicet et futurorum, qualiter nos ob amorem Dei et pro remedio animae nostrae ad sanctum Dei martyrem Emmeramum, cuius monasterio Tuto venerabilis Epus praeesse dinoscitur, Forestum iuxta Sulcibach cum forestario, Sigifrid nuncupato, perpetuo iure in proprium donavimus. Inde ergo hoc donationis nostrae praeceptum scribere iussimus, per quod volumus firmiterque iubemus, ut memoratus Epus sui que in perpetuum successores, qui fuerint Rectores in supra scripto Monasterio sancti Emmerami, iam dictas res per hoc Confirmationis mandatum iure firmissimo teneant atque possideant, ita, ut ad ipsum sanctum locum nostris futurisque temporibus in elemosina nostra perpetualiter proficiant in augmentis. Et ut haec auctoritas firmior habeatur et diuturnis temporibus melius conservetur, manu nostra subtus eam confirmari decrevimus, annulique nostri impressione consignari iussimus.

*Signum domni Chuonradi piissimi Regis. (Monogramma.)*

Salomon Cancellarius ad vicem Piligrimi Archicapellani recognovi.

Data VIII. Kal. Junii, anno incarnationis dominicae 914. Indict. 11. anno vero regni Regis piissimi Chuonradi tertio. Actum ad Foracheim in nomine Dei feliciter amen.

*Sigillum intus impressum integrum extat cum circumscriptione:*

*C h u o n r a d u s R e x.*

In membrana filo annexa eiusdem characteris leguntur sequentia:

Haec loca et infra haec loca super omnia animalia forestensia foresti ad Sulzibach bannus distenditur; ad orientem terminatur rivo, qui dicitur Samentesbach, a danubio usque ubi ipse Samentesbach fontem habet, et inde in Bibbinesbach, et inde in Sulz i b a c h, et a Sulzibach sursum usque ad U u a t e f e l d e n, et inde in suprema parte loci, qui dicitur Hunbrechteszanta, et inde super monte, qui dicitur Steininbühil, et inde deorsum per paludem, quae dicitur Erelinlau, et inde per superiorem partem loci, qui dicitur Adolvesbrunst, et inde per rivum, qui dicitur Erilibach usque in rivum, qui dicitur Suuindilibach, et per ipsum usque ad fontem ipsius, et inde contra meridiem usque in danubium.

**Num. XCVIII. 916. 29. Junii. Ex Originali.**

Chunradus rex partem telonei sancto Emmeramo pro luminaribus donat.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Chuonradus divina concedente clementia Rex. Si Ecclesias Dei aliqua semper utilitate fulcire studuerimus, non solum regiurn morem exercemus, sed etiam aliquod lucrum nostrae animae inde promereri speramus. Quapropter cognoscat omnium fidelium nostrorum, praesentium scilicet et futurorum industria, qualiter nos admonente Adaluardo Epo pro honore Dei sancto martyri Emmeramo concessimus de nostro jure decimam partem vectigalium, id est de ministerio Zollenarii ad concinnanda luminaria jure perpetuo in proprium. Et ut haec concessionis nostrae auctoritas firmior habeatur, et per futura tempora a fidelibus nostris verius credatur, ac diligentius observetur, manu nostra subtus eam firmavimus, annuloque nostro sigillari jussimus.

*Signum Domni Chuonradi piissimi Regis. (Monogramma.)*

Salomon Cancellarius ad vicem Piligrimi Archicapellani recognovi.

Data III. Kal. Julii, anno Domini nostri Jesu Christi 916. Indictione IV. anno vero regni Regis Chuonradi piissimi quinto. Actum Reganesburch in Dei nomine feliciter amen.

*Sigillum integrum extat.*

**Num. XCIX. Circa annum 925.**

Tuto Epus Ratispon. cum Adalberto Archiepo Salisburg. concambium mancipiorum, faciens, Erchanpoldum ad S. Petrum accipit.

*Ex Kleinmaieri Juvavia II. 157.*

Tradidit itaque Odalbertus archiepiscopus unacum manu Heimonis sui advocati servum unum nomine Erchanpold vocatum ad sanctum Petrum, Tutone venerabili Episcopo et ministris suis Folcrato et Eginolfo pariter accipientibus; econtra illis retradentibus unacum manu Episcopi accepit Odalbertus archiepiscopus simul cum Heimone suo Vasso servum unum nomine Uuicperht. Testes exinde Uuasagrim, Folcfrat, Pernhart, Ilisunch, Alprih, Lantperht.

**Num. C. Circa annum 930.**

Othram Isangrirao Epo Ratisbonensi et advocato ejus tradit mancipia ad Censum Weltenburgensibus solvendum.

*Mon. boic. XIII. 309.*

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Notum sit omnibus fidelibus, quod quidam noinine Othram, parscaucus Regis tradidit sua propria mancipia in manum Isangrimi (Epi Ratisponen.) et advocati sui Flochrati ea ratione, ut per singulos annos persolvant ad supradictum monasterium Weltenburg. \*) viri quinque denarios, et mulieres tres denarios. Isti sunt testes per aures tracti: Gibicho, Adalbolt, Altmann, Huc, Haruuart, Gerolt.

**Num. CI. 932.**

De Synodo Dingolfingana.\*\*)

*Hansiz II. 146*

De Synodo Dingolfingae celebrata habet vetus Msc. „Anno domini 932 regnante in Bauuaria Arnaldo Duce, convenientibus cun-

\*) *Epus Isangrimus videtur hoc Coenobium ceu commendam possedissee.*

\*\*\*) *Jam circa a. 774. Dingolvingae celebrata fuit Synodus, de qua vid. historische Abhandlungen der baier. Akademie der Wissenschaften de anno 1807. pag. 53 seqq.*

ctis Baiuuaris ad locum, qui Dingolfinga vocatur, in causa synodalis colloqui, Episcopis videlicet et Comitibus aliisque populis supradictae regionis. Residentibus autem Episcopis in synodali Concilio Adalberto Archiepo Salzburgensi, Isangrimo Epo Ratisponensi, Gerharo Epo Pataviensi, Wolframio Epo Frisingensi, Nithardo Epo Sabionensi, nuntiisque Udalfridi Epi Aistatensis Choriepiscopi Diperto et Suuaterloho, aliisque presbyteris et diaconibus ac clericis quam plurimis, de Statu Ecclesiastico tractantes, feriandos dies subscribere sanxerunt.”

Acta uberiora Synodi hucusque detecta non sunt.

**Num. CII. 940. 29 Maii. Ex Originali:**

Rex Otte I. concedit sancto Emmeramo locum Helfendorf, et locum Neuchingen cum foresto et reliquis pertinentiis.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Otto divina favente clementia Rex. Noverint omnes nostri fideles tam praesentes, quam etiam et futuri, qualiter nos ob amorem Dei genitricisque illius, nec non et omnium sanctorum, et pro remedio animae patris nostri et ob aeternae remunerationis augmentum, nec non et per interventum fidelium nostrorum Heroldi, Salzburgensis Ecclesiae venerabilis Archiepiscopi, sed et Berhtoldi dilecti fidelis nostri ducis, \*) ad monasterium, quod in Radispona in honore sancti Petri principis apostolorum et sancti Emmerami martyris \*\*) constructum esse videtur, et cui Isangrim venerabilis Epus et fidelis noster tunc praeesse videbatur, locum, qui dicitur Helphindorf cum foresto, atque forestariis et venatione, nec non et nostro regio banno, insuper et Niuhinga in pago Sundergeuue, in Comitatu Abrammi Comitum cum omnibus ad eadem loca et forestum iure legitimeque pertinentibus, mancipiis utriusque sexus et aureariis, cidelariis, parscalcis, mansis, terris cultis et incultis, aedificiis, agris, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, viis et inviis, exitibus et redditibus,

\*) *Ducis Bavariae per Ottonem rpsum praepositi contra filios Arnulfi, mali dicti.*

\*\*) *En monasterium cathedrale complexo titulo significatum, non aliud, quam ipsa Sedes Eplis.*



quaesitis et inquirendis in proprietatem donavimus, quia quicquid ad loca sancta, et ad clerum sustentandum vel peregrinos suscipiendos concedere curavimus, Deum nobis pro hoc propitiorem promerere confidimus. Haec etiam praetitulata loca ea videlicet potestate et securitate, qua hucusque ad nostrum servitium per omnia deservire videbantur, ad praenotatum monasterium omni dubietate remota firmiter transfundimus. Et ut haec largitionis nostrae constitutio firmiorem apud posteros tenorem obtinere valeat, manu nostra subtus eam firmari curavimus et annuli nostri impressione sigillari iussimus.

*Signum Domni Ottonis invictissimi Regis. (Monogramma)*

Popo Cancellarius ad vicem Fridarici Archicapellani subnotavi.

Data IV. Kalend. Junii, anno dominicae incarnationis 940. Indictione XII. Anno autem regni Ottonis piissimi Regis quarto. Actum in Civitate, Salz dicta, in Dei nomine amen.

*Sigillum intus impressum integrum extat.*

#### **Num. CIII. 95o, 16. Julii, Ex Originali:**

Rex Otto I. concedit Sedi Epli in proprium curtem Regalem in Niuchinga cum suis pertinentiis, item curtem Regalem in Helfendorf pariter cum suis pertinentiis.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Otto divina favente clementia Rex. Noverit omniuin fidelium nostrorum praesentium, nec non et futurorum solertia, quod nos interventionibus Heinrici nostri dilecti germani obtemperantes quasdam res juris nostri pro remedio animae nostrae ad Ecclesiam beati Petri principis apostolorum, sancti quoque Emmerami martyris Christi, ubi venerabilis Epus sanctae Radasponensis Ecclesiae, Michael nomine, praesesse dinoscitur, in proprium concessimus, id est in villa Niuchinga, in pago Hesinga, in Comitatu Eberhardi Comitis curtem Regalem cum omnibus appenditiis et adjacentiis suis juste legitimeque illuc pertinentibus jure perenni in proprium, unacum curtibus, mancipiis utriusque sexus, aedificiis, agris, pratis, pascuis, silvis, aquis, piscationibus, mansionariis, barscalkis, aureariis, bruniaris, cidelariis, molendinis, viis et inviis, exitibus ac redditibus, quaesitis et inquirendis, mobilibus et immobi-

libus. Insuper etiam dedimus ad supradictam Ecclesiam sanctorum Petri apostoli Emmeramique martyris curtem Regiam in villa Helphendorph sitam, in Frieromarca, in Comitatu Piligrimi Comitum, et Sigebardi in Sueidesco, et Kadalhohi in Sinachgouue cum omnibus juste illuc pertinentibus rebus, curtibus, mancipiis utriusque sexus, aedificiis, agris, pratis, pascuis, silvis, forestis forestariisque, cum nostro Regio banno, caeteris omnibus commoditatibus, cidelariis, mansionariis, barscalkis, molendinis, piscationibus, venationibus, viis et inviis, exitibus ac reditibus, quaesitis et inquirendis, mobilibus et immobilibus. Jussimus quoque inde hoc praesens praeceptum conscribi manu propria firmatum, annulique nostri impressione insignitum.

*Signum Domni Ottonis invictissimi Regis. (Monogramma)*

Biruno Cancellarius ad vicem Herolti Archicapellani recognovi.

Data XVII. Kalendas Augusti, anno Domini 950. Indictione VII. regnante serenissimo Rege Ottone anno XV. Actum Beheim suburbio Niuunburg in Domino feliciter, amen.

*Sigillum intus impressum integrum extat.*

**Num. CIV. 959. 9. Jun. Ex Originali:**

Rex Otto I. confirmat sancto Emmeramo quasdam res in loco Riut (Vogtareut) ad Oenum a Warmundo Comite donatas.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Otto Dei gratia Rex. Notum sit omnibus fidelibus nostris, praesentibus scilicet et futuris, qualiter nos ob amorem Dei omnipotentis ac remedium animae nostrae, et per interventum Michahelis Ratisponensis Ecclesiae Epi monachis in praedicta urbe Deo sanctoque Dei martyri Emmeramo devote servientibus quasdam res, quas iam antea quidam Comes nomine Warmunt illis supra annonam sibi deputatam pro requie suae animae tradidit in loco Riut iuxta Oenum fluvium, in pago Sundargouue, in Comitatus Ratolfi, Chadalhohi, Otacarii ac Sigihardi comitum cum omnibus rebus eidem loco aspicientibus vel attinentibus, id est, terris cultis et incultis, curtibus et aedificiis, pratis, pascuis, silvis, saginationibus, venationibus, piscationibus, molis et molendini locis, mancipiis utriusque sexus, barscalchis, cidalariis, vectigalibus

cunctisque utensilibus ad eundem locum Riut iure assignatis, viis et inviis, intrinsecus, forinsecus, quaesitis et inquirendis, nostro regia banno nostraeque potestatis adiumentis praedictis monachis cum omni integritate super illorum annona concessimus, ea tamen ratione, ut si Epus eidem monasterio praesidens, aut aliqua potens persona hanc traditionis firmitatem violenter iniringere voluerit, cuncta, quae tradita fuerant, redeant in ius et potestatem dominae Juditae,\*) et filii eius Heinrici Ducis, \*\*) seu ipsorum haeredis proximi. Concessimus etiam praenotatis monachis, ut nullus ex iudiciaria potestate comes vel iudex servus aut barscalchis eidem loco servientibus audeat aliquam iniuriam facere, nec in aliqua causa illos iniuste vexare. Et ut haec scripta firma stabiliaque permaneant, iussimus eis hoc praesens praeceptum conscribi et annuli nostri impressione muniri, manuque propria firmamus.

*Signum Domni Ottonis serenissimi Regis. (Monogramma)*

Luitolfus Cancellarius ad vicem Brunonis Archicancellarii recognovi.

Data V. Idtis Junii, anno dominicae incarnationis 959. indictione II, anno vero regni piissimi Regis Ottonis XXIV. Actum Rore ia Dei nomine feliciter amen.

*Sigillum est avulsum, cerae maeula tamen remansit.*

#### **Num. CV. 961. 4. Febr. Ex Originali:**

Rex Otto I. bona ia Prienperch prope Taeublitz dat ad victum monachotum  
Emmeramensium.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Otto divina favente clementia rex. Notum sit omnibus sanctae Dei Ecclesiae fidelibiis nostrisque, tam praesentibus quam et futuris, qualiter nos partem haereditatis cuiusdam nobilis viri Diotmari vocati in loco Prienperch nuncuparo, in pago Nortgouue, in comitatu Bertoldi co-

*\*) Quam viduam reliquerat Henricus Bavariae Dux, frater Ottonis Regis, anno 955. demortuus.*

*\*\*\*) Qui postea dicfus fuit Rixosus.*

mitis nostrae regiae potestati iudicio scabineorum cum omnibus, quae ipsius iuris erant, pro suo commissu iudicatam ad Ecclesiam sancti Emmerami martyris atque pontificis, quae eius corporis almi pignus veneratur, pro remedio animae praememorati Diotmari, ad victum. scilicet monachorum, qui ibidem Deo sanctoque Emmeramo in divinis officiis, et operibus bonis, et sanctarum scripturarum studiis devotissime serviunt, donamus atque tradimus cum omnibus ad praedictam, scriptam haereditatem in loco Prienperch pertinentibus aedificiis, mancipiis, terris cultis et incultis, agris, campis, pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumve decursibus, molendinis molendinique locis, mobilibus et immobilibus, praediis, peculiis, pecoribus, viis et inviis, exitibus et reditibus, quaesitis et inquirendis, quidquid in ipso loco Prienperch praenominati Diotmari videbatur esse possessionis vel dominationis, a die praesente donamus et tradimus ad sanctum Emmeramum, eo scilicet pacto et tenore, ut in tali banno talique iustitia protecta ac patrocinata, uti caeterae res ad sanctum Emmeramum pertinentes, permaneant. Et ut haec nostrae donationis atque traditionis auctoritas per succedentia tempora firma et inconvulsa permaneat, iussimus inde hoc praesens praeceptum conscribi et annuli nostri impressione sigillari, manuque nostra propria confirmavimus.

*Signum Domni Ottonis Serenissimi Regis. (Monogramma)*

Luitolfus Cancellarius ad vicem Brunonis Archicapellani recognovi.

Data II. Nonas Februarii, anno incarnationis Domini nostri Jesu Christi 961. indictione IV. regnante piissimo rege Ottone anno XXV1. Actum Reganesburch in Christi nomine feliciter amen.

*Sigillum intus impressum integrum extat.*

**Num. CVI. 967. 15. Octobr.**

Rex Oto II. Ottonis I. filius donat Rihperto Epo Brixinensi ad dies vitae suae veterem Capellam Ratisbonae cum suis pertinentiis.

*Ex Reschii annalibus Ecclesiae Sabionensis III. 491*

C. In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Otto divina favente clementia Rex. Noverint omnes in Regno nostro circumquaque fideles, praesentes scilicet et futuri, qualiter venerabilis nomine Rihpertus

Brihsmensis sanctae Ecelesiae Episcopus nostram adiens clementiam, per interventum venerabilium virorum Diotrici Epi, et Huotonis Comitis dilectique Magistri nostri precatus est, ut antiquam Capellam, quam olim antecessor noster beatae memoriae Hludouuicus Imperator construxerat in honore sanctae Dei genitricis Mariae, et modo dilapsa est atque distructa, et est sita in Radaspona civitate, et quam prius venerandae memoriae pius genitor noster Otto Imperator Augustus reminiscens illius pristini servitii praefato Epo usque ad obitum vitae Ipsius in proprietatem donaverat. At nos per dilectorum rationabilem virorum supplicationem et ob illius optimam promptissimi obsequii voluntatem, eandem praetatham Capellam praescripto Epo usque in obitum illius vitae in proprietatem donavimus cum curtibus et curtilibus, aedificiis, familiis, mancipiis utriusque sexus, cum censibus et decimis, silvis, saginationibus, quaesitis et inquirendis, et cum omnibus juste legitimeque ad eandem Capellam pertinentibus. Unde hoc praesens auctoritatis nostrae praeceptum fieri mandavimus, firmiter praecipientes, ut ipsa donationis nostrae Capella integriter cum vicis ac villulis proprietario jure sub potestate saepe dicti Epi absque ullius personae retractatione seu diminutione perpetuo consistat. Et ut hoc verius credatur diligentiusque conservetur, manu nostra propria id adfirmavimus, et annuli nostri impressione subtus sigillari jussimus.

*Signum Domni Ottonis invictissimi Regis. (Monogramma.)*

Liudolfus Notarius ad vicem Uuilihelmi Archicapellarii notavi.

Data Idus Octobris anno Dominicae incarnationis 967. Indictione X. anno vero gloriosissimi Regis Ottonis septimo. Actum Brihsine in Domino feliciter amen.

*Sigillum est avulsum, cerae macula remanente.*

### **Num. CVII. Circa annum 973**

Complacitatio inter Epum Wolfgangum, et quemdam nobilem virum Einhart.

*Ex Codice Monseensi Num. 416. apud Pez I. c. VI 120.*

Notum sit omnibus, qualiter nobilis vir nomine Einhart tradidit ad sanctum Michaellem, ad monasterium Maninseo dictum proprietatem suam, qualem habere visus est in loco, qui dicitur Riutun,

mansum unum arabilis terrae et pratorum, cum silvis, aquis, aquarumque decursibus, aliisque ad ipsum mansum pertinentibus in manum videlicet Wolfgangi venerabilis Epi et Adalonis advocati sui, statim ipsam vestituram et usum fructuarium dimittens eis, complacitans cura illis et accipiens decimationem Ecclesiae, quae est in Ursesdorf, et mansum unum cum mansore suo ad finem vitae suae et uxoris suae nomine Peza, ea videlicet ratione, tit post mortem amborum in ius Ecclesiae ad Maninseo totum redeat. Isti sunt testes per aurem tracti: Otachar Comes, Eparhard, Hartuic, Dultinc, Huzo, item Huzo, Reinlint, Otto, Heinric, Luid, Lutta, Deimut, Engilsach, Heilca, Rapoto, Hartlib, Gerbirc.

**Num. CVIII. 974 27. April. Ex Originali:**

Otto I. Imperator donat Parthenoni inferioris Monasterii Ratisbonae praedia Schirling, Rocking, Linthart et Biberbach in pago Tunagowe.

in nomine sanctae et individuae Trinitatis, Otto divina favente clementia Imperator Augustus. Pateat omnium industriae fidelium nostrorum tam praesentium, quam et futurorum, qualiter nos ob interventum dilectissimae Conjugis nostrae Adalheidae, nec non venerabilis dominae Judithae salubrem petitionem quaedam proprietatis nostrae praedia, curtes videlicet Skirilinga, Rokkinga, Linthart et Biberpah nuncupantes in pago Tuonekeue, et in Comitatu Sarhilonis Comitatus sitas sanctimonialibus in Urbe Ratespona ad inferius monasterium sanctae Dei genitricis Mariae, christique confessoris beati Erhardi venerationi constructum, Deo sanctisque praelibatis tam in praesens servientibus, quam perenniter etiam per successura tempora servituris nostra imperiali potentia in perpetuae usum proprietatis concessimus, firmissimeque donavimus, cum utriusque sexus mancipiis, aedificiis, terris cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis, aquis, aquarum decursibus, molendinis locisque molendinorum, mobilibus et immobilibus, viis et inviis, exitibus et reditibus, vineis, quaesitis et inquirendis, et cum omnibus jure ad haec legaliter pertinentibus tali ratione, ut haec jam dicta eisdem sanctimonialibus in usus cottidiani perpetuam sustentationem permaneant, scilicet ut a nullis deinceps successoribus nostris, regibus et imperatoribus, et a nulla potestatis tandem persona haec aliquatenus inde abstrahantur, sed ut concessimus perpetuo usui sanctimonialium praedictarum omni aevo

deserviant. Et ut hoc nostrae donationis praeceptum firmiter permaneat, hanc chartam inscribi manuque propria subtus roboratam annulo nostro iussimus insigniri.

*Signum Domni Ottonis Magni Imperatoris Augusti (Monogramma.)*

Willigisus Cancellarius ad vicem Rodperti Archicapellani notari.

Data V. Kal. Maii anno dominicae incarnatione 974. indictione I. anno regni Domni Ottonis XXXV. Imperii autem XIII. Actum Merseburg.

*Sigilli intus impressi quaedam fragmenta restant.*

**Num. CIX, 974. 27. April Ex Originali:**

Otto I. Imp. donat Monasterio inferiori Ratisbonae praedium Beutelhausen.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Otto divina favente clementia Imperator Augustus. Noverit omnium industria fidelium nostrorum tam praesentium, quam futurorum, qualiter nos ob interventum dilectissimae Conjugis nostrae Adalhaidae, nec non venerabilis dominae Juditae salubrem petitionem quoddam juris nostri praedium Butilehusa nuncupatum, in pago Adalahkeven, in Comitatu Marchwardi Comitum situm sanctimonialibus in urbe Ratespona ad inferius monasterium sanctae Mariae sanctique Confessoris Erhardi commorantibus nostra imperiali potentia concessimus firmiterque donavimus cum utriusque sexus mancipiis, aedificiis, terris cultis et incultis, pratis, pascuis, vineis, silvis, aquis, aquarum decursibus, piscationibus, molendinis locisque molendinorum, mobilibus et immobilibus, viis et inviis, exitibus et redditibus, quaesitis et inquirendis, et cum omnibus jure legaliterque ad haec pertinentibus tali rationis tenore, ut a nullis sucesoribus nostris, regibus et imperatoribus, vel etiam ejusdem regni ducibus, nec non abbatissa aliqua idem jam dictum praedium ad altare sanctae Mariae traditum inde aliquatenus abstrahatur et minuatur, sed juxta praecepti nostri solidi atque sanctimonialium earundem et praesentium et futurarum vicuri cottidiano ac necessario nulla interurbante persona deserviat. Et ut hoc nostrum praeceptum firmiter perpetim cunctis credatur, hanc char-

tam inscribi manuque propria subtus roboratam annulo nostro jussimus sigillari.

*Signum Domni Ottonis Magni Imp. Aug. (Monogramma.)*

Data V. Kalend. Maii, anno incarnationis dominicae 974. Anno regni Domni Ottonis XXXV. imperii XIII. Actum Mersiburg.

*Sigillum intus impressum media parte fractum.*

**Num CX. 974. 27. Juni Ex Originali:**

Otto II. Imp. confirmat sanctimonialibus inferioris monasterii praedia Schirling, Linthart, Biberbach et Rocking.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Otto divina favente clementia Imperator Augustus. Noverit omnium industria fidelium nostrorum tam praesentium, quam futurorum, qualiter nos ob interventum dilectissimae genitricis nostrae Adelheidae, nec non venerabilis dominae Judithae salubrem petitionem quaedam proprietatis nostrae praedia, curtes videlicet Skirlinga, Linthart, Biberpach et Rokkinga in pago Tuonehkeuue, et in Comitatu Sarhilonis Comitum sitas sanctimonialibus in urbe Ratespona ad inferius monasterium sanctae Dei Genitricis Mariae Christique Confessoris beati Erliardi venerationi constructum nostra imperiali potentia in perpetuae usum proprietatis concessimus firmissimeque donavimus cum utriusque sexus mancipiis, aedificiis, terris cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis, aquis, aquarum decursibus, molendinis locisque molendinorum, mobilibus et immobilibus, exitibus et redditibus, vineis, viis et inviis, quaesitis et inquirendis, et cum omnibus iure ad haec pertinentibus eo tenore, ut haec jam dicta eisdem sanctimonialibus in usum cottidianum permaneant, scilicet, ut a nullis deinceps successoribus nostris, regibus et imperatoribus, et a nulla persona haec aliquatenus inde abstrahantur, sed, ut concessimus, perpetuo usui sanctimonialium praedictarum omni aevo deserviant. Et ut hoc nostrae donationis praeceptum firmiter perseveret, hanc chartam inscribi jussimus, annuloque nostro signatam manu propria subtus firmavimus.

*Signum Domni Ottonis Magni Imp. Aug. (Monogramma.)*

Willigisus Cancellarius vice Rodberti Archicapellani notavi.

Data V. Kal. Julii, anno incarnationis Dominicae 974. indictione I. anno regni Domni Ottonis XIII. imperii VI. Actum Uuormatiae.

*Sigillum integrum extat cum circumscriptione: † Otto Imp. Aug.*



**Num. CXI. 974. 27. Juni Ex Originali:**

Ottonis II. Imp. donationis et confirmationis instrumentum super praedie Beutelhausen.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Otto divina favente clementia Imperator Augustus. Noverint omnes nostri fideles tam praesentes quam et futuri, qualiter nos ob interventum dilectissimae genitricis nostrae Adalheidae, nec non domnae Juditae salubrem petitionem quoddam juris nostri praedium Butilehusa nuncupatum in pago Adalahkeue et in comitatu Marchuardi Comitum Sanctimonialibus in urbe Ratespona ad inferius monasterium sanctae Mariae, sanctique Confessoris Erhardi commorantibus nostra imperiali potentia concessimus firmiterque donavimus cum utriusque sexus mancipiis, terris cultis et incultis, pratis, pascuis, vineis, silvis, aquis, aquarum decursibus, piscationibus, molendinis locisque molendinorum, mobilibus et immobilibus, viis et inviis, exitibus et redivisibus, quaesitis et inquirendis, et cum omnibus juste ad hoc pertinentibus eo tenore, ut nullis Successoribus nostris, *regibus et imperatoribus*, et etiam ejusdem regni ducibus, nec non ab aliqua abbatissa idem jam dictum praedium ad altare sanctae Mariae traditum inde aliquatenus abstrahatur et minuatur, sed juxta praecepti nostri soliditatem Sanctimonialium earundem et praesentium et successurarum victui cottidiano ac necessario deserviat. Et ut hoc nostrum praeceptum firmiter perpetim cunctis credatur, hanc chartam inscribi jussimus annuloque nostro signatam manu propria subtus firmavimus.

*Signum Domini Ottonis magni Imp. Aug. (Monogramma.)*

Willigisus Cancellarius vice Rodberti Archicapellani notavi.

Data V. Kalend. Julii, anno incarnationis Dominicae 974 indictione I. anno regni domni Ottonis XIII. imperii VI. Actum Uuormatiae.

*Sigillum intus impressum illaesium extat*

**Num. CXII. Circa annum 974. Ex Diplomatario:**

Iudita, Ducis bavarici Henrici I. vidua et in Parthenone Niedermünster a se fundato, anno 976 mortua tradit proprietatem in Eiterhoven ad commune servitium monachorum sancti Emmerami in manus Epi Wolfgangi eiusque advocati.

Agnoscat igitur omnium fidelium industria, qualiter venerabilis patrona ac sanctimonialis foemina, Iudita nuncupata, memor imarcescibilis remunerationis et aeternae beatitudinis tradidit unacum manu filii sui Henrici (rixosi) Ducis ad sanctum Emmeramum et ad servitium monachorum talem proprietatem, qualem frater ejus Hludouuicus in loco Eitarahove sibi serviendo in potestate habuit, cum omnibus rebus ad eundem locum juste et legitime pertinentibus, hoc est curtem cum aedificiis et reliquis curtilibus, villis et casis, vineis ac vinitoribus et aureariis, agris, pascuis, silvis, aquis, piscationibus, molendinis, mobilibus et immobilibus, exitibus et redditibus, quaesitis et inquirendis, omnique legitima cautione, mancipiis utriusque sexus, et reliqua omnia, ut supra dictum est, tradidit memorata domna ad altare sancti Emmerami et ad commune servitium monachorum in manus Wolfkangi Epi et advocati sui Faramundi eo tenore, ut ipsa domna et frater ejus Hludouuicus in servitio habuerunt, et utantur usque ad finem vitae suae; post amborum vero obitum proveniat et redeat ipse locus in jus et servitium Ecclesiae et fratrum cum omni integritate sine omnium contradictione. Hujus traditionis testes per aures tracti: Sarhilo comes, Theomar, Tagini, Anno, Uualtheri, Timo, Papo, Rodperht, Engilmar, Egilolf, Tuoto, Orendil, Isanrih, Wirunt, Leoparto, Huichram, Ugo, Udalrih, Heinpreht, Gotedio, Reginpreht, Purchart. Vestituram hujus rei Timo praesentaverat ad aram sancti Emmerami et fratribus. Praesentes quoque tunc aderant Rihherus praepositus, Uualtherus decanus, Job, Amanoldus, Adalpertus et caeteri omnes.

**Num. CXIII. 979. 14 Oct. Ex Originali:**

Otto II. Imp. Epo Ratisbon. Wolfgango pro tuendis coloniis Steinklrchen missis indulget, ut inter majorem et minorem Erlafam in loco Zuuisila contra Hunnos Castellum erigat, simulque donat territorium et 6. mansos regales ad Sedem Eplem. In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Otto divina favente clementia Imperator Augustus. Si erga divinis cultibus mancipata loca

propter amorem Dei in eisdem locis sibi famulantibus beneficia oportuna largimur, praemium nobis apud Deum in aeterna beatitudine recipere confidimus. Proinde notum sit omnibus sanctae Dei Ecclesiae fidelibus nostrisque praesentibus et futuris, quia vir venerabilis Wolfkangus, Reganespurgensis Ecclesiae Epus, quae est constructa in honore s. Petri principis Apostolorum, nec non et sancti Emmerami martyris Christi, adiens celsitudinem culminis nostri innotuit auctoritati nostrae, in terra quondam Avarorum juxta fluviolum, qui Erlaffa dicitur, locum quendam esse, qui Steininachiricha nominatur, quem per multa annorum curricula desertum ipse de Bauuaria missis colonis incoli fecit, qui ut tutiores ibi ab investatione Ungrorum manere possent, petiit nostram serenitatem locum quendam inter majorem et minorem Erlaffam situm, ubi ipsi conveniunt, castellum ad construendum, qui vocatur Zuuisila; cujus deprecationi propter divinum amorem et reverentiam sanctorum praedictorum libenter annuimus, et ipsum locum perpetuo possidendum eidem concessimus Ecclesiae ab eo loco videlicet, ubi praenominati fluvioli confluunt usque in Ibisam, ubi ipsum flumen huic confluvio Erlaffarum proximum est, et sursum versus per litus Ibisae usque in rivum, qui dicitur Zücha, et per hunc usque in montem, qui dicitur Slavonice Ruznic; ab orientali autem parte litus majoris Erlaffae usque in montana propter munitionem locorum huic donatoni terminum statuimus, et quicquid nostri juris est ad donandum infra hos terminos, ad sanctum Petrum sanctumque Emmeramum perpetuo jure contradimus, et si minus, quam sex regales mansi arabilis terrae nostri juris infra terminos praescriptos inveniatur, ubi proxime juxta praedictum Castelli locum habeamus, ex utraque ripa Erlaffae suppleatur. Has itaque res et quicquid in posterum silvarum exstirpatione omnique alia cultura amplificetur, absque ullius personae obstaculo cum cultis et incultis, quaesitis et inquisitis, aedificiis, pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumque decursibus, rivis ac rivaticis, molendinis, piscationibus, viis et inviis, ac omnibus ad jam dictum terminum iuste legitimeque adpertiis, ad ipsius Ecclesiae utilitatem, firmiter tradidimus, ita videlicet, ut supra memoratae Sedis Rectores ob Ecclesiae commoditatem liberam habeant potestatem faciendi, quicquid elegerint. Et ut nostrae largitionis auctoritas firma perseveret, annuli nostri impressione sigillari iussimus.

*Signum domni Ottonis magni, invict. Imp. Augusti. (Monogramma)*

Hildibaldus Epus. et Cancellarius ad vicem Uuilligisi Archicapellani notavi.

Data II. Id. Octobr. anno Dominicae incarnationis 979. indictione VI. anno vero regni secundi Ottonis XV. imperii autem IX. Actum Radasponae in Dei nomine feliciter amen.

*Sigillum est avulsum, macula tamen cerae remanente.*

**Num. CXIV. Circa annum 980. 21, Aug.**

Traditio ad Monasterium Lunaelacense.

*Ex Pezii Codice Epistolari P. I. pag. 120.*

Notum sit omnibus fidelibus in Christo, quod quidam nobilis vir nomine Adalger tradidit ad sanctum Michaellem ad Maninseo unam partem haereditatis suae ad Muvarun, 15. jurnales in manum venerabilis Epi Wolfkangi et advocati sui Gotascalchi in perpetuam stabilitatem: econtra vero tradente eodem Epo cum advocato suo praefato viro 12. jurnales ad locum, qui dicitur Hiltigerasheima in perpetuam stabilitatem. Hoc factum fuit in Tirhsteti, XII. Kalend. Septembris. Isti sunt testes : Orendil, Ozi, Willihalm, Lianhalm, Hunolt, Erhart et filius ejus Ruodpreht.

**Num. CXV. 981. 2, April. Ex Originali:**

Otto II. Imp. ad instantiam Ottonis Ducis Bavariae, Wolfgangi Epi Rat. et Ramvoldi primi ad S. Emmeramum abbatis praedium Schierstat concedit Emmeramensibus.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Otto divina favente clementia Imperator Augustus. Si erga loca divinis cultibus mancipata propter Dei amorem in eisdem locis Domino famulantibus quiddam conferimus beneficii, praemium nobis apud Deum aeternae remunerationis rependi non diffidimus. Proinde comperiat omnium fidelium sanctae Dei Ecclesiae nostrorumque, praesentium scilicet et futurorum solertia, quia per interventum cari nepotis nostri Ottonis Ducis, et venerandi Praesulis Wolfkangi, nec non et amabilis Ramvoldi abbatis quoddam praedium, Scierstat nominatum in pago Nortgouue, in suburbano Reginae Civitatis, in Comitatu Henrici in proprium concessimus ad sanctum Dei martyrem Emmeramum, et monachis inibi Deo servientibus, quod idem nostro permissu ex quo-

dam Judaeo Samuliel dicto in antierius pretio comparaverunt, cum curtilibus, terris, pratis, pascuis, exitibus et reditibus, viis et inviis, cultis et incultis, quaesitis et inquirendis, et omnibus rebus rite illuc pertinentibus eo etiam tenore iisdem fratribus potestative habendum vel commutandum, sicuti caeteras possessiones Ecclesiae, nullo contradicente vel inquietante. Et ut noc imperiale auctoritatis nostrae praeceptum firmitus habeatur et in posterum verius credatur, hanc chartam conscribi iussimus, annulique nostri impressione assignatam, manu nostra subtus roboravimus.

*Signum Domni Ottonis magni, invictissimi Imperatoris Augusti.*

*(Monogramma.)*

Hildibaldus Epus et Cancellarius ad vicem Uuilfgisi Archicapellani notavi

Data IV. Nonas Aprilis, anno Dominicae incarnationis 981. indictione IX, anno vero regni secundi Ottonis XXI. imperii autem XIV. Actum Romae.

*Sigillum est avulsum, residua tamen est cerae macula.*

#### **Num. CXVI. 983. 5. Junii. Ex Originali:**

Otto II. Imp. traditionem quorundam curtilium Ratisbonae et praediorum Puchilinga et Ekkolvinga a quodam Wilhelmo et sua uxore sancto Emmeramo factam confirmat.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Otto divina dispensante clementia Imperator Augustus. Notum fieri cupimus omnibus fidelibus nostris, praesentibus scilicet ac futuris, qualiter quidam mercator noster Willihalmus dictus, a Praedecessoribus nostris libertate donatus, et uxor ejus Heilrad vocitata tradiderunt ad sanctum Emmeramum in Ratesponensi Civitate et monachis inibi Deo servientibus, quicquid praedii et mancipiorum tunc in tempore habuerunt, exceptis 4. mancipiis, pro animarum suarum remedio ac mercedis aeternae desiderio, ea vero pactione, ut ad finem suae vitae potestative usu potirentur fruendi; post amborum de hac luce discessum integre pertinerent ad sanctum Emmeramum fratribus serviendum: quod ita factum est publica testium affirmatione et jure jurando, qui

eidem traditioni praesentes interfuerunt. Similiter et primi iudices comitatum banno constricti et iuramento idem testificati sunt. Haec sunt loca, id est curtilia infra murum et extra praedictae urbis, aedificia sive aliter possessa, et praedia huic Civitati adjacentia, et Puchilinga et Ekkolvinga cum mancipiis in pago Tunahgeuui, in Comitatu Pabonis. Nos vero haec audientes, propter Dei amorem et sancti Emmerami, et pro venerabilis Wolfkangi Reginensis Epi petitione, nec non et Ramvoldi ejusdem Coenobii abbatis, fidelis nostri interventui satisfacientes, hanc traditionem imperiali auctoritate nostra renovavimus et eadem loca cum appenditiis suis, hoc est curtilia cum aedificiis, villis et casis, vineis et vinitoribus, pomariis, agris, pascuis, silvis, aquis, piscationibus, molendinis, mobilibus et immobilibus, exitibus et redditibus, quaesitis et inquirendis, mancipiis utriusque sexus, exceptis supradictis quatuor, omnique legitima cautione ad altare sancti Emmerami martyris et fratrum usibus servienda cum omni integritate concessimus, nemine contradicente vel fiscalis potestatis persona, sive alicujus consanguinitatis eorum conditione. Et ut haec concessionis nostrae auctoritas firma ac stabilis permaneat in futuris temporibus, hoc praeceptum praesens jussimus inde conscribi, et annuli nostri impressione sigillari, et manu propria subtus corroboravimus.

*Signum Domni Ottonis magni, invictissimi Imperatoris Augusti.*

*(Monogramma.)*

Hildiboldus Epus et Cancellarius vice Willigisi Archicapellani notavi.

Data Nonis Junii anno Dominicae incarnationis 988. regni vero secundi Ottonis XXV. imperii autem XV. indictione XI. Actura feliciter Veronae Amen.

*Sigillum intus impressum integrum extat.*

#### **Num. CXVII. 983. 5. Junii. Ex Originali:**

Otto II. Imp. confirmat cujusdam Wilhelmi traditionem locorum Alpurg et Perg sancto Emmeramo factam.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Otto divina dispensante clementia Imperator Augustus. Notum fieri cupimus omnibus fidelibus nostris, praesentibus scilicet ac futuris, qualiter quidam mercator noster Willihalmus dictus, a Praedecessoribus nostris libertate donatus, et uxor ejus Heilrat vocitata tradiderunt ad sanctum

Emmeramum in Ratesponensi Civitate et monachis inibi Deo servientibus, quicquid praedii et mancipiorum tunc in tempore habuerunt, exceptis 4. mancipiis, pro animarum suarum remedio ac mercedis aeternae desiderio, ea vero pactione, ut suae finetenus vitae potestative usu potirentur fruendi, post amborum de hac luce discessum integre pertinerent ad sanctum Emmeramum, fratribus serviendum; quod ita factum est publice testium affirmatione et jurejurando, qui eidem traditioni praesentes interfuerunt. Similiter et primi iudices Comitatum banno constricti et juramento idem testificati sunt. Haec sunt loca, id est Alpurg et Perc cum mancipiis, in pago Tonahgeuui, in Comitatu Liutpoldi. Nos vero haec audientes propter amorem Dei et sancti Emmerami, et per venerabilis Wolfkangi Reginensis Epi petitionem, nec non et Ramvoldi ejusdem Coenobii abbatis, fidelis nostri interventui satisfaciens hanc traditionem imperiali auctoritate nostra renovavimus et eadem loca cum appenditiis suis, hoc est curtilia cum aedificiis, villis et casis, vineis et vinitoribus, agris, silvis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, molendinis, mobilibus et immobilibus, quaesitis et inquirendis, mancipiis utriusque Sexus, exceptis supradictis quatuor, omnique legitima cautione ad altare sancti Emmerami martyris et fratrum usibus servienda cum omni integritate concessimus, nemine contradicente vel fiscalis potentiae persona sive alicujus consanguinitatis eorum conditione. Et ut haec concessionis nostrae auctoritas firma et stabilis permaneat in futuris temporibus, hoc praesens praeceptum jussimus inde conscribi et annuli nostri impressione sigillari, et subtus manu propria corroboravimus.

*Signum Domni Ottonis Magni et invictissimi Imperatoris Augusti.*

*(Monogramm.)*

Hildibaldus Epus et Cancellarius vice Willigisi Archicapellani notavi.

Data Nonis Junii, anno incarnationis Dominicae 983. regni secundi Ottonis XXV. imperii autem XV. indictione XI. Actum feliciter Veronae Amen.

*Sigillum illaesum extat.*

Nota:

Eodem anno et die simili tenore, ut supra, Otto II. Imp. confirmat ejusdem mercatoris Wilhelmi et uxoris suae Heilrat traditionem loci Atasfeld siti in pago Nortgouue, in Comitatu Henrici factam ad sanctum Emmeramum Ratisponae.

Sigilium est avulsum.

**Num. CXVIII. Circa annum 990.**

Concordia inter Ramvoldum abbatem S. Emmerami et Paponem praefectum Ratisbon.

*Pez I. c. 100*

Ob necessitatem pacis et concordiae facta est conventio inter abbatem Ramuoldum, et Paponem Ratesponensis urbis praefectum, eo quod longo jam tempore ex utraque parte iurgium non deesset de aditibus et reditibus juxta fluvium Regan in loco, Maganaspah nuncupato. Tandem idem Pappo bonitate convictus remisit atque contradidit ad sanctum Emmeramum in sua parte in ripa ejusdem fluvii ad deponenda ligna et in fluvio rates colligandas jugera duo pleniter mensurata, viam etiam in plaga occidentali rivi, Franchinpach dicti in latitudine perticarum 4. usque in silvam communem ligna inde ferentibus nihilominus concessit, in manus videlicet Ramuoldi abbatis et advocatorum Hauuarti et Leopardi; e contrario vero illis retradentibus accepit idem Pappo compensationem de rebus monachorum jugera 10. quae olim quidam Penno ad eorum contradidit servitutem. Et isti sunt testes: Ymmo, Rudpreht, Engilmar, Altman, item Altman, Lantpero, Alauuich, Adalhoh.

**Num. CXIX. Circa annum 991.**

Traditio Comitis Paponis, Praefecti Ratisbon. ad Monasterium S. Emmerami.

*Pez I. c. 103.*

Pappo etenim urbis (Ratisponen.) praefectus offerens Liutolfum filium suum in Coenobium S. Emmerami et fraternam Salariam in praesentia abbatis Ramuoldi et fratrum, seu etiam testium, ut semper sub regula S. Benedicti Deo donante stabilis permaneret. Et non post longum tempus iterum Pappo Comes jam paratus Romam tendere, convocatis tam abbate, quam et caeteris fratribus tradidit super altare praedicti sancti Emmerami in sylva communi Nordwald nuncupata tale praedium silvaticum, quale ipse cum suis sequacibus contra suam proprietatem Steuininga\*) prospiciens circumeundo sibi in proprium ad eundem locum Steuininga captivaverat, cum uno tantummodo Uuandalico\*\*) colono institutum, quod etiam situm est

\*) *De hoc loco denominati sunt Comites seu Lantgrafii Steuintngenses*

\*\*) *i.e. Slavico.*



inter rivum Francinpach, et montem vulgari vocabulo Vigo nominatum. Hanc quoque traditionem accepit praenotatus abbas Ramvoldus, et advocatus Maganus; et isti sunt testes: Rudpreht Comes, Rihpolt, Erchanpreht, Engilmar, Rudpreht, Arripo, Lantpero, Adalo.

**Num. CXX. Circa annum 996**

Traditio Paponis praefecti Ratisbon. et uxoris suae Mahtildae ad monasterium sancti Emmerami.

*Pez I. e. 106*

Papo, urbis praefectus unacum conjuge sua Mahthilda tradidit super altare sancti Dei athletae Emmerami praedium Gunduneshusa, quod fuit eidem Mahthildae ex largitione matris ejus Chunigundae contraditum ac testibus firmiter roboratum, hoc est hobas 4. possessas cum parschalchis vel tributariis, qui inde tributa persolvunt, cum omnibus appendiciis earundem hobarum, nec non et jacens quercetum frugiferum nihilominus tradidit, ut supra memoratum est, sancto Dei martyri Emmeramo et monachis in eodem monasterio manentibus, pro remedio animarum, videlicet Paponis et Mahthildae, ac fratris ejus Perhtoldi, et si quando finis praesentis vitae evenerit, procul dubio tam Papo, quam et ipsa Mahthilda juxta Ecclesiam praedicti sancti Emmerami locum habeant sepulturae; si vero eundem hunc locum Gunduneshusa, cujus supra fecimus mentionem, Epus aut aliqua potens persona de eorum communi vita in posterum demere et sibi in servitium usurpare temptaverit supra dicta Mahthilda, sive filii ejus potestative hoc ipsum teneant, suaeque absque dubio<sup>1</sup> servituti conservent et utantur. Et isti sunt testes: Ruotpreht, Rihholf, Dagini, Walach, Garaheri, Wilfrih.

**Num. CXXI. 998. Ex Originali:**

*Otto III.* imperator cuidam fideli suo nomine Tagini donat curtile ac curtem Ratisbonae. In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Otto divina favente Clementia Romanorum Imperator Augustus. Si facilem et benignum nostri fidelium petitionibus prebuerimus auditum et assensum, firmio-

rem ac stabiliorem nostri regni fore statum non dubitamus. Qua propter nos pium ac benignum nostri consanguinei, ducis scilicet Heinrici assensum prebentes postulationi, cuidam suo nostroque fideli Tagini dicto quoddam Curtile inter nostram Capellam, et nostra edificia, ac cortem sancti Roudperti Radasbone situm in proprietatem liberaliter sumus largiti, eo videlicet pacto, quatenus idem noster jam dictus fidelis Tagini liberum habeat, quicquid sibi placeat inde faciendi arbitrium, possidendi scilicet, donandi, vendendi, commutandi. Et ut haec nostrae donationis auctoritas firma credatur, et credibilis habeatur, hoc praeceptum inde conscriptum sigilli nostri impressione iussimus firmari ac corroborari.

*Signum Domni Ottonis invictissimi Imperatoris Augusti. (Monogramma.)*

Hildibaldus Archicapellanus ad vicem Willigisi subnotavl, Anno dominice incarnat. 998. Indict. XI. regnante tertio Ottone imperii sui anno tertio, Actum Rome.

*Cum Sigillo plumbeo.*

**Num. CXXII. 1000. Junii. Ex Diplomatorio coaevo.\*)**

Otto III. Imperator donat libere Comiti Adalberoni curtiferum Ratisbonae.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Otto divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus. Noverit omnium fidelium nostrorum, praesentium scilicet ac futurorum sollers universitas qualiter nos ob interventum dilecti nepotis nostri Bawoariorum ducis Heinrici cuidam fideli nostro Adalberoni Comiti in provincia Bawoariorum in Civitate, Ratispona nominata, in comitatu Pabonis comitis curtiferum quinque perticarum habens viam aditumque unius pertice ad legitima strata cum exitibus et reditibus omnibusque rebus jure legitimeque ad idem curtiferum respicientibus, possessumque a quadam muliere, Adalburg nuncupata, situm prope locum, superius monasterium sanctimonialium foeminarum dictum, in proprium dedimus ea scilicet ratione, ut idem praetitulatus Comes nunc et dein-

\*) *Per hoc subintelligitur codex diplomat. ac traditionum Obermünsterensis antiquior.*

ceps ex eodem curtifero liberam habeat absque omnium contradictione potestatem habendi, vendendi, commutandi, et quicquid sibi placuerit faciendi. Et ut haec traditio firmior fiat, hanc paginam manu propria corroborantes sigillari iussimus.

*Signum Domni Ottonis Caesaris invictissimi. (Monogramma!)*

Heribertus Cancellarius vice Willegisi recognovi.

Data III. Idus Junii, anno Dominicae incarnationis 1000. Indictione XIII. anno regni tertii Ottonis X. imperii V. Actum sursum Duello.

**Num. CXXIII. 1002. 13. Julii. Ex Originale:**

Rex Henricus II, donat Godehardo abbati Niedertalacensi aream Ratisbonae sitam. In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Henricus divina favente clementia Rex. Notum sit omnibus nostris fidelibus, praesentibus scilicet et futuris, qualiter nos piam Godehardi abbatis intendentes petitionem, quia nobis fideliter servivit, et dignus, quem beneficiaremur, fuit, quandam nostri juris aream infra muros urbis Radesponensis sitam\*), habentem in latitudine pedes 40. et in longitudine 80. quae ex una parte plateae, quae ducit ad flumen, ex altera vero parte areae cujusdam hominis nomine Ruozii collimitat, monasterio sancti Mauritii martyris, cui idem venerabilis abbas in loco, qui dicitur Althaha, praesesse dinoscitur, jure perpetuo retinendam per hoc regale praeceptum contulimus cum terris suis, exitibus quoque et redditibus, sive caeteris, quae quolibet modo vocari juste et legaliter possunt, appenditiis, ea ratione, quatinus praefatus abbas Godehardus sive Successores ejus liberam deinceps de eadem area habeant potestatem possidendi, vel quicquid pro utilitatibus monasterii illis libeat potestative faciendi. Et ut haec nostrae traditionis auctoritas stabilis et inconvulsa permaneat, manu propria eam corroborantes sigillari nostra imagine jussimus.

*Signum Domni Henrici regis invictissimi. (Monogramma.)*

Engilbertus Cancellarius vice Willegisi Archicapellani recognovi.

\*) Haec area a Coenobio Niedertalacensi vendita fuit anno 1485 Monasterio superiori.

Data. III. Idus Julii, anno dominicae Incarnationis 1002, indictione XV. anno vero Domini Heinrici regis I. Actum, Babenberg in Dei nomine feliciter amen.  
*Cum Sigillo majestat. illaeso, intus impresse.*

**Num. CXXIV. 1002 12. Nov.**

Rex Henricus II. donat monasterio Tegernseensi aream Ratisbonae sitam

*Ex Mon. boic. VI. 156*

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Henricus coelica imperante clementia Rex electus. Dum cunctis mortalibus a Deo concessum sit, secundum proprium arbitrium uniuscujusque pro felicitate et spe mansura sibi praecavenda posse thesaurizare futura bona, idcirco notum volumus esse cunctis fidelibus praesentibus et futuris, quod ad prosperitatem regni nostri, et vitam perennem promerendam, impetrante venerabili viro Ebarhardo abbate, ad monasterium sancti Quirini dedimus unum curtile in Ratisponensi civitate situm juxta mercatum vicinum loco, qui dicitur Ahachircha, in Comitatu Ruodperti. Et ut haec nostra regalis traditio absque ulla contradictione ad idem monasterium firmiter permaneat jure perpetuo, propria manu in hac charta subnotavimus signum et sigilli nostri impressione jussimus imaginari.

*Signum Domni Henrici Regis invictissimi. (Monogramma.)*

Egilbertus Cancellarius vici Willegisi Archicapellani recognovi.

Data II. Idus Nov. anno Dominicae incarnationis 1002. indictione I. anno vero Domni Henrici Regis primo. Actum in Urbe Radesbona.

**Num. CXXV. 1002. 16. Nov. Ex Originali:**

Rex Henricus donat regiae Capellae veteri a se restauratae villam sui juris Duveninga cum ejusdem pertinentiis.

C. In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Henricus divina favente clementia Rex. Si collapsa vetustate aut negligentia Sancto-

rum loca reparamus, et ibi divino cultui mancipatis aliqua vivendi solatia devoti conferimus, et in hac et in aeterna vita nobis hoc profuturum esse minime dubitamus. Proinde notum sit omnibus Christi nostrisque fidelibus, praesentibus scilicet et futuris, qualiter nos una cum dilecta Coniuge nostra, Cunigunda videlicet regina, intus in Urbe Radesponensi in curte regia quamdam Capellam, quam olim veterem vocabant, in honore sanctae dei genitricis Mariae a fundamentis in matrem Ecclesiam ereximus, dataque ei per praeceptum libertate regali, institutae ibi in dei servitio Canonice Congregationi sub abbate vel praeposito nomine Tagini, pro stipendiis inter caetera .dono contulimus, et per hoc regiae majestatis insigne confirmavimus quamdam nostri juris Villam, nomine Dueninga in Kelesgonue et in Comitatu Magenes sitam, cum omnibus ejusdem Villae legalibus pertinentiis, mobilibus et immobilibus, servis et ancillis, areis, aedificiis, terris cultis et incultis, pratis, pascuis sive compascuis, silvis, venationibus, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, molendinis, viis, et inviis, exitibus et reditibus, quaesitis et inquirendis ac caeteris, quae quolibet modo rite vocari possunt, utensilibus et appendiciis eo tenore, quatinus praefati loci Congregatio liberam de eodem praedio deinceps habeat potestatem, quicquid sibi decreto communi pro suis et praefatae matris Ecclesiae necessitatibus libeat faciendi. Et ut haec nostra traditio stabilis et inconvulsa permaneat, hanc nostri praecepti paginam manu propria roborantes, Sigillo nostro imprimi jussimus.

*Signum domni Heinrici Regis invictissimi. (Monogramma)*

Egilbertus Cancellarius vice Willigisi Archicapellani recognovi.

Data 16. Kal. Decembr. anno Incarnationis dom. 1002. Indict. I. anno vero domni Heinrici reg. I. Actum in ipsa urbe Radespona.

*Sigillum intus impressum integrum extat.*

**Num. CXXVI. 1002. 16 Nov.**

Rex Henricus II. donat Epo Brixinensi aream Ratisbonae sitam.

*Ex Reschii Annalibus Eceliae Sabion. III. 701.*

C. In nomine sanctae et indivduae Trinitatis, Henricus divina favente gratia Rex.

Notum esse volumus omnibus nostris fideli-

bus praesentibus et futuris, qualiter nos ob interventum devotumque obsequium fidelis nostri Sabionensis venerabilis Epi Albuuini ad Ecclesiam sancti Ingenuuini curtiferum unum in provincia Baioariorum in civitate Radespona, in Comitatu Ruotperti situm, possessum a tribus viris ita vocitatis Azo, Lanzo, Gotti, habens in longitudine, perticas 11 et dimidiam, et in latitudine 6. in proprium dedimus, cum exitibus et reditibus, omnibusque rebus jure legitimeque ad idem curtiferum pertinentibus, eo scilicet tenore, ut idem praetitulatus Antistes omnesque sui successores ex eodem curtifero ad usum praelibatae Ecclesiae potestatem habeant sine omni malivolorum contradictione habendi, commutandi, et quicquid sibi libuerit, exinde faciendi. Et ut haec traditio nostrae auctoritatis, quae in Dei voluntate et ob remedium animae nostrae facta est, firmior, stabilior diuturniorque fiat, hanc paginam nostra manu propria corroborantes sigillari jussimus.

*Signum Domni Heinrici Regis invictissimi. (Monogramma.)*

Egilpertus Cancellarius vice Willegisi Archicapellani recognovi.

Data XVI. Kalendas Decembris, anno incarnationis Dominicae 1002. indictione I. anno vero Domni Heinrici regnantis I. Actum in urbe Radespona.

*Cum sigillo majestatis. Integro*

**Num. CXXVII. 1002. 20 Nov. Ex Originali:**

Mundiburdium Regis Henrici II. Monasterio inferiori concessum.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Henricus divina favente clementia Rex. Justa regum et religiosa cogitatio debet Ecclesiis Dei, ubicunque facultas suppetit, aliquid accomodare, ut inde proclivius mercedis aeternae praemia consequantur. Proinde notum sit omnibus fidelibus nostris, praesentibus scilicet et futuris, qualiter venerabilis Abbatisa Ouda per interventum dilectae conjugis nostrae, Cunigundae videlicet reginae, nostram adiit majestatem, suppliciter rogitans, ut monasterium sanctimonialium, cui ipsa tunc temporis intra Radesponensem civitatem praesidere videtur, quod divae memoriae avia nostra Juditha olim in honore sanctae Dei genitricis Mariae a fundamentis in Abbatiam erexit

et donis praediorum inter alia pro loco ditavit, in nostrum mundiburdium et regiae immunitatis tuitionem reciperemus cum omnibus pertinentiis ejus. Nos ergo ob divinum amorem pie ejus annuentes petitioni per hoc nostrae majestatis insigne praefatum monasterium nostrae nostrorumque post nos successorum regiae et imperiali perpetuo defensionis subiicimus, et insuper optima ea libertate donamus, qua caetera monasteria regalia ubicunque terrarum nostri regni perfrui videbuntur, quatinus ibi sanctimoniales monasticae vitae sub regula sancti Benedicti mancipatae liberius et devotius illam, quam aggressae sunt vitam, absque inquietudine regalium exactorum, et subintroentium personarum dehinc conservare valeant. Regio igitur verbo et praecepto jubemus et firmiter interdiciamus, ut nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes Episcopus, vel aliquis sub Episcopo, aut iudex publicus sive regius exactor, seu quaelibet judiciaria persona major aut minor deinceps in praedicto monasterio intus vel foris, et in locis aut hominibus, vel omnibus ibi pertinentibus aliquam publici juris exercent potestatem, aut quicumque de rebus monacharum sibi ipsi vel nobis aut successoribus nostris usurpare praesumat sine advocato, quem praesens Abbatissa, et quae ei succedant, in hunc usum elegerint et constituerint, qui etiam in ipso monasterio et in locis ejus aliud sibi non imponat potestatis officium aut exigat seminum nisi quod Abbatissa cum sacris sororibus illi praescripserit.

Confirmamus etiam eidem monasterio, quicquid ibi unquam per reges et imperatores praeceptorum lege, sive per duces vel alios Christi fideles in quocunque pago vel comitatu aliqua traditum vel concessum est oblatione, cum curtibus et curtilibus, aedificiis, mancipiis, molendinis, aquimolis in utraque parte fluminis Danubii urbem praecurrentis, pariter cum omnibus utensilibus et appenditiis locorum ibi pertinentium, quorum haec pro parte sunt nomina: Schirelinga, Lirundorf, Roggingun, Biberbahe, Linthart, Heroldeslinthart cum omnibus appenditiis illorum, Hardkiricha cum decimis suis undecunque villarum conferendis, Salla cum Foresto, aqua, molendinis et caeteris pertinentiis, in Sinzingun omnem illam, quae ibi praescripto monasterio pertinet, utilitatem, Deggindorf cum decimis et usibus suis, Berge, quod situm est juxta flumen Philisa, et Budelshuson cum aquis, aquimolis, molendinis et areis in fluviis Isara et Uualechenesbah cum pontibus suis vel totis eorum adjacentiis. Habeant etiam monachae potestatem liberam per decessiones inter se eligendi Abbatissam, quam probabilis vitae et morum regula

Deo propitio composuerit, omnium potestatum vel personarum contradictione remota. Et ut haec nostra traditio, confirmatio sive libertas stabilis et inconcussa permaneat, hanc nostri praecepti paginan manu propria roborantes sigilla nostro imprimi iussimus.

*Signum Domni Heinrichi, Regis invictissimi. (Monogmma.)*

Egilbertus Cancellarius vice Willigisi Archicapellani recognovit.

XII. Kalend. Decembris, anno incarnationis Dominicae 1002. indictione I. anno vero

Domni Heinrichi regnantis I. Actum in ipsa urbe Radesponensi.

*Cum sigillo majestat. illaeso.*

**Num. CXXVIII. 1002, 20. Nov. Ex Originali:**

Rex- Heinrichus donat Collegiatae ad veterem Capellam Ratisbonae Villam Walching in pago Nordgauue sitam.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Heinrichus divina favente clementia Rex. Si collapsa vetustate aut negligentia Sanctorum loca reparamus, et ibi divino cultui mancipatis aliqua vivendi solatia devoti conferimas, et in hac et in aeterna vita nobis hoc profuturum esse minime dubitamus. Proinde notum sit omnibus Xpi nostrisque fidelibus, praesentibus scilicet et futuris, qualiter nos unacum dilecta conjuge nostra, Cunigunda videlicet regina, intus in urbe Ratesponensi in curte videlicet regia quandam Capellam, quam olim veterem vocabant, in honore sanctae Dei genitricis Mariae a fundamentis in matrem Ecclesiam ereximus, dataque ei per praeceptum regali libertate, institutae ibi in Dei servicio Canonorum congregacioi sub abbate vel praeposito nomine Tagini, pro stipendiis iriter caetera dona contulimus et per hoc regiae majestatis insigne confirma vimus unam nostri juris villam Uualehinga, in pago Nordgouue, in Comitatu Heinrichi sitam, cum omnibus ejusdem legalibus pertinentiis, mobilibus et immobilibus, servis et ancillis, areis, aedificiis, terris, cultis et incultis, pratis, pascuis sive conpascuis, silvis, venationibus, aquis, aquarumque decursibus, piscationibus molendinis, viis et inviis, exitibus et redditibus, quaesitis et inquirendis ac caeteris quae quolibet modo rite vocari possunt utensilibus et appendiciis, eo te-



nore, quatinus praefati loci congregacio liberam de eodem praedio deinceps habeat potestatem, quicquid sibi communi decreto pro suis et praedictae matris Ecclesiae necessitatibus libeat faciendi. Et ut haec nostra traditio stabilis et inconvulsa permaneat, hanc nostri praecepti paginam manu propria roborantes, Sigillo nostro imprimi jussimus.

*Signum Domni Heinrici Regis invictissimi. (Monogramma)*

Egilbertus Cancellarius vice Willigisi Archicapellani recognovi.

Data XII. Kal. Decembris, anno incarnationis dominice 1002. Indictione I. anno vero Domni Heinrici regn. I. Actum in ipsa urbe Radesponensi.

*Sigillum majest. intus impressum integrum extat.*

**Num. CXXIX. 1002. 24. Novembr.**

Rex Heinricus II. donat Epo Brixinensi Villam Teign prope Ratisbonam.

*Ex Reschii Annal. Eccliae Sabion. III. 704.*

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Heinricus divina favente clementia Rex. Notum sit omnibus nostris fidelibus, praesentibus scilicet et futuris, qualiter nos per interventum dilectae Conjugis nostrae, Chunigundae videlicet Reginae, fidei nostro Albuino Sabiniensis Ecclesiae Epo quoddam nostri juris praedium, id est quicquid in villa Tinginga pro nostra parte hactenus visi sumus possidere, cum omnibus ad id legaliter pertinentibus, mobilibus et immobilibus, servis et ancillis, Ecclesia, decimis, areis, aedificiis, terris cultis et incultis, pratis, pascuis sive conpascuis, silvis, aquis aquarumve decursibus, viis et inviis, exitibus et reditibus, quaesitis et inquirendis, et quae quolibet modo rite vocari possunt, appenditiis et utensilibus tradidimus, eo tenore, quatenus praefatus venerabilis Epus Albuinus sui que successores praedictum praedium deinceps libera potestate teneant atque in perpetuos Ecclesiae suae usus absque omnium personarum sive potestatum contradictione convertant atque possideant, habentes inde licentiam commutandi, et quicquid sibi libeat, faciendi, Et ut haec nostra traditio stabilis et inconvulsa permaneat,

hanc praecepti nostri paginam manu propria roborantes sigillari prae cepimus.

*Signum Domni Heinrici Regis invictissimi. (Monogramma)*

Egilbertus Cancellarius vice Willegisi Archicapellani recognovit.

Data VIII. Kalendas Decembris, anno Dominicae incarnationis 1002. indictione I. anno vero Domni Heinrici regnantis I. Actum, Radasponae.

*Cum sigillo majestatis. intus impresso.*

**Num. CXXX. 1063. 30. Jun. Ex Originali:**

Diploma Regis Henrici II. concedentis Adalberoni Comiti bannum super agrestes feras.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Henricus divina favente clementia Rex.

Notum sit omnibus nostris fidelibus, presentibus scilicet et futuris, qualiter nos fidele per omnia servitium dilecti nobis Comitis, videlicet Adalberonis intuentes, a quo ipsius supplicationem per interventum venerandi praesulis Goteschalchi attendentes sibi, prout ipse postulaverat, quia legaliter potuimus, regalis potentiae bannum super agrestes feras concessimus inter duos fluvios Ysara et Liubasa tam super propriam ipsius, qui praefatus est, Adalberonis terram, quam super domorum pontificalium vel monasteriorum in abbaciis, quae ibi nobis pertinent, terras, sive omnium illorum hominum terras, qui in presenti vel in futuro hujusmodi rem cum eo collaudabunt in Comitatu Friderici, qui judicat in Hachingun, in pago Sundergowe: primum ab hostio predictorum fluviorum Ysaram sursum versus usque ad Hohenberg, inde ad Huggenberg, ad Cumizdorf, inde ad Carphse et Uuinidouue, secundum vero decursum fluminis Liubase (Loisach) usque ad Wolveradeshusun. Nostra igitur regali, ut praescriptum est, auctoritate inter praenominatos fluvios et terminos bannum agrestium ferarum ei tradidimus et per hoc preceptum largiti sumus, regio verbo omnimode interdicens, quatinus hoc ambitu sine sua ipsius licentia feras illas, quae in aliis dominicalibus forestis in banno sunt posite, nullus aliquo ingenio vel genere veuandi audeat deinceps captare. Et

ut hec nostre concessionis auctoritas stabilis et inconvulsa permaneat, hanc precepti nostri paginam manu propria roborantes signo nostre imaginis inprimi iussimus.

*Signum Domni Henrici Regis invictissimi. (Monogramma)*

Egilbertus Cancellarius vice Willigisi Archicapellani recognovi.

Data II. Kal. Julii, anno dominice Incarnationis 1003. Indict. I. Anno vero domni

Heinrici secundi regn. secundo. Actum Radespone.

*Cum sigillo maxima ex parte fracto.*

**Num. CXXXI. 1004. 8. Febr. Ex Originali:**

Rex Henricus donat veteri Capellae quoddam sui juris praedium in Nortgouue, et quidquid in duabus Villis Durnin et Mantalahi possidebat.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Henricus divina favente clementia Rex.

Notum sit omnibus fidelibus nostris, praesentibus scilicet et futuris, qualiter nos ad regiam Capellam intus in Civitate Radesponensi in bonorem sacratissimae virginis, dei genitricis Mariae a nobis reparatam quoddam nostri juris praedium in Nortgowe et in Comitatu Oudalscalchi comitis situm, item quicquid in duabus Villis nomine Durnin et Mantalahi possidere visi sumus, interveniente Taginone Magedeburgensis Aecclesiae Archiepiscopo, quondam ejusdem Capellae praeposito, per hoc regale praeceptum perpetua lege tradidimus cum omnibus pertinentiis et utilitatibus suis, hoc est areis, aedificiis, servis et ancillis, agris, campis, terris cultis et incultis, pratis, pascuis sive compascuis, silvis, venationibus, aquis, aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, viis et inviis, exitibus et reditibus, quaesitis et inquirendis, seu caeteris quibuscunque pertinentiis in perpetuos Aecclesiae et Congregationis ibidem deo canonice militantis usus. Et ut haec nostra traditio stabilis et inconvulsa permaneat, hanc cartam manu propria roboratam, sigillo nostro inprimi iussimus.

*Signum Domni Henrici Regis invictissimi. (Monogramma)*

Egilbertus Cancellarius vice Willigisi Archicapellani recognovi.

Data VI. Id. Febr. anno Incarnat. domin. 1004. Indict. I. anno vero domni Heinrici secundi regn. II. Actum in Vuarim.

*Sigillum illaesum intus impressum.*

**Num. CXXXII. 1005. 10. Junii. Ex Originali.**

Rex Henricus II. donat Monasterio inferiori praedium in curtibus Ratisbon. i. e. im Regensburger Burgfrieden.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Henricus divina favente clementia Rex. Si piis Dei famulantium petitionibus praebemus assensum, aeternae remunerationis procul dubio inde oboriri nobis speramus remedium. Idcirco omnium sanctae Dei Ecclesiae fidelium, praesentium scilicet et futurorum noverit industria, qualiter nos tam pro animae nostrae consultu, quam etiam pro dilectissimae contectalis nostrae, Cunigundae videlicet Reginae, dulci appetitu, nec non venerabilis Radesponensis abbatissae, Outae videlicet nuncupatae, sedulo interventu quoddam nostri juris praedium, quod Macelinus clericus vivens in curtibus Radesponens. Ekmulla condita et in Comitatu Roudberti Comitis visus est investitura potestatis possidere, Radesponensi sanctae Mariae monasterio, quod differenter inferius dicitur, tradentes in proprium donavimus atque in augmentum victus monialium inibi degentium sub regula sancti Benedicti firmissima donatione proprietavimus cum omnibus ejusdem praedii utensilibus et appenditiis, rebus scilicet mobilibus et immobilibus, familiis utriusque sexus, areis, aedificiis, terris cultis et incultis, pratis, pascuis sive compascuis, viis, inviis, exitibus et reditibus, quaesitis et inquirendis, aquis aquarumve decursibus, seu cum omnibus, quae rite dici vel scribi possunt quolibet modo, utilitatibus, eo videlicet donantes tenore, quatinus jam dicta abbatissa ejusque succestrices liberam dehinc babeant potestatem possidendi, commutandi, colendi, precariandi, seu quicquid sibi libeat omnibus modis de eodem praedio ad utilitatem Sanctimonialium faciendi. Et ut haec traditionis auctoritas stabilis et inconvulsa in aeternum permaneat, hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes Sigilli nostri impressione insigniri jussimus.

*Signum Domni Heinrici Regis invictissimi. (Monogramma.)*

Eberhardus Cancellarus vice Willigisi Archicapellani recognovi.

Data III. idus Junii, indictione III. anno Dominicae incarnationis 1005. anno V. Domni  
Heinrici secundi regnantis. Actum Puoizinesheim feliciter amen.

*Cum Sigillo majestat.*

**Num. CXXXIII. 1007. 1. Nov.**

Rex Henricus II. quendam suae proprietatis locum Pferingun dictum, in pago  
Chelesgouue, et in Comitatu Berengeri Comitum situm ad stipendium Canonorum in  
Epli Sede Babenbergensi a se erecta Deo servientium unacum omnibus ejus pertinentiis  
sive adhaerentiis, videlicet vicis, villis, Ecclesiis, servis et ancillis areis, aedificiis, terris  
cultis et incultis, viis, inviis, exitibus et redditibus, quaesitia vel inquirendis, silvis,  
forestibus, saginis, venationibus, aquis, piscationibus, molis, molendinis, rebus  
mobilibus et immobilibus, ac caeteris omnibus, quae rite scribi aut appellari possunt  
quovis modo, utilitatibus donat atque proprietat omnium contradictione remota, ea  
ratione, ut praedicti Canonici liberam dehinc habeant potestatem, eundem locum  
Pferingun cum omnibus appenditiis «uis tenendi, possidendi, vel etiam sibi commodum  
advocatum super loco dicto eligendi, seu quicquid illis libeat, inde faciendi.

„Ut haec traditio nostra ab omnibus perpetualiter inviolabilis permaneat, hanc cartam  
inde conscriptam manu propria roborantes Sigilli nostri impressione jussimus insigniri.

Insuper Ratisponae tres areas infra urbem juxta danubium, duas Brunnelaite, duas  
Reginhusen dedimus et confirmamus in usum fratrum (Canonorum Bamberg)

*Signum Domni Heinrici Regis invictissimi. (Monogmma)*

Eberhardus Cancellarius vice Willigisi Archicapellani recognovi.

Data Kal. Nov. Indictione V. anno dominicae incarnationis 1007 anno vero domni  
Heinrici secundi regnantis sexto. Actum Frankonofurt feliciter Amen.

*Ex Codice Probationum diplomatico Epatus Babenbergensis fol. edito 1774 Num. XI.*

**Num. CXXXIV. 1008. 1. Jun. Ex Originali:**

Rex Henricus abbatiam sui juris seu veterem Capellam in proprium dat Ecclesiae  
Babenbergensi a se erectae. •

C. In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Henricus divina favente clementia Rex. Divinis et salutaribus sacrarum scripturarum admonemur documentis et erudimur, ut Ecclesias dei cum larga benivolentia ditemus, et summa devotione amplificare non cessemus. Proinde noverit omnium Christi nostrique fidelium industria, quia nos per interventum nostrae dilectissimae conjugis Chunigundae quandam nostri juris Capellam sive abbatiam infra urbem Radesponam in pago Tuonocgowe, et in Comitatu Ruodperti Comitis sitam sanctae Babenbergensi Ecclesiae in honorem beati Petri principis apostolorum et sancti Georgii martiris consecratae cum omnibus appenditiis, scilicet exitibus et redditibus, terris cultis et incultis, et cum omnibus utilitatibus, quae ullo modo aut scribi, aut nominari possunt, summa et liberali devotione in proprium donamus, ea videlicet conditione, quatinus ejusdem supradictae Ecclesiae Babenbergensis venerabilis Episcopus Eberhardus, sui que successores deinceps liberam exinde habeant potestatem tenendi, possidendi, et quidquid ad usum praedictae Ecclesiae pertineat, faciendi, omnium contradictione remota. Et ut hujus nostrae donationis auctoritas stabilis et inconvulsa permaneat, praeceptum istud inde conscriptum propria manu corroborantes, sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

*Signum domni Henrici Regis i invictissimi. (Monogramma.)*

Guntherus Cancellarius ad vicem Willgisi Archicapellani recognovi.

Data Kal. Junii, Indict. VI. anno dominicae Incarnat, 1008. anno vero Domni Henrici secundi regn. VII. Actum Merseburg feliciter

*Sigillum intus impressum*

**Num. CXXXV. 1009. 6. April.**

Rex Henricus II. donat Monasterio Nideraltacensi Ecclesiam parochialem in Mündraching cum decimis, et mansum ibidem, tres mansos in Siffenkofen et molendinum in Mangolting.

*Ex Mon. Boic. XI. 137.*

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Henricus divina favente clementia Rex. Si Ecclesias Dei alicuius doni incremento ditare vel sublimare studuerimus, nobis id profuturum esse minime dubitamus. Quapropter noverit omnium Christi fidelium nostrorumque industria, qualiter ob remedium animae nostrae et interventum dilecti abbatis nostri Godehardi, suum jure devotumque servitium inspicientes, monasterio suo Althaha dicto ad servitium et ad usum fratrum Deo ibidem servientium in villa Mundrichinga dicta unam Ecclesiam cum dotali manso et duabus partibus decimationis ad eandem Ecclesiam pertinentibus, et in villa eadem alium mansum cum mancipiis Frudun et uxore ipsius et filiis eorum. In Siffinchoven autem tres mansos cum mancipiis in his habitantibus, in Mangoltingen vero superius molendinarium cum molendino, in pago Duonagouue, in Comitatu vero Ruotberti Comitatis sitis, cum omnibus appendiciis sive utilitatibus, quae dici aut nominari possunt, per hanc nostri praecepti paginam concedimus atque largimur, et de nostro jure ac dominio in eorum jus ac dominium omnino transfundimus, ea quippe ratione, ut praedictus abbas suique successores unacum fratribus inibi Deo famulantibus de praenominato bono et ejus utensilibus debinc liberam potestatem ad communem usum fratrum, quicquid eis placuerit, faciendi, omnium hominum contradictione remota. Et ut haec nostrae donationis auctoritas stabilis et inconvulsa permaneat omni tempore, hoc praeceptum inde conscriptum manu propria roborantes sigilli nostri impressione insigniri jussimus.

*Signum Domni Henrici, Regis invictissimi. (Monogramma)*

Guntherus Cancellarius vice Willigisi Archicapellani recognovi.

Data VIII. Idus Aprilis, Indictione VIII. anno ab incarnatione Domini 1009. anno vero domni Henrici secundi regnaatis octavo. Actum Reganesburg feliciter Amen.

**Num. CXXXVI. 1009. 20 Maii:**

Rex Henricus II. donat Monasterio Prül prope Ratisbonam mansum regalem in villa  
Genstall

*Ex Mon. boic. XV. 158. Confer. Pezii Codex Epistolaris, P. I. pag. 147.*

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Henricus divina favente clementia Rex. Si Ecclesiarum Dei loca alicujus doni incremento sublimare studuerimus, nobis nostrique regni statui id proficere minime diffidimus. Quapropter omnium Christi fidelium, praesentium scilicet ac tutorum noverit universitas, qualiter nos divini amoris instinctu pro remedio animae nostrae ob interventum et petitionem Bonifacii, Prülensis abbatis, sibi suoque Monasterio in honorem sancti Bartholomaei apostoli constructo atque dedicato unum regalem mansum, quem antea Waltrico concessum habuimus, in villa Genstall dicta, in pago Tunahgouue, in Comitatu Ruperti situm cum omnibus ejus appendiciis, viis et inviis, cultis et incultis, exitibus et redivis, quaesitis sive inquirendis, seu cum omnibus utilitatibus, quae quolibet modo dici aut scribi possunt, per hanc nostram regalem paginam concedimus atque largimur, et de nostro jure et dominio in ejus jus et dominium omnino transfundimus, ea videlicet ratione, ut siquis Ratisponen. Ecclesiae Epus, quod absit, idem monasterium destruere vel monachicam vitam inibi violare praesumpserit, praescriptus mansus iterum ad regales redeat manus; si autem firmum et inviolatum praescriptum monasterium permanserit, jam dictus abbas Bonifacius sique Successores liberam potestatem habeant, exinde, quidquid eis placuerit, faciendi ad eorum utilitatem Ecclesiae, omni videlicet hominum contradictione remota. Et ut haec nostrae donationis auctoritas stabilis et inconvulsa ita permaneat, hoc praeceptum inde conscriptum manu propria corroboravimus et Sigillo nostro insigniri jussimus.

*Signum domni Henrici Regis invictissimi. (Monogramma)*

Guntherus Cancellarius vice Willigisi Archicapellani recognovi.

Data XIII. Kal. Junii, Indict. VII. anno dominicae Incarnationis 1009. anno vero Domni Henrici Regis secundi regnantis septimo. Actum Ratisponae feliciter Amen.



**Num. CXXXVII. 1009. 2. Julii. Ex Originali:**

Rex Henricus II. donat Ecclesiae Bambergensi locum Lichtowa in pago Nordgov situm. In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Henricus divina favente clementia Rex. Dominicis non surdum praebentes auditum praeceptis et deificis obtemperando Suasionibus, quendam nostrae paternae haereditatis locum Babenberc dictum in sedem et culmen Episcopalus proveximus et romana auctoritate in honore sanctae Dei genitricis Mariae, sanctorumque apostolorum Petri et Pauli stabilivimus et corroboravimus, ut inibi nostrum nostrorumque parentum, et Ottonis tercii, videlicet imperatoris et antecessoris nostri, celebre nomen haberetur, et jugis pro omnibus orthodoxis hostia mactaretur. Proinde novent omnium nostrorum fidelium tam praesens aetas, quam et futura posteritas, qualiter nos quendam nostrae proprietatis locum Lihtowa dictum, in pago Nortgowe et in Comitatu Heinrici Comitatis situm ad eandem supradictam Episcopalem sedem, unacum omnibus eius appendiciis sive adhaerentibus, videlicet rebus mobilibus et immobilibus, ac caeteris omnibus, quae scribi aut appellari possunt quolibet modo, utilitatibus hac nostra praeceptali pagina, prout firmiter possumus, donamus atque proprietamus omnium contradictione remota. Et ut haec nostrae auctoritatis traditio firma et inconvulsa permaneat, hanc paginam inde conscriptam Sigilli nostri impressione manu propria roborantes jussimus insigniri.

*Signum DomniHeinriciSecundiRegis invictissimi. (Monogramma)*

Guntherus Cancellarius vice Erchanbaldi Archicancellarii recognovi.

Data VI. Non. Julii indictione VIII. anno dominicae incarnationis 1009. anno vero domni Heinrici regn. VIII. Actum Hingelenheim feliciter.

*Sigillum majestatis. intus impressu, extat.*

**Num. CXXXVIII. 1010. 17. Apr. Ex Originali:**

Rex Henricus II. donat Parthenoni Obermünster per ipsum a fundamento perfecto et in praesentia sua 17 Apr. consecrato quandam sui juris curtem Salach.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Henricus divina favente clementia Rex. Si Ecclesiarum Dei loca alicujus doni incremento sublimare vel meliorare studuerimus, nobis nostrique regni statui id proficere minime diffidimus. Quapropter omnium Christi fidelium, praesentium scilicet ac futurorum agnoscat industria, qualiter nos divini amoris instinctu pro remedio animae nostrae, ac senioris nostri, videlicet Ottonis imperatoris, dilectaeque conjugis nostrae Chunigundae reginae, seu parentum nostrorum, nec non et pro regni nostri statu monasterio Ratisponensi, quod ibi vocatur Oberenmunester, in honore sanctae Dei Genitricis semperque Virginis Mariae dedicato, ipsa die, qua illud per nos a fundamento perfectum, in praesentia nostri XV. Kal. Maii consecrari fecimus, quandam nostri juris curtem nomine Salaht, in Comitatu Ruotperti Comitum, in pago Duonochgouue cum omnibus suis pertinentiis seu appendiciis, villis, vicis, cum familiis utriusque sexus, areis, aedificiis, campis, pratis, pascuis, silvis, venationibus, aquis aquarumve decursibus, piscationibus, molendinis, exitibus et redditibus, viis et inviis, quaesitis sive inquirendis cum omnibus, quae quolibet modo dici aut nominari possunt, utilitatibus per hanc nostram regalem paginam eidem monasterio ad usum et stipendia sanctimonialium inibi Deo famulantium integre concessimus atque tradidimus, et de nostro jure ac dominio in ejus jus et dominium omnino transfundimus, ea quippe ratione, ut abbatissa Wicpurg, quae nunc praefato monasterio praeesse videtur, eique succedentes abbatissae de eadem proprietate, ad usum tamen monasterii et sanctimonialium ibidem Deo servientium, dehinc liberam habeant potestatem, quicquid eis placuerit faciendi, omnium hominum contradictione sive inquietudine remota. Et ut haec nostrae donationis seu confirmationis auctoritas stabilis et inconvulsa omni permaneat tempore, hoc praeceptum inde conscriptum manu propria corroborantes atque confirmantes, sigilli nostri impressione insigniri jussimus.

*Signum Domni Henrici Regis invictissimi. (Monogramma)*

Guntherius Cancellarius vice Willigisi Archicapellani notavi.

Data XV. Kal. Maii, in clivione VIII. anno dominicae incarnationis 1010. anno vero domni secundi Heinrici regnantis octavo. Actum Regenesburg feliciter, Amen.

*Sigillum majestatis. intus impressum magna ex parte fractum est.*

**Num. CXXXIX. 1012. 1 Nov. Ex Originali:**

Imperator Henricus donat Ecclesiae Bambergensi locum Irnsing in pago Kelesgouue et in Comitatu Ottonis de Wittelspach situm.

C. In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Henricus divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus. Omnium Xpi notrique fidelium noverit industria, qualiter nos ob remedium animae et per interventum nostrae dilectissimae conjugis Chunigundae imperatricis augustae quendam nostri juris locum Eringesingun (Irnsing) dictum in pago Kelesgouue et in Comitatu Ottonis Comitatis situm sanctae Babenbergensi Ecclesiae in honorem beati Petri principis apostolorum et sancti Georgii martiris constructae et consecratae, cum omnibus appendiciis, scilicet terris cultis et incultis, villis, vineis, agris, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, molendinis, areis, aedificiis, utriusque sexus mancipiis, exitibus et redditibus, et cum omnibus utilitatibus, quae vel scribi vel nominari possunt, summo et liberali devotionis studio in proprium concedimus et donamus, ea videlicet condicione, quatenus ejusdem supradictae sanctae Babenbergensis Ecclesiae venerabilis Episcopus Eberhardus sui que successores deinceps liberam exinde habeant potestatem tenendi, possidendi, et quicquid ad usum praedictae Ecclesiae pertineat, faciendi, omnium remoto contradictionis obstaculo. Si quis, quod absit, hujus nostrae donationis munificentiam destruere praesumat, inextinguibili tormento in die iudicii luat ; id ne fiat, sed ut hujus nostrae donationis auctoritas stabilis et inconvulsa permaneat, hoc praeceptum inde conscriptum propria manu corroborantes sigilli nostri impressione jussimus insigniri.

*Signum Domni Heinrici invictissimi Romanorum Imperatoris Augusti.*

*(Monogramma)*

Guntherius Cancellarius vice Erchanbaldi Archicapellani recognovi.

Data Kal, Novembris Indict. III. Anno dominicae incarnationis 1012. anno vero domni Heinrici secundi regnantis XII. imperii autem I. Actum Merseburc feliciter amen. Cum sigillo majestat.

**Num. CXL. 1015. 17. April. Ex Originali:**

Imperator Heinricus donat Ecclesiae Bamberg. duo loca Schwarzenfeld et Weilendorf in pago Nordgov.

C. In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Heinricus divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus. Si venerabilia Ecclesiarum Dei loca alicujus doni commodo disare sive meliorare studuerimus, nobis id regnique nostri Statui proficere minime dubitamus. Quapropter omnium Xpi nostrorumque fidelium noverit universitas, qualiter nos pro remedio animae nostrae parentumque nostrorum Babenbergensi Ecclesiae, quam in Episcopatus Sedem sub honore beatae Dei genitricis Mariae sanctique Petri apostolorum principis ex nostra haereditate sublimando proveximus, interventu et petitione Eberhardi ejusdem Ecclesiae venerandi praesulis quaedam nostrae proprietatis loca, nomine Suuarzinvelt et Weilendorf in pago Nordgouua, et in Comitatu Heinrici Comitis cum omnibus pertinentiis eorum, terris cultis et incultis, mancipiis utriusque Sexus, aedificiis, areis, silvis, venationibus, aquis, aquarumve decursibus, molendinis, piscationibus, pascuis, pratis, exitibus et reditibus, quaesitis et inquirendis, caeterisque omnibus, quae quolibet modo nominari possunt, utilitatibus Suuarzinvelt pertinentibus per hanc nostram imperialem paginara concedimus atque largimur, et de nostro jure ac dominio in eius jus atque dominium transfundimus, ea videlicet ratione, ut idem jam dictus Eberhardus Episcopus sui que successores liberam dehinc habeant potestatem, ad usum Ecclesiae Babinperc, quicquid eis libuerit, faciendi, omnium hominum regni nostri contradictione remota. Et ut haec nostrae traditionis auctoritas per futuras successiones temporum stabilis et inconvulsa permaneat, hanc nostri praecepti paginam manu propria corroborantes, sigilli nostri impressione jussimus insigniri.

*Signum Domni Hcinrici Serenissimi atque invictissimi Romanorum Imperatoris Augusti (Monogramma.)*

Guntherius Cancell. ad vicem Erchanbaldi Archicapellani recognovi

Data XV. Kal. Maii anno dominicae Incarnationis 1015. Indictione XIII. Anno vero domni Heinrici secundi regnantis XIII, Imperii autem ipsius secundo. Actum Merseburc feliciter.

*Cum Sigillo majestat.*

**Num. CXLI. 1019, 10. Maii. Ex Originali:**

Imp. Henricus donat locum Berga, qui olim ad veterem Capellam spectabat, Ecclesiae Babenbergensi.

In nominae sanctae et individuae Trinitatis, Henricus gratia Dei Romanorum Imperator Augustus. Gloria praesens fugitiva et inanis est, dum possidetur, nisi aliquid in ea de coelesti aeternitate cogitetur. Sed dei miseratio humano generi utile providit remedium, quando partem coelestis patriae terrenae substantiae fecit esse pretium. Hujus ergo nos clementiae memores quendam haereditatis nostrae locum Babenberc dictum auctoritate Apostolica firmatum, nec non dilectae contectalis nostrae Chunigundae, et venerabilis Heinrici Wirciburgensis Episcopi, ac omnium fidelium nostrorum, Episcoporum, abbatum, totiusque regni nostri principum concordi devotione collaudatum, in Culmen et Sedom Episcopatus proveximus, ad honorem videlicet omnipotentis dei et beatae Mariae semper Virginis, sanctorumque Apostolorum Petri et Pauli, nec non sanctorum martyrum, Kiliani atque Georgii, et omnium Sanctorum pia veneratione fundavimus, ut inibi tam pro antecessoris nostri, tertii videlicet Ottonis imperatoris, quam pro omnium fidelium vivorum atque defunctorum memoria jugiter hostia mactaretur salutaris.

Proinde noverit omnium dei nostrique fidelium tam praesens aetas, quam successura posteritas, qualiter nos pro dei amore nostraeque salutis acquisitione praefatae Sedi tot venerabilium Virorum attestazione fundatae quendam nostri juris locum Berga dictum, in pago Tuonocgowe dicto, et in Comitatu Adalberti Comitis situm, qui a quibusdam abbatia nuncupatur, hac imperiali et praeceptali pagina, sive abbatia sive alio quolibet modo praedium sit, cum omnibus rebus ibidem pertinentibus, mobilibus vel immobilibus, cultis vel incultis, et cunctis, quae ullo modo scribi aut nominari possunt, utilitatibus, prout firmiter possumus, concedimus, donamus et proprietamus omnium Contradictione remota. Praecipimus igitur, ut nobis in deo dilectus Eberbardus ejusdem Sedis primus Episcopus, ejusque Successores liberam dehinc habeant pote-

statem, de praedicta seu abbatia seu praedio tenendi, possidendi, commutandi, seu quicquid sibi libet, modis omnibus in usum Episcopatus faciendi. Ut autem haec nostrae ingenuitatis traditio stabilis et inconvulsa permaneat nunc et in futurum, hanc paginam inde conscriptam manu propria roborantes Sigilli nostri impressione insigniri jussimus.

*Signum Domni Heinrici invictissimi Imperatoris Augusti (Monogramma)*

Guntherius Cancellarius vice Erchanbaldi Archicapellani recognovi.

Data VI. Idus Maii, anno dominicae Incarnationis 1019. Indict. II. anno vero domni

Henrici secundi regn. XVII. Imperii autem V. Actum Altsteti feliciter.

*Cum Sigillo intus impresso.*

### **Num. CXLII. Circa annum 1020:**

Gebhardus I. Epus Ratisbon. dat pro loco Gruoba, ubi S. Emmeramus spiritum ad coelos misit, Udalscalcho advocato Frisingensi duo Curtilia, quorum unum intra, alterum extra Ratisbonam situm est.

*Ex Meichelbeck hist. Frising. I. P. II. 492.*

Notum sit omnibus in Christo fidelibus, qualiter Uodalschalch advocatus sanctae Frisingensis Ecclesiae in loco, qui rustice vocatur Gruoba, quo sanctus Emmeramus spiritum ad coelos misit, V. jugera Epo (Ratispon.) Gebehardo tradidit. Econtra venerabilis praedictus Epus cum manu sui advocati Hartuuici duo curtilia supradicto advocato Uodalschalcho contradidit, unum scilicet jacens in Radaspona, quod Gezo clericus possidet, alterum curtile foras murum ejusdem urbis positum aequiparantia unum jugerum; et si quid deesset, in alio loco quocunque vellet sibi adimplere, eo vero pacto, ut si quis hoc Concambium dirumpere et interdicere voluerit, ipse advocatus Uodalschalch, vel alius advocatus in loco ipsius positus legaliter et potestative stabiliat. Isti sunt tastes per aures tracti: Hadamar, Chadalhoch, Hartuuich, iterum Hartuuich, Adalhart, Penno, Moimar, Altman, Petto, Meginhart, Uodalperht, Gerolt, Adalmunt, Richeri, Magnus, Peranhart, Atperht, Liuzo, Liepolf, Nizo, Hezaman, Sintperht, Egilolf.

**Num. CXLIII. 1021. 3 Julii. Ex Originali:**

Imp. Henricus confirmat monasterio sancti Emmerami omnia hona generatim, ablata  
Epo aliisque alienandi facultate.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Henricus divina favente clementia Rom.  
Imp. Aug. Imperialem nostri nominis excellentiam hoc scimus exigere, immo ad statum  
regni et ad salutem animae nostrae multum proficere, quosque divini servitii amiores,  
ut sine querela in Dei persistent laude, liberalitatis nostrae sustentaculo confortare,  
maxime autem eos, quorum laboris devotio divino prae caeteris invigilat obsequio.  
Proinde noverit omnium Christi nostrique fidelium universitas, qualiter nos divinae  
remuneracionis spe incitati, interventu etiam dilectae conjugis nostrae Cunigundae  
Imperatricis Augustae, et venerandi Richolfi abbatis commoniti cuidam Ecclesiae Dei  
infra civitatem Ratesponensem in bonorem pretiosi Dei martyris Heimmerami  
constructae, ubi venerabile corpus ejus miraculis declarantibus requiescere  
comprobatur, omnia, quae ab Antecessoribus nostris, Regibus vel Imperatoribus,  
omnibusque Christi fidelibus vel intra ipsam Ratesponensem Civitatem, vel in Suburbio  
ejus, vel ubicunque locorum hactenus tradita sunt et collata, per hanc imperialem  
paginam in perpetuum confirmamus, et absque omnium hominum contradictione in  
proprium largimur, ea videlicet ratione, ut nec Epus ejusdem loci, nullaque judiciaria  
vel ecclesiastica persona aliquam habeat potestatem, praenominata bona praefatae  
Ecclesiae auferre vel usibus fratrum ibidem sub monachica institutione Deo servientium  
abalienare, sed praedictus Richolfus ejusdem loci abbas sui que Successores liberam  
exinde habeant potestatem, quicquid eis placuerit faciendi, ad utilitatem tantummodo  
fratrum ibidem sub regula sancti Benedicti Deo sanctoque Heimmeramo famulantium,  
Et ut haec nostrae confirmationis et largitionis auctoritas stabilis et inconvulsa omni  
permaneant aevo, hoc praeceptum inde conscriptum propria manu corroborantes, sigilli  
nostri impressione jussimus insigniri.

*Sigillum domni Henrici invictissimi. Romanorum Imperatoris Augusti.*

*(Monogramma)*

Guntherius Cancellarius ad vicem Erkenbaldi Archicapellani recognovi.

Data V Nonas Julii, Indictione III. anno dominicae incarnationis 1021. anno vero Domni Heinrici secundi regnantis XX. imperantis VIII. Actum Coloniae feliciter amen.  
*Sigillum majestat. integrum extat.*

**Num. CXLIV. 1021. 3. Julii. Ex Originali:**

Imp. Henricus confirmat monasterio sancti Emmerami traditionem Curtis Ruitae  
 (Vogtareut) factam a Comite Warmundo.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Henricus divina favente clementia Rom. Imp. Augustus. Imperialem nostri nominis excellentiam hoc scimus exigere, imo ad statum regni et ad salutem animae nostrae multum proficere, quosque divini servitii amatores, ut sine querela in Dei persistent laude, liberalitatis nostrae sustentaculo confortare, maxime autem eos, quorum laboris devotio divino prae caeteris invigilat obsequio. Proinde noverit omnium Christi nostrique fidelium universitas, qualiter nos divinae remunerationis spe incitati, interventu etiam dilectae conjugis nostrae Chunigundae Imperatricis Augustae, et venerandi Richolfi abbatis commoniti, cuidam Ecclesiae Dei intra Civitatem Ratisponen. in honorem pretiosi Dei martyris Heimmerami constructae, ubi venerabile corpus ejus miraculis declarantibus requiescere comprobatur, quandam nostri juris curtem Riute dictam, in pago Chymengouue, in Comitatu Pabonis Comitum sitam, quam quidam nobilis homo Warmundus comes eidem Coenobio contulit, cum omnibus appendiciis, villis scilicet, areis, agris, pratis, pascuis, aquis aquarumve desursibus, vadis, molendinis, piscationibus, exitibus et redditibus, viis et inviis, quaesitis et inquirendis, silvis, venationibus, familiis etiam utriusque sexus, caeterisque, quae quolibet modo dici aut scribi possunt, utilitatibus ad eandem Curtem jure et legaliter pertinentibus per hanc imperialem paginam in proprium largimur, et ejusdem Warmundi Comitum traditionem perpetuo jure praedictae Ecclesiae confirmamus, ea videlicet ratione, ut nec Epus ejusdem loci, nullaque Ecclesiastica vel judiciaria persona aliquam habeat potestatem, praenominatam curtem praenominatae Ecclesiae auferre vel usibus fratrum ibidem sub monachica institutione Deo servientium abalienare, sed praedictus Richolfus ejusdem loci abbas sui que Successores liberam exinde habeant potestatem, quicquid eis placuerit, faciendi ad utilitatem tantummodo Iratrum ibi-



dem sub regula sancti Benedicti Deo sanctoque Heimmeramo famulantium, omnium hominum contradictione remota. Et ut haec nostrae largitionis et confirmationis auctoritas stabilis et inconvulsa omni permaneat aevo, hoc praeceptum inde conscriptum manu propria corroborantes, Sigilli nostri impressione jussimus insigniri.

*Signum Domni Heinrici invictissimi Rom. Imp. Augusti (Monogramma)*

Guntherius Cancellarius ad vicem Erkenbaldi Archicapellani recognovi.

Data V. Nonas Julii, Indict. III. anho dominicae incarnat. 1021. anno vero domni Heinrici II. regnantis XX. imperantis VIII. Actum Coloniae feliciter, Amen.

*Sigillum nonnihil laesum extat.*

### **Num. CXLV. 1021. 3. Julii. Ex Originali:**

Imp. Henricus confirmat monasterio sancti Emmerami Curtem Eiterhoven.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Henricus etc. *ut Num. praec.* — quandam nostri juris Curtem, Eitterhoven dictam, in pago Tunegouue, in Comitatu Adalberti Marchionis sitam, quam avus noster pia recordationis dux Henricus eidem Coenobio antea contulit, cum omnibus appendiciis, villis scilicet, areis, agris, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, molendinis, piscationibus, exiubus et redditibus, quaesitis et inquirendis, silvis, venationibus, familiis etiam utriusque Sexus, caeterisque, quae quolibet modo dici aut scribi possunt, utilitatibus ad eandem Curtem jure et legaliter pertinentibus per hanc imperialem paginam in proprium largimur, concedimus et perpetualiter confirmamus, ea videlicet ratione, ut nec Epus ejusdem loci, nullaque Ecclca vel judiciaria persona aliquam habeat potestatem, praenominatam Curtem Ecclesiae praefatae auferre, vel usibus fratrum ibidem sub monachica institutione Deo servientium abalienare, sed praedictus Richolfus ejusdem loci abbas sui que Successores liberam exinde habeant potestatem, quicquid eis placuerit faciendi, ad utilitatem tantummodo fratrum ibidem sub regula sancti Benedicti Deo sanctoque Heimmeramo famulantium, omnium homi-

num contradictione remota. Et ut haec nostrae largitionis, concessionis et confirmationis auctoritas stabilis et inconvulsa omni permaneat aevo, hoc praeceptum inde conscriptum propria manu corroborantes, Sigilli nostri impressione jussimus insigniri.

*Signum domni Henrici invictissimi Romanorum Imp. Augusti.*

*(Monogramma)*

Guntherius Cancellarius ad vicem Erkenbaldi Archicapellani recognovi.

Data V. Nonas Julii, indict. III. anno dominicae incarnationis 1021. anno vero Domni Henrici II. regnantis XX. imperantis autem VIII. actum Coloniae feliciter, Amen.

*Sigillum majest. integrum extat.*

### **Num. CXLVI, 1021. 12. Nov. Ex Originali**

Imp. Henricus donat Monasterio superiori duas terras (Plaetze) intra et extra moenia Civitatis Ratisbonensis versus meridiem.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Henricus Romanorum Imperator Augustus. Si christianae religionis et angelicae conversationis amatores nostrae liberalitatis beneficio, quo securius Deo servire possint, consolari studuerimus, et aeternorum praemiorum unacum illis nos participes fieri spe certa confidimus. Proinde omnibus Christi nostrique fidelibus innotescat, qualiter nos per interventum Henrici ducis Bauariae cuidam Ecclesiae in honorem sanctae Dei genitricis semperque Virginis Mariae intra Ratisponensem Civitatem constructae, quae vulgo Obrenmunsture dicitur, ubi venerabilis abbatissa Wichpurg virginibus sub regula monachica Deo servientibus praeesse videtur, quandam infra praedictum monasterium terram confinalem atrio ejus, et infra publicam plateam jacentem, quae de porta sancti Hemmerami ducit ad Ecclesiam, quae vulgariter Ahachiricha dicitur, intra Civitatem, in longitudine habentem perticas XX. et in latitudine X. aliam vero foras murum proxime adjacentem in longitudine similiter habentem perticas XX. et in latitudine VIII. in Comitatu Ruodperti Comitis per hanc imperialem paginam cum omni legalitate in proprium largimur atque concedimus, ea scilicet

ratione, ut praedicta akbatissa et omnes quae sibi in loco eodem ordine et dignitate succedunt, liberam exinde habeant potestatem, quidquid eis libuerit faciendi ad utilitatem praenominati monasterii, ac sororum ibidem monastice conversantium. Et ut haec nostrae auctoritatis Karta stabilis et inconvulsa omni permaneat aevo, hoc praeceptura inde conscriptum propria manu confirmantes, Sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

*Signum Domni Heinrici invictissimi Romanorum Imp. Aug.*

*(Monogramrna)*

Guntherius Cancellarius ad vicem Aribonis Archicapellani recognovi.

Data II. Idus Novembris, anno dominicae Incarnationis 1021 anno vero Domni Heinrici Imperatoris regnantis XX. imperii autem VIII. Actum Augustae feliciter, Amen.

*Sigillum majestat. media parte est deperditum.*

**Num. CXLVII. 1024. 30. Aug:**

Rex Conradus Epo Frisingensi confirmat aedes Ratisbon. ab Imp. Henrico donatas.

*Ex Meichelbeck I. c. I. 216.*

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Counradus divina favente gratia Rex. Si nostra Regalis munificentia locis venerabilibus sacraeque religionis cultoribus quicquam utilitatis contulerit, scimus magna praesidia tam animae nastrae, quam etiam stabilitati Regni nostri inde accrescere. Proinde noverit industria cunctorum fidelium hominum nos rorum, qualiter nos ob interventum venerandi Egilberti Frisingensis Sedis Episcopi more Antecessorum nostrorum Regali concessione firmavirmis curtiferum unum in praesenti ab eodem egregio Praesule supraedificatum in provincia Boiaria et in urbe Reganspurch sitam, partem videlicet cujusdam palatii vetetis atque destructi, incipientis a Curte, quam tenet Eberhardus Babenbergensis Epus, ac contra Septentrionem in longitudine octo perticas habentem, et inde ad orientem usque ad viam pnblicam, quae est inter Ecclesiam sancti Salvatoris praedictumque Curtiferum, ad flumen Danu-

bium ducit, terminantem. Constat namque idem Curtiferum a pio Antecessore nostro, Hainrico Imperatore Ecelesiae Frisingensi ob remedium animae suae fideleque ministerium ejusdem Antistitis consentiente Duce Bajoariorum Hainrico Imperiali praecepto concessum. Nos autem Ecclesiasticae utilitati nihilominus prospicientes hoc praesenti praecepto nostro Curtem praedictam cum universis aedificiis ac sepium munitiōibus illi in perpetuum firmamus manu propria subtus roborantes. Dat. III. Kal. Septembris, Indictione VII. anno Domini 1024. anno 1. Domni Counradi secundi Regnantis. Actum Magunciae.

**Num. CXLVIII. Circa annum 1024:**

Complacitatio facta *inter* Egilbertum Frising. et Gebehardum Ratisbonensem Epos.

*Ex Meichlbeck I. c. I. in Codice diplomat. 490.*

Postea item longo temporis intervallo placuit, atque convenit inter duos sanctae Ecclesiae venerandos Pontifices, Egilbertum videlicet et Gebehardum quandam complacitationem facere, sicut et fecerunt. Praedictus itaque Antistes Radasponensis Gebehardus cupiens ex rebus terrenis et caducis aeterna animae suae commoda praeparare, tradidit cum manu advocati sui Willipatonis in manus Reverendi Egilberti Frisingensis Epi et advocati sui Helmberti ad altare sanctae Mariae Virginis sanctique Corbiniani confessoris Christi, quicquid jure haereditario in loco Legian dicto habuit, in usum videlicet Canoniorum Deo inibi jugiter famulantium absque omni contradictione post finem vitae suae perpetuo existendum cum mancipiis utriusque sexus, aedificiis, silvis, venationibus et omnibus ad locum praedictum pertinentibus. Econtra pius Pastor Egilbertus cum consilio et consensu suorum fidelium retradidit Gebehardo Coepiscopo suo ex rebus Ecclesiae suae loca sic dicta: Legian, Parpian, Sutsis, Tieres, Albiun, Tanurcis, Tsevis, Tsusis, Adseges, forestum ad Gredine cum omnibus utilitatibus, quae in potestatem Canoniorum supradictorum ab Ottone Comite bonae memoriae in eisdem locis tradita videbantur, ut, sicut dictum est, idem Epus Gebehardus et datum et acceptum usque ad finem vitae suae potestative possideret, postea vero in jus Frisingensis Ecclesiae et Canoniorum

saepedictorum et datum et acceptam in integrum refunderetur. Post haec Antistes Gebehardus divino compunctus amore, et ne aliquis locus inimicorum pateret insidiis, die eodem omnem hanc, quae supra continetur, traditionem sponte remisit, et vestituram dati et accepti pio Epo Egilberto contradidit in tantum, ut proprio advocato suo excluso, quemcunque Epus ex suis vellet, super easdem res advocatum constitueret, quod et factum est. Nam ad ultimum Gebehardus Epus res supradictas ab Epo Sedis Frisingensis Egilberto in beneficium accepit. Testes Uodalscalh Comes, Etih, Gerolt, Uodalrich, Engildio, Magnus, Hoholt, Guntpolt, Altmann, Ruotperht, Lieparto, Ekkihart, Aripo, Otzi.

**Num. CXLIX. Circa annum 1024.**

I. Epistola dni Pauli Sacerdotis, et Gebehardi religiosorum virorum sanctae Ecclesiae Ratisponensis missa ad Presbyterum Martinum thesaurorum S. Ambrosii Mediolani custodem pro Officio Ambrosiano obtinendo.\*)

*Ex Mabillonii Musaeo Italico, I. 95. etc.*

Martino fidelissimo custodi thesaurorum beati Ambrosii, Paulus et Gebehardus Germani investigabiles divitias Chri. Tertius annus

\*) Paulus et Gebehardus, Epistolarum auctores erant Canonici Ratisbonenses, (Gebehardus frater Imperatoris Conradi Salici postea factus est Epus Ratisbonensis, et Italiam peragravit, ut Ambrosii operum reliquias colligerent, . et visa Mediolani ritus Ambrosiani majestate, eum in suam Ecclesiam cum ordine Romano inducere cogitarunt: petierunt proinde Libros huc necessarios, *Sacramentarium* , *Antiphonarium*, *initia et fines Evangelicarum, apostolicarum et propheticarum* lectionum, unacum Catalogo Mediolanensium Eporum. Sine multo rituum apparatu Sacra primis illis temporibus fiebant, nec rata fixaque erat eorum dispositio, nec uniformis. Paulatim ad certam quandam Liturgiae formam sese composuerunt Ecclesiae ; quae forma in Ecclesia occidentali non una fuit: alia quippe Romanis, alia Gallis, alia Hispanis, Afris alia competeat, tametsi praecipua Liturgiae capita ubique concordabant. Sua etiam fuit superestque etiam nunc Ecclesiae Mediolanensi forma Sacrificii ab aliis diversa, cui id privilegium concessum est, ut caeteris ferme abrogatis et ad Romanam redactis, sola retenta sit cum Romana apud Occidentales. Nec dubium, quin hoc tributum fuerit Ambrosio, quem hujus ritus auctorem Majores nostri semper habuerunt, ob idque ab auctore Aobrosianum ordinera appellarunt.

est quod una tecum et cum caeteris Ambrosianis lectissimam sancti Spiritus festivitatem celebravimus, et adhuc solemnizant mentes nostrae ex memoria dulcedinis vestrae; multum enim humane et honeste tractati sumus a vobis. Hinc etiam eodem anno misimus vobis suavissimam Expositionem Ambrosii, specialis vestri Doctoris in partem gratiarum actionis. Nunc autem et quam intime salutantes dilectionem vestram impense rogamus, ut transscribi nobis faciatis Sacramentarium ejusdem sancti Ambrosii, cura Antiphonario ejus, nobisque sine dubio redempturis pretium scriptori transmittendum designetis. Hoc vero gratuitum caritatis tuae munusculum esse volumus, ut nobis initia et fines evangelicarum et apostolicarum lectionum secundum morem vestrae Ecclesiae ad Missas legendarum, in breviario comprehendas, insuper et Catalogum, quem mihi Paulo promisisti, Mediolanensium Eporum subjungas. Praeterea primum susceptorem nostrum, abbatem de sancto Dionysio, deinde abbatem de sancto Victore, clerum quoque sancti Nazarii, et venerabilem Ambrosium presbyterum, benefactores nostros ex parte nostra salutare te deprecamur.

Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis, Amen

## II. Eorundem Epistola venerabili laude plena ad Anselmum missa.

Anselmo, stellae praelucidae in firmamento Mediolanensis Ecclesiae divinitus positae, Paulus et Gebhardus desideratores luminis ejus, nobilem claritatem in splendoribus Sanctorum. Quoniam princeps in divinis laudationibus apud Latinos praefulsisse cognoscitur mellifluus doctor Ambrosius, idcirco ne ingrati simus tam sanctis primordiis, habere delectamur notitiam tantae auctoritatis. Hoc dicimus, quoniam probitatem tuam admirari comperimus, cur nos, qui habemus Ordinem Romanum, simul habere gestiamus Ambrosianum. Fuit olim tanta Mediolanensis Ecclesiae gratia et excellentia, ut Aurelio et Augustino, caeterisque Africanis Praesulibus non sufficeret, in dubiis rebus Romanum consulere Pontificem, nisi pariter consulerent et Mediolanensem. \*) Desine ergo admirari imitatrices sanctorum Patrum inquisitiones nostras, et adhibe oportunas opitulationes tuas, ut ordo Ambrosii, dulcissimi sancti Spiritus organi, quem di-

\*) Hoc spectat ad concilium III. Carthaginense, cujus Patres consultationem direxerunt ad Siricium Papam et ad Simplicianum Mediolani Pontificem.

scipulus ejus, doctor eximius Augustinus traduxi in Africam, nobis transferatur in Germaniam, ad excitandam et dilatandam boni odoris fragrantiam. Nam et nos parati sumus ejus cunctorumque fratrum tuorum voluntatibus satisfacere, sicubi forte nos aliquid Ambrosiani operis, quod vos non habetis, contigerit invenire; sicuti Veronae positi fecimus, quando Expositionem quintidecimi psalmi, in qua de morte Gratiani imperatoris agitur, domno Martino, ejusdem beati Ambrosii thesaurario transmisimus. De caetero optamus, ut cum beatissimi Ambrosii praesidio nunquam tibi desit sanctissimae Dei genitricis Mariae, ejusque proximae Teclae veneranda intercessio.

### III. Eorundem Epistola ad Martinum pro Sacramentarii missione, unacum Antiphonario.

Martino, fidelissimo custodi paucorum bonorum beatissimi Ambrosii, Paulus et Gebehardus humiles amici ejus super multa constituti in introitu gaudii Dominici. Magnas referimus gratias benivolentiae tuae, Pater amantissime, quoniam caritatis nostrae notitiam non solum dignatus es in gremio tuo confovere, sed etiam principalis Cleri piis manibus et oculis curasti exhibere. Quod autem ambiguitatem removeri postulas ab appellatione Sacramentarii, nos nullum appellamus Sacramentarium, nisi Librum Missalium orationum absque lectionibus evangelicis, apostolicis et prophetis, quarum fines et principia secundum Ambrosianam exceptionem petentibus nobis annotare pollicitus es. Nam illum titulum, quem tu ita ponis, Incipit Liber Sacramentorum, nos non habemus, quippe qui non unum tantum, sed et sex Ambrosianos Libros de Sacramentis lectitare solamus. Verum quod interrogas, utrum Antiphonarium cum notulis vel sine notulis habere velimus, nihil Ambrosianae integritatis deesse nobis volumus, quoniam ipsa species operum, et usum eorum nescientes oblectat, Mitte ergo nobis Antiphonarium cum notulis et Sacramentarium cum solis orationibus et praefationibus Ambrosianis. Nam gestis Sanctorum, quae Missarum celebrationibus apud vos interponi solent non indigemus, quoniam his abundamus. Dicenda etiam de pretio, quod mandasti, vel de gratiarum actione, quam meruisti, litterarum injunximus portitori. De caetero optamus, ut post thesauros beatissimi Ambrosii, cum eodem possidere merearis inenarrabiles divitias Christi.

## IV. Eorundem invectiva pro Rege Conrado, ad Martinum Sacerdotem.

Martino fidelissimo custodi thesaurorum sancti Ambrosii, Paulus et Gebehardus intimi dilectores ejus, Ambrosianis intercessionibus redintegrare (cupientes,) quidquid corruptum est perfidorum contagione. Quod Agareni nostri tam diu illudere potuerunt nobilissimae Mediolanensium Ecclesiae, scias nos vehementer admiratos graviter doluisse, magnoque stupore defixos scribendi ad te consuetudinem intermisisse. Nunc vero quia beati Ambrosii meritis cessisse feruntur Ismahelitae, et ingenuae retractationis lumen dicitur refulsisse, libet iterum scribere caritati tuae, hortantes te deinceps Ambrosiano exemplo declinare Eugenium et amplecti Theodosium; nobis quoque, sicut saepius postulatum et laudatum est, duplicem Ambrosianae auctoritatis Antiphonarium, Diurnum videlicet et Nocturnum sine mora transmittere comparandum a praesentium latore, exceptis orationibus, quas jam misisti, et hymnis, quorum non minor copia nobis est, quam tibi. Nostrum erit, cogitare, ut ingratitude non accusemur neque ex tua benevolentia, neque ex nostra conscientia. De caetero Dominus custodiat te ab omni malo, custodiat animam tuam Dominus, beati Ambrosii patrocinii super te vigilantibus.

## V. Relatio Martini Sacerdotis, thesaurorum S. Ambrosii custodis ad carissimos fratres et amicos Paulum et Gebehardum.

Gebehardo et Paulo, venerabilibus fratribus et amicis, Martinus thesaurorum beati Ambrosii custos, in agone fidei persistere et a vestigiis beati Petri non deviare. Quod de vestris Agarenis, qui proselyti seu vana vallis esse probantur, intimandum transscribendo invective procurastis, nunc a nobis rescribendo rem et rei causam suscipiatis. In deserto enim populus rebellis et incredulus ex Aaron digitis vitulum conflatilem ex igne et auro ad suam superstitionem sibi conflavit; ipsius tamen Aaron et Hur conscientia totiusque stirpis Leviticae sana interius existente, conscientia intemerata et impolluta permansit. Insulsi quippe populi voce non minus acclamante: Hii sunt dii tui Israel, qui eduxerunt te de terra Aegypti et de domo servitutis. Eadem vero ratione Siccimitae contra Joathan filium Hierobaal legitimum, Abimelech filium ejusdem Gedeonis, aliqua tamen sibi materna consanguinitate conjunctum sine aliquo respectu Dei sibi dominum constituerunt, interfectis septuaginta filiis Hierobaal super lapidera unum etc.



Quod autem de Eugenio et Theodosio intulistis, verbis Cusai Arachitae ad Absalon de fuga David requirente vobis respondere non pigebit. Dicebat ergo Absalon Cusai: Estne gratia David patris mei amici tui, ut sine te vellet abscedere? Cui respondit Cusai: Ave Rex, Ave Rex. Et adjecit: Illius ero, quem Dominus elegerit. Illud vero, quod de Ismahelitis interpolare voluistis, qui obedientes sibi et non Deo interpretantur, adhuc grana cum paleis in area dominica versantur, quae ventilabrio examinis dominici discernentur. Hinc rursus Paulus ad Thessalonicenses scribit: Qui tenet, nunc teneat, donec de medio fiat. Item Ambrosius in libro Sermonum Cap. XI. Qui navem Petri non ascendit, diluvio inundante peribit. Hanc Dominus noster ascendit, quando Evangelium mundo nuntiavit, et in illa, quam Dominus Petro tradidit, Deo adjuvante nostra fides inconvulsa permanebit. Unde idem Ambrosius quibusdam dicit in Libro I. Poenitentiae Cap. VI. Non habent haereditatem Petri, qui Petri fidem non habent, quam impia divisione discerpunt. Multum enim ille, qui videbatur auster esse, et qui leniter flare debuerat, hanc Christi navem turbavit. Sed ut illa omittamus, ad caetera, quae nobis mandastis, quantumcunque valuimus, fideliter sicut decet explevimus. Pretium etenim Libri est solidi 45. et vix pro tanto habere potuimus. Sed ibi poteris invenire omne officium, et cantus illi, qui sunt absque notulis et abbreviati sunt omnes cum notula in antea. Sciatis namque nos in litteris vestris et in memoria vestri valde jocundatos esse; et quia in tanto amore habetis doctrinam beati Patris nostri Ambrosii, quam plures gratias Deo et vobis cum elero nostrae Civitatis indifferenter referimus. Valet, amen.

**Num. CL. 1025. 4. Maii. Ex Originali:**

Diploma Regis Conradi II. super duas terras intra et extra Civitatem Ratisbon.  
In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Chuonradus divina favente clementia Rex. Si christianae religionis et angelicae conversationis amatores nostrae liberalitatis beneficio quo securius Deo ser-

vire possint, consolari studuerimus, etc. concordat verbotenus cum diplomate Imp. Henrici supra ad Num. 146. allato.

*Signum Domni Chuonradi regis invictissimi. (Monogramma)*

Uodalricus Cancellarius vice Aribonis Archicapellani recognovi.

Data IIII. Nonas Maii, Indictione *VIII.* anno dominicae Incarnationis 1025. anno autem

Domni Chuonradi secundi regis regni I. Actum est Berehardeshuson.

*Cum sigillo majestat. illaeso.*

**Num. CLI. 1025. 10 Maii. Ex Originali:**

Rex Conradus confirmat Monasterio inferiori Ratisbonae omnia bona ac privilegia, verbotenus iuxta tenorem privilegii a Rege Henrico II. eidem Monasterio a. 1002. die 20

Nov. concessi. Vid. supra Num. 127.

Datum Babenberc VI. Idus Maii, anno dominicae Incarnationis 1026 anno autem Domni Counradi secundi regis regni primo.

*Cum Sigillo majestat. integro.*

**Num. CLII. 1026. 14. Febr.**

Rex Conradus confirmat Coenobio Seon aream Ratisbonae sitam.

*Ex Mon. boic. II. 127.*

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Chuonradus divina favente clementia Rex. Noverit omnium Christi nostrorumque fidelium universitas, qualiter nos ob interventum ac petitionem dilectae conjugis nostrae, Gisilae videlicet Reginae, et Aribonis Moguntinae Sedis venerabilis Archiepi quandam aream in latitudine VI. perticas, in longitudine XII. habentem, cum omnibus ad eandem pertinentibus aedificiis, viis et inviis, exitibus et redivis, quaesitis et inquirendis, seu cum omni utilitate, quae ullo modo inde provenire poterit, sitam in loco Ratisbonensi, in pago Duonichgouui, in Comitatu Ruotberti, ab Antecessore nostro Henrico Romanorum Imperatore Augusto Monasterio Seon dicto in honore sancti Landperti constructo traditam, Gaminolfo praefati Monasterii provisorii.

confirmamus atque corroboramus, eo scilicet tenore, ut praedictus Gaminolfus sui-  
 que successores liberam dehinc habeant potestatem, commutandi, tradendi, vel quicquid sibi  
 placuerit inde faciendi, ad usum tantum ejusdem Ecclesiae. Et ut haec nostrae  
 confirmationis auctoritas stabilis et inconvulsa omni permaneat aevo, hanc chartam inde  
 conscriptam manu propria roborantes Sigilli nostri impressione jussimus insigniri.

*Signum Domni Chuonradi Regis invictissimi. (Monogramma!)*

Oudalricus Cancellarius ad vicem Aribonis Archicapellani recognovi.

Data XVI. Kal. Martii, indictione VIII. anno domini incarnati 1026. anno autem Domni  
 Chounradi secundi regni secundo. Actum Augustae.

### **Num. CLIII. 1028**

Traditio praedii in Simaningen facta sub Epo Gebehardo II. Monasterio sancti  
 Emmerami.

*Pez I. c. 108*

Notum esse cupimus omnibus Christi fidelibus tam futuris, quam praesentibus, qualiter  
 vir quidam nobilis, nomine Gotscalc, unacum uxore sua Halika praedium situm in  
 finibus orientalis regni in loco Simaningen vocato contradidit manu potestativa et  
 absque omni contradictione ad altare sancti Emmerami martyris Ratisponae, ea scilicet  
 conditione, quatenus filiis suis duobus Adalberto et Rutperto ibidem Deo et sancto  
 Emmeramo servientibus praebenda daretur; quod et factum est, Facla sunt haec anno  
 dominicae Incarnationis 1028. regnante Heinrico imperatore, filio Chuonradi, Episcopo  
 Ratisponensi Gebehardo II. abbate Richolfo, advocato ejusdem diocesis Timone de  
 Formbach, qui haec praesentes audierunt et viderunt. Testes sunt isti Nobiles: Ruotperht  
 Ratisponensis Comes cum filiis suis duobus Heinrico et Babone, Puolo de Cheminaten,  
 Ruotperht et frater ejus Adalbero de Gekkelenbach, Diemo de Trogenhoven. Ex  
 servientibus autem ejusdem S. martyris Rihperht de Hasinnaker, Haizo de Tanne,  
 Rihher de Tunzelingin, Arnolt de Innigin, Gotscalc de Ensdorf, Friderih de Pettindorf.

**Num. CLIV. 1029. 30. April. Ex Originali:**

Imperator Conradus confirmat monasterio superiori curtem Salach.

In nomine sancte et individue Trinitatis, Chuonradus divina favente clementia Romanorum imperator Augustus. Si erga domus dei fidelesque Xpi ministros largitate alicujus doni benivoli extiterimus, nos inde beari imperiique nostri statui id proficere confidimus. Proinde omnium Xpi, presencium fidelium scilicet ac futurorum noverit industria, qualiter nos divini amoris instinctu pro remedio anime nostre, nostreque dilecte conjugis Gisile imperatricis Auguste, amantissimeque prolis nostre Heinrici regis, pro imperii nostri eciam statu, ob remuneracionem quoque et spem accepte fraternitatis triumque prebendarum ejusdem mensure et qualitatis, qualem ille Sorores solent accipere, tam nobis, quam predictae contectali nostre sobolique communi in sanctissima congregacione sanctae Marie Virginis Xpi usque ad terminum hujus mortalis vite acceptarum assidueque orationis earundem ancillarum dei tam pro nobis, quam eciam antecessoribus ac parentibus, pro liberanda quoque a justissima ira eterni judicis omnibus, quorum res ejusdem Ecclesie hactenus direpte et inde sunt alienate, quandam nostri juris Curtem Salaht dictam, in Comitatu Ruotperti, in pago Tuonocgowesitam ad monasterium Oberenmunstiuri dictum, in Ratisponensi Metropoli in honore Xpi genitricis constructum, cui venerabilis dei oratrix et abbatissa Wichburch rationabiliter preesse videtur, ad usum perpetuum ejusdem famule dei ac stipendia sanctimonialium inibi Deo sub regula sancti Benedicti famulantium concessimus atque tradidimus; quam videlicet Gurtem cum suis appendiciis constat ex antiquis temporibus ad idem monasterium pertinuisse, et ab antecessore nostro dive memorie domino Heinrico secundo imperatore denuo precepto suo imperiali eidem concessam, sed oblito timore Dei suggestione quorundam hominum a regibus vel ducibus in beneficium diu retentam. Nos autem divine remuneracionis intuitu Curtem predictam Salaht cum omnibus suis pertinentiis seu appendiciis, villis, vicis, areis, edificiis, ministerialibus utriusque sexus, agris, terris, cultis et incultis, pratis, pascuis, campis, silvis, venationibus, aquis, aquarum decursibus, piscationibus, molendinis, viis et inviis, exitibus et reditibus, censibus, vectigalibus, quesitis et innquirendis, cum omnibus, que ullo modo dici aut nominari possunt, utilitatibus per hanc nostram imperialem Kartam, prefato monasterio tradendo confirma-

vimus ae corroboravimus, et de nostro jure atque domimo in illius jus ac dominium omnino transfundimus, ea videlicet ratione, ut domina abbatissa Wichburch, que nunc prefato monasterio preesse videtur, eique succedentes abbatisse de eadem proprietate ad usum monasterii et Sanctimonialium ibidem Deo servientium cunctis temporibus deinceps liberam habeant potestatem, quicquid eis placuerit faciendi, omnium hominum contradictione vel inquietudine remota. Et ut hec nostre traditionis seu confirmationis auctoritas stabilis et inconvulsa omni perseveret evo, hoc preceptum ideo conscriptum manuque propria subtus roboratum Sigilli nostri impressione jussimus insigniri, baculo quoque nostro eidem monasterio imperialis nostre concessionis investituram contulimus, baculum quoque ipsum (i.e. Sceptrum) in testimonium perpetuum ibidem reliquimus.

*Signum domni Chuonradi invictissimi Romanorum Imperatoris Augusti,  
(Monogramma.)*

Uodalricus Cancellarius vice Aribonis Archicapellani recognovi.

Data II. Kal. Maii, Indictione XII. anno dominice incarnationis 1029. anno autem domni Chuonradi secundi regnantis V. imperii vero III. Actum Regenesburch feliciter, Amen.  
*Cum Sigillo majestat. illaeso.*

#### **Num. CLV. Circa annun 1035:**

Traditio decimae in Erling facta ad sanctum Emmeramum ab Epo Gebehardo II.

*Pez I. c. 121.*

Agnoscant omnes fideles, quia Gebehardus Epus Ratisponensis pro remedio animae suae ad sanctum Emmeramum dedit decimam in vico Erlingin dicto ea ratione, ut in anniversario ejus singulis annis exinde et elemosyna Christi pauperibus, et fratribus charitas ageretur. Testes: Friderih, Pernolt, Chadalhoh, Wuzo, Mahtuni.

**Num. CLVI. 1056. 12. Februarii:**

Imperator Conradus pro remedie animae suae ob interventum et petitionem Heinrici Regis, filii sui, Epi Egilberti, et abbatis Prülensis nomine Reimperti Monasterio Prül donat omnem illum agellum huic Monasterio contiguum in villa et erga villam, quae olim *Genstall* dicebatur, videlicet infra confinia trium viarum, quarum una de *Ratispona* ducit ad austrum contra vineas in *Isning*, altera de eadem civitate ducit ad austrum et occidentem in sublimem montem *usque ad veteres tumulos*, tertia de eisdem tumulis contra orientem ducit ad praefatas vineas; omnem illum agellum inter praescriptas vias positum iurique imperiali pertinentem in pago Tunckau, in Comitatu Ottonis, exceptis triginta iugeribus, cum omnibus appenditiis eius et utilitatibus in ius et dominium praefati Monasterii transfundit ea ratione, ut siguis Ratisponensis Epus, quod absit, idem Monasterium destruere vel monachicam vitam inibi violare praesumpserit, praescriptus agellus ad Regales redeat manus.

*Signum domni Counradi Rom. Imperatoris invictissimi (Monogramma.)*

Burchardus Cancellarius vice Bardonis Archicapellani recognovit.

Data II. Idus Februarii anno incarnationis dominicae 1036. indictione IV. anno vero Domni Counradi secundi regnantis XII. imperantis autem nono.

*Ex Mon.Boic. XV. 160*

**Num CLVII. 1037. 17. Augusti.**

*Gebehardus III.* Episcopus Ratisbonensis justis petitionibus votisque piis matris suae Adelheidis annuens, in Ecclesia prius parochiali in villa *Oringouue* (Oehringen), - quam Episcopus et mater ipsius jure propinquitatis a piae memoriae Sigefrido, Eberhardo ac Hermanno Comitibus de Hohenlohe cum aliis eorum possessionibus haereditarunt, - Congregationem Canoniorum seu Collegiatam instituit, et ad subsidia eorum quatuor villas cum aliis praediis, decimis ac redditibus destinat, Burchardum Comitem de Kamburc advocatum eorum designat, qui si invasor Collegiatae esse coeperit, ab Episcopo Ratisbonensi dignitate et munere advocati privandus, et alius, qui dignus sit, Canonicis eligentibus ab eodem Episcopo praeficiendos est. Demum Ecclesiam hanc Collegiatam cum omnibus ad eam pertinentibus ad altare S. Petri apostoli (ad Sedem Eplem) Ratisbonae in proprium tradit ea conditione, quatenus *Episcopus* locum ipsum cum omnibus rebus suis ab omni infestatione defendat, et

res ejusdem Ecclesiae ad nullos alios usus, nisi ad utilitatem Domino ibidem servientium pervenire permittat, nec ipse sibi quicquam juris aut servitii exigat, aut alicui in beneficium tribuat, excepto, quod Praepositum a saniore parte ipsius. Congregationis electum investire ei liceat.

Ut autem hec rata et inconvulsa permaneant, presentem Kartam scribi, et Sigilli nostri impressione insigniri curavimus. Data Wirziburo XVI. Kalendas Septembris, Anno dominice Incarnationis MXXXVII. Indictione V. Anno vero Imperii domini Cuonradi Imperatoris XII. qui et filii ejus Heinrichi, ex quo Rex factus est, XII.<sup>mus</sup> est.

*Sigillum intus impressum repraesentat Epum in faldistorio sedentem, dextra pedum et sinistra librum tenentem cum scriptione circulari: Gra Dei Gebehardus Ratisponensis Eps.*

*Hanselmanni Hist. Hohenloic. I. 364. item post pag. 580. ubi hoc diploma sub litt. A. elegantissime sculptum extat.*

**Num. CLVIII. 1040. 20. Jan. Ex Originali.**

Rex Henricus donat Ecclesiae Babenbergensi ancillam Sigelam natam Ratisbonae, incolam vero villae Eringen.

In nomine sce et individue Trinitatis, Henricus divina favente clementia rex. Omnium Xpi nrique fidelium, presentium scilicet ac futurorum noverit universitas, qualiter nos quandam nri juris ancillam nomine Sigelam de Radispona oriundam Ruozonis filiam, ville, que dicitur Eringen, incolam cum filiis suis totaque posteritate eorundem venerabili viro Eberhardo Babenbergensis Ecclesie Epo per hoc regale preceptum in proprium tradidimus, eo nimirum tenore, ut prenominatus Epus de eisdem mancipiis liberam deinceps habeat potestatem tenendi, tradendi vel quicquid sibi placuerit inde faciendi. Et ut hec nre traditionis auctoritas per cuncta temporum curricula stabilis et inconvulsa permaneat, hanc cartam inde conscriptam manaque propria roborantes Sigillo nro jussimus insigniri.

*Signum Domni Heinrichi tertii Regis invictissimi. (Monogramma.)*

Theodericus Cancellarius vice Bardonis Archicapellani recognovit.

Data XIII. Kal. Febr. Indict. VIII. Annd dominice incarnat. Millesimo XL<sup>mo</sup>, Anno autem domini Heinrici tercii regu. XII. Actum Auguste feliciter amen.

*Cum sigillo majestat.*

**Num. CLIX. 1040. 29. Jul. Ex Originali:**

Rex Henricus III. cuidam Heziloni donat bonum in Pullenreut.

In nomine sancte et individue Trinitatis, Henricus divina favente clementia Rex. Noverint omnes Xpi, nostrique fideles tam futuri, quam presentes, qualiter nos ob interventum nostre Sororis dilectissime Gunthildis, nec non ob petitionem dilecti ac fidelis nostri Anselmi cuidam Heziloni tale bonum et tale predium, quale situm est in loco, qui dicitur Pillungesriut, in pago Nortgouue, in Comitatu Ottonis Comitis, et in Marca, que vocatur Nabburg, cum omnibus pertinentiis, id est areis, aedinciis, terris cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, silvis, venationibus, aquis aquarumque decursibus, molis, molendinis, piscationibus, exitibus et redditibus, viis et inviis, quaesitis et inquirendis, et cum omni jure ac utilitate, que ullo modo poterit inde provenire, in perpetuum dedimus, atque tradidimus, ea videlicet ratione, ut predictus Hecilo de prenominateo predio liberam deinceps potestatem habeat tenendi, dandi, vendendi, commutandi, precariandi, posteris relinquendi, vel quicquid sibimet placuerit faciendi. Et ut hec nostra regalis traditio stabilis et inconvulsa omni succedentis temporis permaneat evo, hanc cartam inde conscriptam manu propria corroborantes Sigilli nostri impressione jussimus insigniri. Data IV. Kal. Augusti, anno dominice incarnat. 1040. Indict. VIII. anno domni Heinrici tertii regn. XII. Actum Radespone. *Sigillum intus impressum, illaesum extat.*

**Num. CLX. Circa annum 1048. Ex Diplomatario coaevo:**

Traditio praedii Langenpreising ad Parthenonem Obermünster.

Presentibus et futuris notum fieri cupimus, quod quedam nobilis matrona, nomine Berhta tale predium, quale ad Prisinga po-



testative habebat in agris, in basilica, in decimacione, quesitis et inquirendis, cum manu filii sui Werinharii sancte Marie ad superius Monasterium et Sanctimonialibus inibi Deo servientibus in proprium usum tradidit, ea ratione, quod praescripti Werinharii filia, et sororis ejus filia Berhta, si in jam dicto Monasterio regulari vite succedere voluissent, monachili uterentur annona; si autem ad regulare propositum pervenire voluntas non esset, pro sue ac mariti illius Sigehardi anime remedio sic dictum ut datum persisteret. Hujus rei testes sunt: Pabo, Magonus, Archo, Werenhardus, Megenhalm, Rafold, Herrant, Engilperhtus, Hitto, Gotpolt, Outo, Erempreht, Heinrich, Reginolt.

**Num. CLXI, 1052. 14. Julii. Ex Originali:**

Confirmatio Regis Henrici III. super duas terras in et extra Ratisponam, et super caeteras Monasterii superioris possessiones.

In nomine sancte et Individue Trinitatis, Heinricus divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus. Si xpiane religionis et angelice conversationis amatores nostre liberalitatis beneficio, quo securius Deo servire possint, consolari studuerimus, et eternorum premiorum unacum illis nos participes fieri spe certa confidimus. Proinde omnibus Xpi nostrique fidelibus innotescat, qualiter ob interventum ac petitionem Agnetis, nostri thori ac regni scilicet consortis imperatricis auguste, cuidam Ecclesie in honorem sancte Dei genitricis semperque Virginis Marie infra Ratisponensem civitatem constructe, que vulgo Obrenmunsture dicitur, ubi venerabilis abbatissa Willa virginibus sub regula monachica Deo servientibus preesse videtur, quandam terram extra meridianum murum Civitatis, et infra plateam, que a parte orientali tendit per portam Civitatis, que nominatur sancti Hemmerami porta, monasterio proxime adiacentem, in longitudine habentem perticas XX. et in latitudine VIII. aliam vero intra Civitatem extra antiquum murum et infra plateam jacentem, qui murus et que platea a porta predicta tendunt ad Ecclesiam, que vulgariter Ahachiricha dicitur juxta atrium prelibati monasterii in longitudine similiter perticas XX. habentem et in latitudine X. ceteraque infra et extra Civitatem, nec non et omnia ab antecessoribus nostris regibus vel imperatoribus ad idem monasterium in proprium tradita atque confirmata in Comitatu Henrici Comitis, eadem nos monastrio prefato cum nostra imperiali auctoritate corro-

boramus atque confirmamus, ea videlicet ratione, ut predicta abbatissa Willa et omnes, que sibi in loco eodem ordine et dignitate succedunt, liberam exinde potestatem habeant, quicquid eis libuerit, faciendi ad utilitatem prenominati monasterii ac Sororum ibidem monastice conversantium. Et ut hec nostra imperialis confirmatio stabilis et inconvulsa omni permaneat evo, hanc cartam inde conscriptam manuque propria, ut subtus videtur, corroborantes, Sigilli nostri impressione jussimus insigniri.

*Signum domni Heinrici tercii Regis invictissimi, secundi Romanorum Imperatoris Augusti (Monogramma.)*

Winitherius Cancellarius vice Liutpoldi Archicancellarii et Archiepi recognovi.

Data II. Idus Julii, anno dominice incarnationis 1052. indictione V. anno autem domni Heinrici III. Regis et II<sup>di</sup> Imperatoris, ordinationis ejus XXIII. regni vero XIII. imperii VI<sup>to</sup>. Actum in nomine Domini Ratispone feliciter, amen.

*Cum Sigillo majestat. integro.*

**Num. CLXII. 1054. 12. April Ex Originali.**

Rex Henricus III. donat cuidam Bertholdo servienti sibi Villam Rotenbach ad Naabam. In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Henricus tertius divina favente clementia Roman. Imperator Augustus. Constat, et apud deum esse justum, et apud homines utile et honorificum, regalem dignitatem non esse ingratham et immemorem fidelium servitorum. Quapropter omnibus Xpi fidelibus per omnia secula innotescere volumus, qualiter suadente Agnete dilectissima conjuge nostra, nec non Adalberone Babenbergensi Epo, Bertholdo servienti nostro Villam Roteinbach (ad Nabam) cum omnibus ad eam pertinentibus in pago Nortgouue, in Comitatu Heinrici sitam in proprium tradidimus, et omne jus, quod inde ad nostrum servitium pertinuit, cum utriusque sexus mancipiis, edificiis, areis, exitibus et redditibus, agris, quesitis et acquirendis, pratis, pascuis et cum omni utilitate de nostro jure sibi et suis heredibus possidendum, commutandum, precariandum, et quicquid iliis placuerit inde faciendum concessimus: hanc quoque car-

tam ad stabilitatem nostre regalis munificentie conscribi, propria manu confirmantes, et Sigilli nostri impressione insigniri iussimus.

Data II. Id. April. anno dominice Incarnat. 1054. Indict. VII. anno domni Heinrici tertii regni XXVII. imperii VIII. – Actum Moguntie feliciter amen.

*Cum Sigillo majestat. intus impresso.*

**Num. CLXIII. 1057. 16. Aug, Ex Originali:**

Rex Henricus IV. donat Collegiatam veteris Capellae Ratisbonae unacum omnibus eius pertinentiis Ecclesiae Babenbergensi.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Henricus divina favente clementia Rex. In Examine cuncta dei conspicientis aequale meritum quia esse credimus dantis et corroborantis, speramus etiam ad nostram perpetuam salutem pertinere, Ecclesiis dei quandoque injuriam passis sua restituere, et omnia eis adversantia cum omni festinatione abolere. Unde per interventum dilectissimae matris nostrae Agnetis imperatricis augustae et ob remedium animae patris nostri Heinrici secundi imperatoris felicitis memoriae, nostramque interminabilem per saecula felicitatem quandam Capellam, quam quidam nuncupant abbatiam, nos vero dicimus preposituram infra urbem Radesponam, in pago Duonecgouue, in Comitatu Heinrici Comitis sitam sanctae Babenbergensi Ecclesiae in honorem sancti Petri principis apostolorum, et sancti Georgii martiris consecratae cum omnibus appenditiis, scilicet exitibus et redditibus, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, molis, molendinis, silvis, venationibus, pascuis, pratis, terris cultis et incultis, decimis, villis, vicis, vineis, areis, utriusque sexus mancipiis, tributariis vel aliquibus utilitatibus, quae ullo modo aut nominari aut scribi possunt, benigno animo et liberali devotione reddimus, donamus et corroboramus ea videlicet conditione, quatinus supradictae sanctae Babenbergensi Ecclesiae venerabilis Episcopus Guntharius, sui que in perpetuum Sucoessores deinceps liberam inde habeant potestatem tenendi, possidendi, commutandi et quicquid ad statum vel utilitatem supradictae Ecclesiae pertineat, faciendi, omni omnium Contradictione remota. Hanc autem traditionem, si qua judiciaria potestas violare, vel in-

firmare astutia vel saeculari iudicio praesumptuose temptaverit, dampnati Judae supplicium luat, nullaque, dum vivat, adversitate careat, verum vitae hujus transitoriae resolutus exilio aeternae dampnationis inextinguibili deputetur incendio. Et ut hujus nostrae traditionis auctoritas stabilis et inconvulsa permaneat, hoc privilegium inde conscriptum propria manu corroborantes, Sigilli nostri impressione jussimus insigniri.

*Signum domini Heinrichi Quarti Regis. (Monogramma)*

Uuinitherius Cancellarius vice Liutpaldi Archicancellarii et Archiepiscopi recognovi.  
Data XVII. Kal. Sept. anno dominicae incarnat. 1057. Indict. X. anno autem domni Heinrichi quarti Regis ordin. III. regni I. Actum Triburiae in dei nomine feliciter amen.  
*Cum Sigillo intus impresso.*

**Num. CLXIV. 1061. 13. Febr. Ex Originali:**

Rex Henricus III. donat cuidam Otnaut servienti sibi partem sylvae ad Naabam. In nomine sancte et individue Trinitatis, Henricus divina favente clementia Rex Notum esse volumus omnibus Xpi, nostrique fidelibus tam futuris, quam presentibus, qualiter nos ob interventum dilectissime genetricis nostre Agnetis Imperatricis Auguste cuidam nostro servienti, Otnant dicto partem cujusdam silve infra hos terminos constitutam, videlicet ubi Surbana fluit in Crumbanaba, (jene ist die Heidnab, diese die Waldnab,) et sursum ubi oritur Crumbanaba, et ubi oritur Surbana, et inde, ubi oritur Trevina, ac deorsum Trevina, usque in illam Viam, que procedit de Egire, et per eandem Viam usque in Surbana, et deorsum Surbana usque in Crumbanaba, in Comitatu Heinrichi Comitis, in pago Nortgouue, et in Marchia Napurg sitam cum omnibus pertinentiis, id est areis, edificiis, terris cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, venationibus, aquis aquarumque decursibus, molis, molendinis, piscationibus, exitibus et reditibus, viis et inviis, extirpationibus, et cum utraque ripa predictorum fluminum, et cum omni debito, quod incole illius Marchie ad Napurg de toto predio ejusdem Otnandi in prefata Mar-

chia hactenus soliti erant persolvere, in proprium dedimus atque tradidimus, ea videlicet ratione, ut predictus Otnant liberam dehinc potestatem habeat tenendi, commutandi, extirpandi, et quicquid sibi inde placuerit faciendi. Et ut hec nostra regalis traditio stabiliis et inconvulsa omni permaneat evo, hanc cartam inde conscribi, manuque propria confirmantes et corroborantes, Sigilli nostri impressione jussimus insigniri. Data Idus Februarii anno incarnat. dni 1061. Indict.XIIII. anno autem ordinat. domni Heinrici IV<sup>ti</sup>. Regis VII. Regni vero V<sup>to</sup> Actum Ratispone feliciter amen.

*Sigillum intus impressum est.*

**Num. CLXV. 1062. 23. Augusti:**

Rex Henricus IV. confirmat Ecclesiae Salisburg. omnia bona, nominatim ea, quae in Civitate Ratisbon. et ejus vicinia possidet.

*Ex Kleinmaieri Juvavia, p. 254.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Henricus divina favente clementia Rex. Omnibus sancte Dei Ecclesie nostrisque fidelibus notum esse volumus, qualiter Gebehardus Archiepiscopus\*) nostram clemenciam humiliter adiit, rogans, quatenus pro remedio anime patris nostri Heinrici imperatoris, nostraque salute, omnia Ecclesie sue bona in nostrum mundiburdium reciperemus, ac more antecessorum nostrorum regum seu imperatorum precepto nro confirmaremus. Nos vero petitionem ejus justam cognoscentes, fidelium nostrorum consilio benignum assensum super hac re prebuimus, atque eadem bona, que vel ipse aut antecessores sui proprie infra suam parrochiam (Dioecesis) hactenus possederunt, aut quorum investituram habuerunt, cum omnibus pertinentiis, hoc est utriusque sexus familiis, areis, edificiis, terris cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, silvis, venacionibus, forestis, piscacionibus, aquis, aquarumque decursibus, monetis, theloneis, Ecclesiis, decimacionibus, molis, molendinis, exitibus et redditibus, quesitis et inquirendis, seu cum omni utilitate, que ullo modo inde provenire potest, in nram tuicionem recipimus, ac per hujus nri precepti paginam Ecclesie sue asscripsimus, annuimus atque corroboravimus; nominatim autem illa ejusdem Ecclesie

\*) Salisburgensis

sue bona, que in ceteris parrochiis sunt, queque maxime nre defensionis indigent, scilicet que in Bosan vel in orientali marchia, aut in Civitate Radisbona infra aut extra posita sunt, cum areis, edificiis, servis et anciliis, cum portu (Ueberfuhr), qui Wincirin dictus est, cum vineis juxta eundem portum in monte positis, et cum omnibus, que antecessores sui Thietmarus et Balduinus sub Gebehardo Epo, et sub ducibus Heinrico, Chuonone Radisbone habuerunt, et quorum dehinc investituram succedente Gebehardo Archiepo eadem Salzburgensis Ecclesia tenuit, firmiter in nrum mundiburdium assumpsimus, atque eidem Ecclie ejusque rectori Gebehardo, et omnibus suis successoribus in proprium dedimus, concessimus, atque in perpetuum confirmamus, ea videlicet racione, ut nulla persona ejusdem supradicte Ecclie bona invadere, diripere, aut ullo modo inquietare presumat. Et ut hec nra regalis tradicio et confirmacio stabilis et inconvulsa omni permaneat evo, hanc paginam inde conscribi, manu propria corroborantes, sigilli nri impressione jussimus insigniri.

Dat. X. Kalendas Septembris, anno dominice Incarnationis 1062. Indict. XV. Actum Niusse inDei nomine feliciter, Amen.

**Num. CLXVI. 1064. 4. Februarii. Ex diplomataro coeava.**

Restitutia et Confirmatio Praedii Otmaring ad Monasterium superius facta per Regem  
Henricum IV.

In nomine sancte et individue Trinitatis, Henricus divina favente clementia Rex. Notum esse volumus omnibus Xpi nostrique fidelibus tam futuris, quam presentibus, qualiter domna quedam Willa nuncupata, scilicet abbatissa de Ratisbonensi, superiori monasterio unacum omni sua sancta congregatione, universis quippe Sanctimonialibus clementiam nostram adiit interpellantes nos atque lacrimabiliter conquerentes, sue Ecclesie quoddam predium, Otmaringen dictum, ab antecessoribus nostris sibi olim cum manuscripto traditum injuste esse ereptum, simulque misericordiam nostram suppliciter implorantes, ut regia potestatis nostre auctoritate sibi illud restitueremus. Quarum supplicationibus nos commoti predictum predium Otmaringen, in pago Cuntzingouue, in Comitatu Brunonis Comitis situm cum omnibus appendiciis suis, hoc est ministerialibus, utriusque Sexus mancipiis, villis, theloneis, decimationibus, terris

cultis et incultis, areis, edificiis, agris, pratis, pascuis, campis silvis, venationibus, aquis aquarumque decursibus, rivis, piscationibus, molis, molendinis, viis et inviis, exitibus et redditibus, quesitis et inquirendis, et cum omni utilitate, que ullo modo inde provenire potest, ad predictum Ratisponense superius monasterium in honore Dei genitricis, perpetue Virginis constructum, cui presidet prenominata Willa venerabilis abbatissa, pro remedio anime patris nostri pie memoris Heinrici imperatoris augusti, nec non pro animabus predecessorum nostrorum, qui illud eidem Ecclesie, ut supra diximus, prius tradiderant, ac pro nostra et anime et corporis incolomitate reddidimus atque in proprium donavimus et confirmavimus, ea scilicet ratione, ut superius nuncupata abbatissa Willa, ceteraque sibi succedentes abbatisse de sepe dicto predio post mortem Reginhardi comitis qui illud in beneficium habuit, si non ante sponte sua dimitteret, liberam potestatem habeant tenendi, dandi, commutandi, precariandi, vel quidquid eis pro sue Ecclesie usu placuerit, idem faciendi, Et ut hec nostra regalis donatio sive confirmatio stabilis et inconvulsa omni permaneat evo, hanc cartam inde conscriptam manu propria corroborantes, Sigilli nostri impressione jussimus insigniri.

*Signum domni Heinrici quarti Regis. (Monogramma.)*

Fridericus Cancellarius vice Sigefridi Archicancellarii recognovi.

Data II. Nonas Februarii, anno dominice incarnationis 1064. Indictione II. anno autem ordinationis domni Heinrici quarti regis VIII. regni vero VII. Actum Auguste, in dei nomine feliciter amen.

#### **Num. CLXVII. Circa annum 1064.**

Otto Epus Ratisbon. filius Rudperti Praetoris Ratisbon. Civitatis ex 20. talentis in festo S. Emmerami dari solitis, et per Gebhardum III. suavia immediatum antecessorem exactis, Eberhardo abbati Emmeraniensi 10. talenta in perpetuum remittit.

*Pez I. c. 77*

In nomine Domini nostri Jesu Christi, Otto Dei gra Ratisponensis Epus. Agnitum esse volumus omnibus veritatis cultoribus, presentibus et futuris, maxime tamen Successoribus nostris, qualiter nos pro amore Dei ac nostra salute, et pro remedio anime antecesso-

ris nostri pie memorie Gebehardi relevare cupientes servitium, quod idem antecessor noster quotannis in festivitate sancti Emmerami ab abbate illius loci non cauta discretione sibi fecit 20. talentis persolvi, et hanc quantitatem nostris temporibus derivatam ex consuetudinaria lege quasi debitam reliquit, dimidiam eius partem, id est 10. talenta precibus Eberhardi abbatis donavimus, scilicet statuentes, ut quisque Successor noster aut natali die memorandi martyris Christi apud monasterium ipsius publicam missam celebrans solito more ibi prandeat, aut si natalitio interesse non possit, 10. talenta argenti pro commemoratione legitime stationis accipiat, sciens procul dubio, quia, si quid huic Summe salubri consilio a nobis diffinite adaugere temptaverit, maximam sibi iram in die ire thesaurizabit. Hujus rei testes sunt religiosi clerici: Peruart, Sigebrecht, Cumpo, Hartuic, Sigihart, Sigepolt, Cumpo, Odalrih. Testes sunt et hi populares Laici: Heinricus Comes, Pabo frater ejus, Udalrih de Peginza, Roh, Aribo, Adalhoh, Mahtin, Prun, Gotescalc.

**Num. CLXVIII. Circa annum 1065. Ex Diplomatorio coaevo.**

Traditio trium hobarum facta ad Parthenonem Obermünster.

Sciat ordo omnium in Xpo fidelium, quod quidam prefectus nomine Askwin, pariter cum uxore sua nomine Hiltaburg tres hobas nobilis viri in pago, qui nominatur Stoufa, sitas ad altare sancte Marie pro annona duarum filiarum suarum per manus dne abbatisse Wille, sui que advocati Hartuigi tradebat, ea ratione, ut si earum una vel ambe sponte sua monasterium relinquerent, predium tamen non reciperetur. Isti sunt testes per aures tracti: Altman, Pabo, item Pabo, Walah, Adalperht, Adalbero, Drusinc, Ekkihart, Oudalfrid, Ekkihart, Hagano, Rumold, Eppo, Marquart.

Deinde quidam ingenuus vir, nomine Eberhart hobam unam pro filia sua ad aram sancte Marie tradebat simili modo, ut prefectus faciebat, et qui sunt perfecti testes, ipsi et hujus, ipseque prefectus.



**Num. CLXIX. Circa annum 1066. Ex Diplomatario coaevo.**

Traditio praedii in Männching et hubae in Traubling ad Parthenonem Obermünster. Notum sit omnibus in Xpo fidelibus, qualiter vir quidam nomine Adalpertus pro remedio anime sue ad aram sancte Marie tale praedium tradidit, quale in villa Mantichinga ex concambio idem accepit, et unam hobam in Droubalinga ea ratione, ut curtiferum suum beneficiumque, quod eo die ex eodem Cenobio habuit, sibi sueque uxori Dietpurge, quatenus viverent, firmum maneret; et si de mancipiis in beneficio acceptis aliquid vita vel viribus defecisset, cum alio apto ei restitueretur, et pro annona subscripta sibi, sueque uxori post ejus obitum tradenda, scilicet ut quaecumque deposcerent diebus singulis de panibus, quibus Congregatio communiter vesceretur, duo sibi darentur et due carnes, quales ad annonam clericis dari solent, et tres emine cerevisie, quod dicitur Stecchal, et in diebus festis una emina vini et medonis, et si eis aliquid ex his defuisset sine suo consensu et non infra anni spatium restitueretur, ipsi praedium in potestatem reciperent, et cuicumque vellent tribuerent. Isti sunt testes: Maganus, Hartwig, Pabo, Roudperht, item Roudperht, Fritilo, Wolfrigel, Snelman, Razi, Peio, Adalfrit.

**Num. CLXX. Circa annum 1068. Ex Diplomataria coaevo.**

Traditio praedii Puelnhoven prope Lutzmanstein ad Parthenonem Obermünster. Notum sit omnibus scire volentibus, quod quidam vir nobilis, nomine Adalbero pro remedio anime sue, patrisque ac matris ac omnium propinquorum absque omnium hominum contradictione tradidit ad aram sancte Marie presente Sorore sua Touta, quicquid praedii habuit in loco, qui vocatur Puolenhoven, exceptis 10. hobis et 20. mancipiis. Isti sunt testes: Petto, Udalscalh, Adalpertus, Sigahart et uxor ejus Touta; filiique eorum ipsius praedio abrenuntiaverunt, presente abbatissa et advocato Otachero. Hujus rei testes sunt: Corperht, Purchart, Wichperht, Aribo, Altun.

**Num. CLXXI. Circa annum 1070.**

Otto Epus Rat. duo mancipia tradit ad Coenobium Weltenburgense.

*Ex Mon. Boic. XIII. 322.*

Notum sit omnibus presentibus ac futuris, quod Otto Epus Ratisponen. Ecclesie cum petitione Pernoldi abbatis de Weltenburg tradidit Riholmum et filiam ejus cum suis liberis ad altare sancti Georgii in Weltenburg in tempore advocati Grimoldi, ut singulis annis persolverent 5. nummos, et prefatus eos reciperet advocatus. Et hujus rei sunt testes: Tiemo de Wurzai, Gerloch de Orte, Grimolt de Umbilstorf, Aschrih et filius ejus de Wolfshusen, Chatili de Aumhoven et filius ejus Cunrat, Gumpolt de Grunselbach et frater ejus Aschrih, Wolfram de Staubing et frater ejus Richolf.

**Num. CLXXII. Circa annum 1071:**

Traditio praedii in Walda facta ad Monasterium S. Emmerami.

*Pez l. c. 131*

Omnibus sancte Ecclesie filiis, presentibus scilicet et futuris sit notum, quod Pretor urbis (Ratisponen.) Henricus pro remedio anime fratris sui Pabonis tradidit ad aram sancti Emmerami martyris Xpi absque ullius contradictione tale praedium, quale ipse Pabo, dum in hac vita fuit, in loco nuncupato Walda potestative habuit, cum edificiis, agris, pratis, pascuis, silvis, quatuor mancipiis, cunctisque utensilibus eo pacto, atque tenore, ut fratribus ibidem Deo sanctoque Patrono nostro Emmeramo servientibus super statutam annonam annuatim anniversaria depositionis ejus die Karitativa abinde amministrentur obsequia, nec non centeni pauperes Xpi benedictione recreentur elemosynaria. Hanc traditionem noster Episcopus, germanus Henrici Comitis Otto, et abbas Rutpertiis susceperunt, atque his testibus per aurem tractis firmaverunt, Friderich, Timo.

**Num. CLXXIII. Circa annum 1072**

Traditio duarum hobarum et 4. mancipiorum in Eskilinbach ad Coenobium S.  
Emmerami.

*Pez l. c. 126.*

Agnoscant omnes Xpi fideles, quia Praeses urbanus, (urbis Ratisbon.) Henricus nomine pro anima patris sui Rudperti tradidit ad altare sancti Emmerami hobas duas cum 4. mancipiis in loco, qui dicitur Eskiliapah, ea scilicet ratione, ut specialiter in usum vel oblationem Monachorum Deo sanctoque Emmeramo famulantium administrent. Et si ullus praepotens homo, Epus aut Abbas easdem hobas a praedicta fratrum oblatione subtraxerit, ipse Henricus aut ejus haeres proximus sibi in proprietatem recipiat, eo tamen pacto, ut idem Successor denario interim per singulos annos ad praedicti sancti Emmerami aram dato legitima confirmatione restituat. Hi sunt testes: Hecil, Adalhoh, Partho, Engilperht, Waltheri, Gozperht, Aribo, Rubo.

**Num. CLXXIV, 1073. 27. Octobr. Ex Originali:**

Rex Henricus IV. remittit monasterio superiori de annuo servitio 40 porcorum 10 porcos.\*)

In nomine sancte et individue Trinitatis, Henricus divina favente clementia rex. Ut dominus, qui administrat semen seminanti et panem ad manducandum prestabit, multiplicet Semen nostrum et augeat incrementa frugum justitiae nostrae, dignum duximus, pauperes Xpi ex donis ejus consolari et non angustiari. Commoniti itaque a fidelibus nostris, ne abbatissam sancte Marie de superiori Monasterio in Ratisbona sito gravaremus, de 40. porcis, quos violenter magis, quam juste aliquamdiu potestativa inquisitione exacti sumus, 10. remisimus, ob hoc presertim, quia eadem abbatissa, scilicet Willa, prenomatum monasterium omnibus modis excoluit atque ornavit, Sanctimonialia inibi degentes exemplo vite atque regule districtione instituit atque educavit. Notum ergo volumus esse cunctis regni no-

\*) Eodem die et anno remisit etiam monasterio inferiori de serviti 60 porcorum 20 porcos.

stri fidelibus tam futuris, quam presentibus, ne quis prefati monasterii abbatisse in exactione regalis servicii deinceps molestus existat, tantum si ipsa semel in anno presenti in Ratispona regi 30 porcos cum, omnibus suis appendiciis exsolvat, Interveniens itaque dilecta nostra regni thorique nostri consorte Berhta regina, faventibusque Sigefrido Mogontino, Annone Coloniensi, Liemaro Hammaburgensi Archiepiscopis, Adalberone Wirzeburgensi, Embrichone Augustensi, Herimanno Babenbergensi, Herimanno Metensi, Willihelmo Traiectensi, Epone Citicensi, Benone Osinabrugensi Episcopis, ducibus quoque Welfone, Ruodolfo, Godefrido, Berhtoldo et ceteris regni principibus, hanc cartam jussimus inde conscribi et propria manu confirmatam Sigilli nostri impressione, ut infra cernitur, signari.

*Signum Domni Heinrici regis quarti humillimi et invictissimi*

*(Monogramma.)*

Adalbero Cancellarius vice Sigefrudi Archicancellarii recognovi.

Data est VI. Kal. Nov. anno dominice incarnationis 1073. indictione XII. anno autem Ordinationis domni Heinrici regis quarti XVIII. regni vero XVIII. Actum Wirceburc in dei nomine feliciter.

*Cum Sigillo mafestat. illaeso.*

#### **Num. CLXXV. Circa annum 1074. Ex Diplomatario coaevo.**

Traditio mansi ad Parthenonem Obermünster.

Notum sit presentibus et futuris, qualiter homo quidam nobilis, nomine Hartuuig delegavit potenti manu et absque omnium contradictione ad altare sancte Marie mansam unam apud Geltolfingen sitam, cum area et cum omnibus ad eam pertinentibus pro remedio anime sue et anime uxoris sue Erminlinde, eo tamen stabili tenore, ut Sororibus Deo et sancte Marie famulantibus in Vigilia purificationis ejus plenum servitium, id est cum habundantia piscium et vini et Similae ex eadem hoba singulis annis tribuatur. Cujus rei testes sunt: Egilolf filius ipsius Hartuuici, Adalperht, Gotschalch, Werenhart, Adalperht, Sico, Becili, Aribo, Werinhart, Erminlind.

**Num. CLXXVI. Circa annum 1074. Ex Diplomatario coaevo.**

Traditio silvae prope Wolkering ad Monasterima superius.

Pateat cunctorum auribus fidelium, quod duo viri Wicker et Hawart propriis manibus in tantum silve, quantum juxta Waltkeringen habent, ad altare sancte Marie per manus advocati sui Hadamari presente venerabili abbatissa Willa tradebant, ea scilicet ratione, ut siquis eam deinceps eidem abstraheret, duplici pecunia restitueret, quantum advocatus comprobaret silvam retribuere.

Deinde vir quidam nomine Adalfrit, frater predicti Hawardi cujus tertia pars ejusdem silve fuerat, per manus supradicti advocati Hadamari ad aram sancte Marie tradidit, ea ratione, ut siquis conaretur auferre suum predium, quod in villa Waltkeringen haberet, pro ea redderet 5. talenta. Horum trium virorum testes hii sunt: Willihalm, Irimpreht, Irmfrit, Engilsalch, Salman, Wolfpolt, Imbricho, Karheri.

**Num. CLXXVII. 1075. 10. Sept.**

Concambium mancipiorum inter Frising. et Ratisbonensem Epos.

*Meichlbeck I. P. II. 516.*

Id est de familia Radasponensi Ruozila nupta famuli Frisingensis Mahtuni, Coco et duo filii ipsorum Wolfheri et Richart: de Frisingensi vero Liutpure uxor Uodalrici Ratisponensis famuli de Att...cum duobus etiam filiis eorum ... factum est hoc (concambium) per ambarum familiarum advocatos Fridericum et Eckehardum in praesentia amborum Episcoporum (Ottonis Ratispon. et Ellenhardi Frising.) Ratisponae anno dominicae incarnationis 1075. IIII. Idus Septembris, Feria V. Testes de familia Frisingensi Penno, Reginmar, Uogo, Zizo et frater ejus Sigihart, Lanzo, Ranvolt, Engilsalch. Ex altera parte Prun, Gotesalch, Ascrich, Adalperht et frater ejua Cuono.

**Num. CLXXVIII. 1089. 1. Febr. Ex Originali:**

Regis Henrici IV. Mundiburdium concessum Scotis Ratubonae ad consecratum S.  
Petrum degentibus.

In nomine sancte et individue Trinitatis, Henricus divina favente clementia tertius Romanorum Imperator Augustus. Omnibus Christi fidelibus tam futuris, quam presentibus notificamus, ac manenti memorie committimus, qualiter tempore Ottonis Ratisponens. civitatis Episcopi Scotigene quidam pro cruciando corpore, salvandaque anima patria sua exularant, ac diu orationum loca visitantes Ratisponam tandem venerant. Qui dum licentia predicti Episcopi, assensuque Domine Abbatisse Wille, que tum apud S. Mariam in Monasterio Superiori preerat, Ecclesiam in Wihen S. Petri vulgo dictam, ad idem superius Monasterium attitulatam, Ministerio orationis providendam susciperent, mox officinas claustris adiutorio bonorum edificant, monachicamque vitam inibi celebrant, et ab eleemosynis fidelium tantum ibi victitant. Tandem pro Dei misericordia concessum est eis aliquantulum justitie et utilitatis ad eandem Ecclesiam pertinentis. Deinde ad me Henricum Dei gratia tertium Romanorum Imperatorem veniunt, et mundiburdium defensionis mee expetunt: Ego vero petitionibus eorum facile acquiescens, in mundiburdium defensionis eos suscepi, et talem libertatem a predicto Episcopo Ottone, et ab Abbatissa Hazecha, que tum locum S. Marie in Superiori monasterio regebat, eis acquisivi, ut nulla persona major vel minor in eos, aut in bona eorum qualiacunque dominationem habeant, preter me, et successores meos Reges vel Imperatores; sed securi maneant, absque omni ejectione et perturbatione, orantes pro se, et pro salute totius Ecclesie; Locus tamen subjectus sit Superiori monasterio, cui adtitulatus est, ad defensionem potius, quam ad destructionem. Si quis autem huic testimonio libertatis contradixerit, seu eos monachos peregrinos in aliquo molestaverit, CCC. libras fisco meo persolvere constituo. Et ut hec auctoritas libertatis firma permaneat, hanc chartam inde conscribi, et sigilli mei impressione jussi insigniri.

*Signum Domni Henrici tertii Romanor. Imper. Augusti. (Monogramma.)*

Hermannus Cancellarius recognovi.

Data est Kalendas Februarii, anno dominice incarnationis 1089. Indictione XII. anno vero ordinationis dni Heinrici XXXVI. Imperii quidem anno V. Actum Ratispone in Dei nomine feliciter, Amen. Huius rei testes sunt: Albertus Maguntinen. Adelgostus Madaburgensis Archiepiscopi: Episcopi vero, videlicet Otto Babenbergen. Wadalricus Constantien. Comites quoque Hermannus de Saxonia, Gotfridus de Calven, Hermannus Marchio, Otto Episcopus Civitatis .Ratispone, Otto prefectus ejusdem Civitatis, Heinricus frater ejus, et aliquidam ex Civibus ejusdem Civitatis, videlicet Maho, Udalricus, Luotuuinus, Adalhardus, et frater ejus Anegast, Hezelinus et filius suus Ruotbertus, Balduuinus, Ecchardus, Wicelinus, Engilbertus Dietmarus, Engelschalcus, Otto Comes et Adelbertus Comes.

*Sigillum majestat. avulsum adjacet.*

### **Num. CLXXIX, Circa annum 1090**

Fundatio quotidianae Epi Ottonia memoriae ac missae hebdomodariae in Coenobio Prul.

*Ex Mon. boic. XV. 166.*

Notum sit omnibus in Xpo fidelibus, presentibus scilicet ac futuris, qualiter dive memorie Otto Ratisponen. Epus divini amoris instinctu pro remedio anime sue ob interventum et petitionem Gotschalci Capellani sui unum mansum, quem antea idem Gotschalch in beneficio habuit in villa Geisling, in pago Tunckau, in Comitatu Heinrici situm, cum omnibus ejus appendiciis, viis et inviis, cultis aut incultis, exitibus et redditibus, quesitis sive inquirendis, et omnibus, que quolibet modo scribi vel dici possunt, utilitatibus Reimperto Prülensi abbati fratribusque sancto Vito servientibus tradidit, ea videlicet ratione, ut iidem fratres sine intermissione pro eodem Epo vivo vel defuncto Dominum orent, scilicet ut quotidie ad singulos cursus oratio pro se dicatur et omni Septimana una missa pro ipso celebretur; quod bonum ne aliquis ex utilitate eorundem fratrum subtrahere audeat, ex auctoritate S. Salvatoris et S. Petri, in in cujus vice presidemus, statuimus, ut sit talis anathema in adventu Domini ... Et ut hec donationis auctoritas stabilis et inconvulsa permaneat, in manum advocati Chadelhoh tuendam tradidimus, et

preposito Heymoni commisimus coram testibus, milite nostro et servientibus nostris Geroldo, Cumpoldo, Gotfrido, Liupoldo, et filio regis Cunrado, et milite nostro Papone; insuper Sigillo nostro insigniri jussimus.

**Num. CLXXX. Circa annum 1098. Ex Diplomatario coaevo.**

Traditio praedii Distelhausen ad Parthenonem Obermünster.

Notum sit omnibus justiciam diligentibus , quod quidam nobilis vir nomine Gebehardus de Steine tradidit ad aram sancte Marie predium unum Distilhusen pro prebenda trium sororum suarum ea conditione, ut siquis Illud aut pro beneficio aut pro aliqua causa subtrahat , ut ipse Monasterii servicia illud subdat; et si earum una vel omnes monasterium relinquunt, ut predium tamen ad servitium Sororum permaneat. Hujus rei testes sunt per aures tracti: .Wirint de Ebermundesdorf, Marquart de Gumpoldeshoven, Heinrich de Vorheim, Uodalricus de Cubingen, Merebot de Timendorf, Fridericus de Gebenchoven, Uodalricus, Isinperht, Heleperht de Tigenen, Wiolf, Eberhart, Wernhere de Holzen.



## S E C T I O  I I.

*Complectens Monumenta Saeculi XII.***Num. CLXXXI. 1101 28. Februarii:**

Imperator Henricus IV. Monasterio Monseensi quaedam bona ablata restitui iubet.

*Ex Pezii Codice Epistolari I. 283*

In nomine sancte et individue Trinitatis, Heinricus divina favente clementia Romanorum imperator Augustus. Semper opus Regum et Imperatorum esse novimus divinarum testimonio scripturarum, eos omnibus injuriam patientibus justitiae consolationem exhibere, et loca Sanctorum, que ab impris opprimuntur, pietatis studio respicere et ea misericorditer de manibus eorum eripere, ut ibi Domino serviatur cum jucunditate. Quod opus ob desiderium eterne beatitudinis et nos amplectentes omnibus christiane fidei cultoribus tam futuris, quam presentibus notum fieri volumus, qualiter nos propter Dominum et anime nostre nostrorumque parentum remedium, et ob amorem et salutem Henrici Regis, dilecti filii nostri, et ob devotam petitionem Rudberti venerabilis abbatis ejusdem loci Cenobium Maninse constructum in honore sancti Michaelis Archangeli respeximus, et bona Ecclesie, que usui fratrum ibi Domino servientium diu subtracta fuerant, in presentia Archiepiscoporum, Episcoporum, Comitum et aliorum multorum nostrorum fidelium eidem loco juste restituimus et habere perpetuo cum pace concessimus. Hec sunt nominatim bona : Decima videlicet omnium exstirpatorum foresti Wiseleburch, quod erat in banno, et decima stagni ejusdem foresti, et quidquid foresti nondum exstirpatum est, in omni utilitate sua ; et Parochia ad Strazzwalchen, quam Epus Ratisponensis in nostra manu reddidit, et sylva Buobenwanch, et una hoba ad Tanperch. Ut antem hec nostre pietatis et justitiae concessio inviolabilis permaneat, hanc chartam inde con-

scribi fecimus, eamque manu propria corroboratam impressione nostri Sigilli insigniri jussimus.

*Signum Domini Heinrici quarti Romanorum Imperatoris invictissimi.  
(Monogramma.)*

Erlongus Cancellarius recognovit.

Data III. Kal. Martii anno dominice Incarnationis 1101. Indictione XII. regnante Henrico IV. Romanorum Imperatore Augusto anno LII. imperante autem XX. anno ordinationis Henrici Regis inclyti filii ejus VII. Actum est Ratispone in Christi nomine feliciter amen.

**Num. CLXXXII. 1107**

Hartuuicus I. Epus Rat ad Coenobium Maninse tradit Ecclias Wisilburg et Stainakirchen unacum novalibus de Ecclia Cella

*Ex Chronico Lunaelacensi p. 114.*

Ego Hartuuicus dei gra Ratisponensis Eccliae Epus. Omnibus Christi fidelibus tam futuris, quam praesentibus innotescere cupio, qualiter pro remedio animae meae successorumque meorum ad Coenobium S. Michaelis, quod dicitur Maninse, in usum fratrum ibidem Domino servientium rogatu religiosissimi Rudperti ejusdera loci abbatis, et Canoniorum Eccliae nrae, praesente Reverendissimo Pataviensis Eccliae Epo Udalrico tradiderim Ecclias Wisilburch, et Steinechirchin cum omnibus ad eas pertinentibus : insuper novalia ab Ecclia, quae dicitur Cella, usque ad Villam Urstorf, decimas quoque foresti culti et inculti, sive per omnia, quae eadem Ecclia in praesentiarum possidet vel postmodum possessura est, eidem loco perpetualiter habere sub anathemate confirmamus. Ut autem haec traditio de caetero firma permaneat, praesentem paginam conscribi et sigilli nri iinpressione insigniri jussimus, anno dominicae Incarnat. 1107. Indict XV. in Ecclia Sci Petri apostoli Ratisponae. H. r. t. sunt Palatinus Comes Engilpertus, Berloch de Orte, Sigihart de Durchilnburch ministri Eccliae S. Petri, Rudperrus Vice-dominus, Chahilo de Hunshoven, Arnolt de Punnenhoven, Adalbert Flenno.

**Num. CLXXXIII. Circa annum 1107. Ex Originali:**

Hartuuicus I. Epus Rat. appropriat decimas in Winkling ad Ecclesiam ibidem. Notum sit omnibus Xpi fidelibus tam futuris, quam presentibus, qualiter venerabilis Ratisponensis Ecclesie Epus Hartuuicus decimas apud Winchilingen (Winkling in praepositura Mitterfels) ad proprietatem cuiusdam nobilis viri, nomine Werinhari de Wiare pertinentes, nusquam antea determinatas a potestativa manu ejusdem Werinheri susceperit, et eas ad propriam prefati Werinheri Ecclesiam apud Winchilingen sitam in sacro et communi Capitulo determinaverit presentibus et approbantibus clericis, nec non laicis nobiles: Heinrico de Scoanburch (Schaumburch), Gerlohe de Orto, Werinhero de Wiare, Hugone de Sunebrehtesdorf, Chadolto de Wincere (infra Straubingam), Dietrico de Welch enberch, Witolone de Annendorf, Northero de Scalchesdorf, Regingozo de Anderbotesdorf, Isinrico de Pubendorf, Herrante de Sirnich.

*Cum Sigillo Epi Hartuuici I. intus impresso*

**Num. CLXXXIV. 1111. 26. Maii:**

Mundiburdium imperiale datum Monasterio S. Jacobi Scotorum Ratisbonae.

*Ex Hundii Metrapoli III. 65. Edit. Rat.*

In nomine sancte et individue Trinitatis, Henricus divina favente clementia quartus Romanorum Imperator Augustus. Noverit omnium sancte Dei Ecclesie fidelium nostrorumque universitas, presentium scilicet ac futurorum, quod pro remedio anime patris nostri Henrici III. Imperatoris, rogatu Scotigenarum, nec non ob interventum Principum nostrorum, Alberti Moguntinensis, Adalbaldi Magdaburg. Archiepiscoporum, et Episcoporum, videlicet Ottonis Babenberg. Udalrici Constantiens. Comitum quoque Herimanni de Saxonia, Gotfridi de Calven, Hermann Marchionis, et aliorum nostrorum fidelium in nostrum mundiburdium suscepimus Ecclesiam Ratispone, que jacet ante portam occidentalem, que Roselint, (alias Ruselin) porta dicitur, quam Otto Ritenburgensis, urbis prefectus Ratispone, et alii quidam ex civibus ejusdem prenominate civitatis, videlicet, Matho, Udalricus, Luduuinus, Adelhardus, et frater ejus Anegast,

Otto, Henricus, Heselinus, et filius suus Ruobertus, Palduins, Eggehardus, Ludwinus, Wizenlinus, Ludelbertus, Dietmarus, Engilscaucus, emerunt ab Adelhuno, et filiis ejus Udalrico et Adeluino, et predio illo, quod Monespach nominatur, dotavimus, assensu quoque Hartwici venerabilis Ratisponens. Episcopi, Friderici advocati, Ottonis Comitis, Alberti comitis, Henrici advocati, Mathonis et aliorum prelatorum ejusdem loci, donantes ea sancte Marie Matri Domini, et sanctis Apostolis Dei Petro, et Jacobo, sicut mos est sanctis tradi, sine omnium contradictione, quatenus in illorum honore Deo ad serviendum Ecclesiam ibidem construerent, quod et ita factum esse ab omnibus cernitur, eo siquidem tenore, ut eadem Ecclesia in perpetuum libera permaneat, nec ab aliqua persona magna vel parva ibidem Deo famulantes graventur, nec quicquam servitii, nisi soli Deo, et sanctis ejus alicui inde solvere cogantur. Si quis autem hanc libertatem infringere tentaverit, XII. libras auri compositurus banno nostro subjacebit, medietatem Camere nostre, et medietatem supradicte Ecclesie. Quod ut verius credatur, et ab omnibus observetur, impressione nostri sigilli jussimus insigniri.

*Signum Dni Henrici quarti Rom. Imp. invictissimi. (Monogramma.)*

Arnoldus vice Adelberti Archiepiscopi et Archicancellarii recognovi.

Data VII. Cal. April. Indict. IV. Anno Dominice incarnationis MCXI. Anno ordinationis Domini Henrici Regis Romanorum XI. Regni autem ejus VI. Imperii vero primo.

Actum est Goslarie, in Christo feliciter, Amen.

**Num. CLXXXV. 1114. 14. Sept. Ex Originali:**

Concordia inter Ratisbonensem et Bambergensem Epos circa decimas noales. confer.

a. 1129. Num. 198.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Notum sit omnibus Xpi fidelibus tam futuris, quam presentibus, qualiter contentio, que fuerat inter Hatuuicum Ratisponensem Episcopum, et Ottonem Bauenbergensem de decimationibus novalium Schambach sitorum, se-

data est, et quo pacis et concordie federe compacta. Pro pace componenda, et utriusque familie, videlicet Ratisponensis et Bauenbergensis murmuratione reprimenda predictus Otto Episcopus tradidit ad altare sancti Petri consilio quam plurimorum fidelium suorum per manum advocati sui Ottonis de rebus beati Petri et Georii (i. e. Ecclesia Bambergensis) circa Risilberch, et Mertinesse, et Sulaga XI. mansos cum omni utilitate nemoris Tangrinteles, qua prius eorundem mansorum habitatores usi sunt, et hodie predictorum novalium incole utuntur, absque omni contradictione in usu Episcopi Ratisponensis perpetuo profuturos; econtra beate memorie Hartuuicus Episcopus consilio, consensu ac bona voluntate advocati sui Friderici (Comitis de Bogen) et tam cleri, quam totius familie Ratisponensis tradidit in jus et proprietatem Bauenbergensis Ecclesie omnem decimacionem, quam in Episcopatu suo de universis rebus sancti Georii habere videbatur, preter Dingolvingen, et Tanloch, et Riut, et Gademen, et de duobus mansis apud Otershoven, et apud aliud Otershoven de duobus mansis, et de Riwinesriut et Isinhartesdorf, et Riutwineshoven, Pernhus, Hohenberch, Suenta, Niusaze, Ichinhoven, Pochesdorf Hitinhoven, et apud Beirsdorf de uno manso, de duobus mansis apud Scurdorf, apud Musheym de duobus mansis, apud Makenberge de duobus mansis, Etzinberch, Jakenberch, Chapelberch, apud majus Etzinberch de tribus mansis. Et ut hec Conventio rata et inconvulsa perpetualiter permaneat, hac carta Sigillo suo insignita et banno confirmavit. Insuper etiam pius Episcopus Otto in testimonium et memoriam ejusdem Conventionis calicem de honichino, auro inductum, et gemmis ornatum sancto Petro obtulit. Hujus rei testes sunt: Otto prefectus, Fridericus advocatus Ratisponensis, Engilbertus marchio, Adalpreht comes, Mazilo de Muleheym, Dyeterich de Waltendorf, Reginpreht de Hagenouue, Werinher de Vrichendorf, Alben de Brunne, Adelpero de Toumbrunne, Eppo de Niuheym, Friderich de Liutenbach, Otto de Immenerla, Wernher, Routpreht, Heynrich, Roudolf, Wollker, Willehalm. De familia sancti Petri et Georii: Eberhardus prepositus, Oudalrich custos, Oudalrich capellanus, Popo, Reginboto, Heinrich, Oudo, Etzo, Charlo, Gundeloch, Roudolf, Marchwart, Qudalrich, Megingoz, Perhtolt, Ratpoto, Ermpreht, Adalhalm, Wichnant, Megingoz, Heinrich, Oudalrich, Otto, Heinrich, Gotebolt, Perhket, Otnant, Gumpreht, Dietrich, Chounrat, Roudinch, Oudalrich. De familia Ratisponensis Ecclesie: Re-

ginolt, Pernolt, Adalgoz, Marchwart, Gerolt, Wiflehalm, Pernhart, Chuno, Routpreht, Burchart, Safso, Gotfrit, Alker, Adalram, Heitfolk, Gumpolt.

Anno incarnati Domini nostri Ihu Xpi 1114. Indictioxie VII. XVIII. Kalend. Octobris Ratispone hec acta sunt feliciter.

*Sigillum intus impressum extat.*

**Num. CLXXXVI. Circa annum 1116:**

Henrici IV. Imperat. Epistola ad Hartwicum Epum Ratisbon, ne sit sollicitus de incurrenda Excommunicatione.

*Ex Eccardi Corp. hist. medii aevi, II. 331 Edit. Lips. anni 1723.*

H. Dei gratia Rom. Imp. Augustus, H. venerabili Radisponensium Episcopo gratiam, dilectionem et omne bonum. Gratias agimus patri spirituum, quoniam erga nos et imperii statum salubriter tuae fidei conservasti constantiam, credentes, imo luce clarius adtendentes, quod neque mores, neque vita surripere possint, quam inchoasti et demonstrasti nobis benevolentiam. Ut autem piaae sollicitudinis scrupulum, quo saepissime turbantur corda amicorum absentium, tibi pleniter auferamus, negocium, quod pro communi utilitate totius imperii suscepimus, ad quid perduxerimus, paucis tibi scribere curavimus. Inprimis memorem te esse volumus, qualiter inimicorum nostrorum acephalica praesumptio fideles nostros inquietaverit, quod communicantes nobis quasi excommunicatos ex Sententia et legatione Domini apostolici judicaverint, et maledictiones satis impudenter super innocentes aggravaverint. Nos autem arcum, quem in nos latenter intenderant et sagittas, quas exacuerant, propiciante Domino declinantes in Italiam transalpinavimus, et ibi relligiosos Episcopos atque Abbates, qui videbantur esse columnae matris ecclesiae, convocantes de pace vel concordia regni et Sacerdotii subtilissima inquisitione tractavimus, demum communicato consilio tres ex illis omnibus eligentes, scilicet Placentinum, Astensem, Aquensem, magni nominis Episcopos ad Dominum Apostolicum et omnem ecclesiam illos misimus, proferentes in publicum, quod si quis personam nostram pulsaret, vel pulsare vellet, de pace, quam in corpore et sanguine Domini nos cum Pontifice Romano composuimus et conscripsimus secundum iudicium legum vel canonum, nos porrigere plenariam expurgationem, vel, si

quod absit culpabiles inveniremur, omnimodam satisfadtionem. Igitur Dominus apostolicus unanimes sibi ad hoc conjungens Cardinales in testimonium , in praesentia principis Apostolorum negavit, quod Chuononem in Coloniam vel Saxoniam miserit; irritum esse judicavit, siquid in nos maledictionem effuderit ; affirmavit, quod ipse nunquam nos excommunicaverit, filio suo, quem consecravit, quem benedixit, quod nunquam maledixerit. Damnavit Theodoricum, eo quod in regno nostro legatum se ejus Domini Apostolici mentitus fuerit ; nihil optavit, quicquid excommunicationis in aliquem fecerit; in praesentia cleri et populi testificatus est, quod non praecepit vel consensit vel ratum fecit vel habet, quod Viennensis Episcopus excommunicationis gladium super nos erexit; sed potius, quod sub typo boni teli peccaverit, veniam postulavit. De litteris bullatis, quas in approprium nostrum incusabat Moguntinus, Coloniensis, Salzburgensis et Halberstadiensis inimicis nostris misisse, Deum duxit in testimonium, se malum illud nunquam commisisse, inter caetera subjungens, quod quisquis nobis fidelitatem jurando promiserit, et Werram nobis quisquis modo fecerit, pro perjuro et sacrilego in membris ecclesiae numerandum esse. Nos autem consilium principum nostrorum exequentes, ut omnem ambiguitatem resecaemus, et sedicionem gravissimam, quae inter Romanos et apostolicum geritur, compesceremus, et Deo gratias non est inventus, qui clam vel palam nobis notam criminis imponeret, sed vox laudis et laetitiae audita est, quae nos et imperium nostrum Deo et beatis Apostolis Petro et Paulo committeret. Postero die Capitolium cum universis ordinibus conscendimus et magnificentibus nos magna impendimus. Denique Cardinales tres caeterorum legationem agentes nos adierunt, et pacem plenariam eo tenore nobis exhibuerunt, si investituram per virgam et anulum deinceps dare desineremus, quod in eo ecclesiae scandalum dixerunt. Econtrario nos respondentes regalia nostra cuivis per baculum et anulum concedere juris nostri esse probavimus. Haec est Summa dissensionis, qua concutitur et periclitatur ecclesia, et, investitura cessante, affirmant statum ecclesiae redintegrari posse per omnia. Ergo, miles Christi considera , quod Christus in Evangelio liquantes culicem et camelum deglutientes, in ejusmodi animadversione reprehendat, et Apostolus minus tolerandum, ut majus vitetur, factis et dictis ostentat. Haec ideo tuae transmisimus caritati, ut pernoscas nullum periculum excommunicationis imminere nostrae dignitati, et ut liberius, ratio quod postulat, obviare possis adversus nos insurgenti fatuorum temeritati,

Nuntium

tuum ideo tam diu detinuimus, ut per se certum te de his omnibus reddat, utpote qui visu vel auditu rei ordinem perfecte cogiosciet. Vale.

**Num. CLXXXVII. 1116 Ex Originali.**

Imp. Henricus donat Ottoni Comiti Palatino praedium Weilnbach.

C. In nomine sancte et individue Trinitatis, Henricus divina favente clementia quartus Romanorum Imperator Augustus. Si dignis petitionibus fidelium nostrorum adqueverimus, si beneficiis eos irequenter sublimaverimus, pro certo scimus, quia semper illos devotiores habebimus, et tranquilliori statu cursum vite ducere poterimus. Quapropter omnibus Xpi nostrique fidelibus tam futuris, quam presentibus notum fieri volumus, qualiter nos Ottoni de Witolinesbac nostro fideli, qui nobis digne et laudabiliter servivit, consilio et hortatu principum nostrorum Herimanni Augustensis Epi, Oudalrici Eistetensis Epi, Tibaldi Marchionis (de Voheburch), Engelberti Marchionis (Carinthiae), Berengarii Comitis (de Sulzbach), Sigebodoni Comitis aliorumque fidelium nostrorum quoddam allodium Wilenbac nuncupatum. situm in Comitatu Ottonis de Horeburc, in proprietatem dedimus et libere tenere atque possidere concessimus, cum omnibus appendiciis suis, videlicet villis, mancipiis utriusque Sexus, pratis, pascuis, campis, silvis, venationibus, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, molis, morendinis, viis et inviis, adquisitis et adquirendis cum omni utilitate, que inde exire vel provenire potest. In hac igitur nostra largitione sive concessione statuimus, statuendo nostra imperiali auctoritate sancimus, ut nullus deinceps Archiepis, Epus, Dux, Marchio, Comes seu aliqua regni nostri magna parvaque persona predictum Ottonem de suprascripto allodio audeat inquietare, molestare vel disvestire. Si quis vero, quod non opinamur, contra hoc nostrum Decretum aliquo temerario ausu ire temptaverit, auri optimi libras centum componat, medietatem Scrinii nostris et medietatem prelibato Ottoni. Quod ut verius credatur et ab omnibus inviolatum permaneat, hanc cartam inde scriptam et manu propria corroboratam impressione nostri Sigilli jussimus insigniri.

*Signum domni Henrici quarti Romanorum Imperatoris invictissimi.*

*(Monogramma.)*

Bruno Cancellarius recognovit



Data Kal. Novembris, indictione VIII. anno dominice incarnationis 1116. regnante Heinrico quinto Rege Romanorum anno XII. imperante VII., Actum est Rudesheim, in Xpo feliciter amen.

*Cum Sigillo majestat. intus impresso.*

**Num. CLXXXVIII. 1117. 1. Nov. Ex Diplomatario coaevo.**

Traditio mancipiorum ad Monasterium superius.

Notum sit omnibus tam futuris, quam presentibus, qualiter Oudalricus nobilis Canonicus tradidit altari sancte Marie in superiori Cenobio anno dominice incarnationis 1117. Kal. Novembris sub tempore Hadamoude abbatisse 6. mancipia et eorum posteritatem eo pacto, ut omni anno vir 12. nummos persolvat, et femina 10. Quorum nomina sunt hec : Gerhart, Aeribo, Otto, Hilta, Mathild, Adalhaid. H. r. t. sunt : Willolf, Heinrich, Liupolt de familia sancte Marie, Liupolt, Permout, Ruze, Pernolt, Gozwin de Trubenhoven. Siquis ea violenter abstulerit, eterna felicitate privetur.

**Num. CLXXXIX. Circa annum 1117. Ex Diplomatario coaevo.**

Traditio facta ad Monasterium superius.

Notum sit omnibus Xpi fidelibus, quod quidam nobilis vir, nomine Chuono de Velburg delegavit ad aram sancte Marie ministeriali jure ancillam suam, nomine Avam, presente abbatisa Hadamouda. Hujus rei testes sunt Arnoldus prepositus, Merbot, Erchenger de Poulenhoven.

**Num. CXC. 1118.**

Relatio historica de fundatione Coenobii Reichenbacensis.

*Ex Codice Traditionum dicti Coenobi coaevo.*

Ab inicio nascentis Ecclesie pia cepit institutio, scilicet ad honorem Dei Ecclesias facere, iactas adjuvare; fideliter enim tenetur, quod per elemosynas ac bona temporalia fidei merito celestia comparentur, hac spe et imitatione Marchio Dietpaldus dives, pre-

potens ac nobilis rogatu matris sue Liucardis, consensu uxoris sue Adalheidis, liberorumque suorum spontanea concessione locum in Richinbach, quem hereditario Successionis jure possederat, Deo sancteque et intemerate Dei genitrici, perpetue Virgini Marie obtulit, Ecclesiam fundavit, monastice religionis fratres secundum regulam sancti Benedicti abbatis instituit, ac sic servitium Dei inibi pro posse iniciavit. Eundem vero, quem prefati sumus, locum Romane libertati subjugavit ac omnia ad eum pertinentia secundum proprietatem, qua ipse ea possederat, in villis, pratis, piscationibus, silvis, pascuis, cultis et incultis, et in quibuslibet possessionibus Deo et sancte Marie pro anime sue remedio ac prenominate propinquitatis sue delegavit. Sane ne opus tam bonum sine auctoritate irritum esset, et ut detractorum injuria cessaret, prefatum locum cum omnibus possessionibus suis in manum cujusdam nobilis viri nomine Godefridi de Werde delegavit, et eodem viro cum venerabili Erchengero ipsius loci abbate Romam misso, apostolice defensionis et potestati contradidit; unde etiam Domini Kalixti tunc Romane Sedi presidentis assensum meruit, qui ipsum locum et omnia ad eum pertinentia in apostolicam suscepit defensionem, ac privilegii sui auctoritate in perpetuum corroboravit. Cepit autem loci hujus edificatio anno ab incarnatione Domini 1118. Indictione XI. regnante invictissimo Romanorum Imperatore Henrico IV. presidente Ratisponensi Ecclesie venerabili Hartuico, sub Erchengero ejusdem loci abbate.

### **Num. CXCI. 1121. Ex Diplomatario:**

Relatio historica de fundatione Coenobii Ensdorfensis.

Anno ab incarnatione Domini 1121, decimo Kalend. Junii inceptum est edificari Monasterium Ensdorfense, imperante Henrico IV. Imperatore. Hujus autem edificationis locum Fridericus vir nobilis, pater scilicet Palatine, que Heilica nomen habuit, in proprio dommate fundari cupiens, Ottoni sancte venerationis Babenbergensi Epo, ut fundamentum poneret, commisit. Sancta autem intentio ejus fuit, ut hereditatem suam in hereditatem Domini transmutaret, et de allodiis suis, quibus a Babenbergensi Epo inbeneficiatus erat, largius ditaret. Sed pro dolor! ne ad votum pertingeret, via universe carnis obstitit. Otto autem Palatinus de

Wytilinispach gener ejus ex prelibata filia in hereditatem succedens Spiritu Dei conceptum affectum perduxit ad effectum. Anno autem dominice incarnationis 1123. indictione prima, imperatore Hainrico quarto monarchiam regni gubernante, et in Ratispona Civitate Chuonone ex abbate (Siegebergensi) in Episcopatum assumpto, atque illius concessione oclava Kalendas Augusti dedicatum est templum Ensdorfense a venerabili Ottone Babenbergensi Epo fundatore ipsius in nomine sancte et superexaltate Virginis Marie, et sancti Joannis Baptiste, et sancti Jacobi apostoli fratris Joannis Evangeliste, nomine illius specialiter attitulatum. Fundator autem, prefatus Epus, collaudante advocato Ottone Palatino et Heilica Palatina, ut locus iste odorem noticie sue in omni loco diffunderet, monasticam vitam sub regula sancti Benedicti hic fieri voluit, atque ut ad arctioris vite fastigia conscenderet, magnarum virtutum abbatem, Walkunum nomine cum nonnullis religiosis fratribus de religioso claustro sancti Blasii elegit, et cum ipso sacre veneracionis illius Cenobii ordine in hujus novelle plantacionis agrum tanquam ligna fructifera secus salutarium aquarum decursum transplantavit : Deo autem incrementum dante, predictus Epus altiori usus consilio hujus propositi ordinem, ut firmus et inconvulsus permaneat, sua auctoritate stabilivit. Fridericus pater Palatine, et postea gener ejus Otto Palatinus vice illius contulit nobis predium, in quo locus hujus Cenobii fundatus est, et curiam hujus Cenobii et adjacentia predia in monte Kalbingen et Udilscalkesperge, et Peringozreut, cum vineis nichilominus , et Ecclesiam sancti Stephani Parochiam, que mater est Cenobii in anteritate, filia in subjectione est vere eadem a principio fundata et sublimata Ecclesia, ut per se parochialia habeat jura in baptismo, in sepulturis, in decimacionibus, in ecclesiasticis indiciis ad nullum parochianum habens respectum. Habet quoque in dotali jure predia Eckenberge et predium , quod infra montem est; solvunt annuatim dimidium talentum et 24. nummos, et curia, que est in Seulagen villa, que ante adventum monachorum ad Ecclesiam parochie tres solidos tantum solvit, sed jam tunc de novalibus monachorum tantum eadem curia accepit, ut pro dominicali curia habeatur et solummodo frumentum solvit. Est et adhuc ager juxta villam Laidersdorf, qui ad supradictam dotem pertinet; est etiam in eadem villa ager unus, qui pertinet ad predium Sitelmesdorf, et tres agri, quos Rupertus et filii huic Ecclesie tradiderunt, et pratum unum, que omnia solvunt triginta nummos in illo tantum anno, quando omnes seruntur. Est

quoque in eadem villa novale unum, quod 12 nummos solvit. Habet preterea decimationes tam animalium, quam frugum in loco nostre habitationis, in villula Laidersdorf, ex ista parte fluminis Udiscalquesperg, et in Sudlaga, et Kelwelingen, et Clabansreute; predium quoque Weylnpach, quod Palatinus Otto huic Ecclesie delegando dedit per manus uxoris sue et filiorum suorum sub hiis testibus: Ottone de Moss, Udilscalco de Waleheshoven, Pabone et fratribus suis de Zollingen, Ruperto, Adalberone de Gegilbach et ceteris quam pluribus fide dignis testibus.

**Num. CXCII. 1122. 24. Martii.**

Mundiburdium papale concessum Monasterio Reichenbacensi.

*Ex Codice Traditionum Reichenbacensi coaevo.*

Calixtus Epus, servus Servorum Dei, dilecto filio Erchengero abbati Monasterii sancte Marie, quod in Ratisponensi Episcopatu aput Richinbach situm est, ejusque Successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Pie postulatio voluntatis effectum debet prosequente compleri: eapropter dilecte in Xpo fili Erchingere abbas postulationi tue annuendum censuimus, et beate Marie, cui auctore Deo presides, Monasterium, quod a probo viro Diupoldo Marchione, et uxore ipsius Adelheide fundatum, et beato Petro ejusque sancte Romane Ecclesie oblatum est, Sedis apostolice patrocinio communimus. Presentis igitur decreti pagina apostolica auctoritate statuimus, ut possessiones et bona omnia, que idem Monasterium in presenti legitime possidet, sive in futurum concessione Pontificum, liberalitate Principum, oblatione fidelium aut aliis justis modis largiente Domino poterit adipisci, firma tibi tuisque Successoribus et integra conserventur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, predictum Monasterium temere perturbare aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia, ut dictum est, integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Obeunte te nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam elegerint. Hoc

ipsum et de advocati constitutione precipimus, qui tamen advocatus si fratribus gravis et Monasterio inutilis fuerit, amoto eo alius substituatur. Sane abbatis benedictionem, altarium consecrationem, monachorum ordinationes ab Episcopo, in cuius estis Diocesi, accipietis, si quidem gratiam et communionem Apostolice sedis habuerit, et si ea gratis ac sine pravitate voluerit exhibere; alioquin liceat vobis, catholicum, quem malueritis, adire Antistitem, et eadem Sacramenta ab eo suscipere. Sepulturam quoque ipsius loci omnino liberam esse censemus, ut eorum, qui illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extreme voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat, salvo in omnibus dioecesani Episcopi jure ac reverentia. Ad indicium autem percepte hujus a Romana Ecclesia libertatis, aureum unum quotannis Lateranensi palatio persolvatis, quemadmodum et a predicto Marchione Diutpaldo constitutum est. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularive persona hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non Satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et domini Redemptoris nostri Ihu Xpi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subjaceat; cunctis autem eidem loco justa servantibus, sit pax domini nostri Ihu Xpi, quatenus et heic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant, amen.

Datum Laterani VIII. Kalend. Aprilis, indictione XV. Incarnationis dominice anno 1122. Pontificatus autem domni Calixti secundi Pape anno quarto.

**Num. CXCIII. 1123:**

Hartuucius Epus Rat. Weltenburgi amotis Benedictinis Canonicos regulares instituit, huicque Coenobio donat insulam in Danubio et montem in vicinia.

*Ex Mon. Boic. XIII. 353.*

Scribatur hoc in generatione altera, quod ego Haertuucius Dei gratia Ratisponensis Epus divino timore et amore conpunctus circa venerabilem locum, vulgo Weltenburg appellatum, plurimis quidein reliquiis Sanctorum preditum, sed humanis amminiculis mi-

serabiliter destitutum, transtuli illuc de domo sancti Floriani spectabilem canonicè vite signiferum, nomine Hartuuicum, cjusque solatio et omnium, qui cum eo et post eum Domino nostro Ihu Xpo sub patrociniis sacratissimorum martirum, Laurentii videlicet et Georgii ibidem servitum sunt, jure perpetuo mancipavi proximam insulam Danubii, et quicquid Episcopalis ditionis fuit in monte, quem beatus Wolfgangus quintus Antecessor meus incastellavit, exceptis pertinentiis Vinearum Gotfridi advocati. Quod siquis hanc largitionis mee cartam, quam pro remedio anime mee, simulque Predecessorum et Successorum meorum conscribi feci et proprii Sigilli inpressione signavi, ausu temerario infringere temptaverit, et aliqua invasione vel inminutione vel alienacione Spiritum sanctum, cujus instinctu hec traditio facta est, in famulis ejus contristaverit, sit ille, nisi digna satisfactione emendaverit ejusdem sancti Spiritus judicio et auctoritate apostolorum Petri et Pauli anathema maranatha, et illam tristitiam incurrat, de qua scriptum est: Non resurgunt impii in judicio, neque peccatores in consilio justorum; omni autem cooptanti et cooperanti nobis in bonum circa prenommatum locum sit gaudium et pax in Spiritu sancto, audiatque desiderabilem illam vocem a celesti medico: dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Actum Ratispone anno ab incarnatione Salvatoris 1123. Indictione I. astipulantibus et astantibus cleri et populi magistratibus et magnatibus, quorum denuo hec nomina placuit consignari: Adalpreht Comes de Pogen, Adalpreht de Geren, et fratres ejus Ludowich et Heinrich, Diepolt de Chager, Wernolt de Wise, Adalgoz de Saler, Weril dapifer, Chuno pincerna.

**Num. CXCIV. 1124. 25. Apr. Ex Originali:**

Privilegium Imp. Henrici datum Monasterio Ensdorfensi:

In nomine sancte et individue Trinitatis. Notum sit omnibus Xpi fidelibus tam futuris, quam presentibus, qua conditione et privilegio Otto Babinbergensis octavus Epus, et Otto Palatinus Comes Monasterium Enzistorf ad honorem Dei omnipotentis construxerint et dedicaverint, videlicet, ut eadem Ecclesia mortuo Abbate liberam potestatem habeat, canonicè sibi eligendi Abbatem, primo de eadem cella, siquidem in ea idoneus quisquam inveniatur; sin autem, electione fratrum sanioris consilii ex alio Cenobio assumatur. Ille vero

sic canonice electus Abbas veniat ad Domnum Babinbergensem Epum, et ab eo canonice accipiat baculum. Quod si dominus Epus per aliquam sinistram occasionem ei fratribusque suis contrarius fuerit, liberam habeat potestatem, redeundi ad cellam suam, et consilio fratrum suorum a Ratisponensi Epo Romane Ecclesie obedienti consecratur. Ex eadem quoque cella per singulos annos pro signo obedientie et subjectionis corporale persolvatur Ecclesie Babinbergensi. Eadem quoque Ecclesia semper permaneat in defensione et advocatia Palatini Comitis Ottonis et heredum suorum, hac conditione, ut nunquam ibi placitum habeat, nisi pro fratrum utilitate ab Abbate invitatus fuerit, et tunc modium tritici tantum, et cetera ad hoc pertinentia in charitate ad servitium accipiat. Quod si advocatus per tyrannidem suam predicto Cenobio aliquam forte fecerit injuriam, spirituali gladio ab Epo defendatur. Et ut hoc privilegium stabile et inconvulsum perpetualiter permaneat, ego Henricus hujus nominis quintus Dei gratia Romanorum Imperator Sigilli nostri impressiuc firmamus et corroboramus in nomine Domini Amen.

Acta sunt hec anno Domini 1124. indictione XIII. in Curia Babenberch, VII. Kalend. Maii feliciter amen.

*Signum Henrici quarti Romanorum Imperatoris invictissimi  
(Monogramma)*

Philippus Cancellarius vice Adelberti Mogontini Archicancellarii recognovi.  
*Cum Sigillo majestat. intus impresso.*

**Num. CXCIV. 1127. 18. Augusti. Ex Originali:**

Rex Lotharius coufirmat Ecclesiae Babenbergensi locum Schambach et decimas in  
Epatu Ratisbonensi.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Lotharius divina favente clementia Romanorum Rex. Duo sunt, quibus hic mundus regitur, Pontificia auctoritas, et regalis potestas; in cujus auctoritatis partem, quam nos gratia redemptons ascivimus, justum est, ut Ecclesiarum dei defensionis sollicitudo nostra sollerter invigilet, ne hanc ex adverso latere adversitas ulla fatiget. Si enim loca a decessoribus nostris divino cului edificata, ab infestantium pervasione

tutabimus, participium mercedis eorundem domino largiente sortiemus. Quapropter noverit omnium dei, nostrorumque fidelium universitas, qualiter nos locum Scambach (prope Hemmau) in pago Nordgouue situm in usum Babenbergensis Ecclesie a primo Heinrico christianissimo Imperatore, constructore scilicet ejusdem Episcopatus delegatum predictae Babenbergensi Ecclesie nostra regali auctoritate confirmamus, stabilimus ac roboramus cum omnibus ejus pertinentiis sive adherentiis, videlicet vicis, Villis, Ecclesiis, capellis, decimationibus, servis et ancillis, areis, edificiis, terris cultis et incultis, viis et inviis, exitibus et reditibus, quesitis vel inquirendis, silvis, forestibus, saginis, venationibus, aquis, piscationibus, moles, molendinis, rebus mobilibus et immobilibus, ac ceteris omnibus, que rite scribi vel appellari possunt, utilitatibus, quas preta a Babenbergensis Ecclesia ab anno dominice incarnationis 1007. usque ad nostra cognoscitur habuisse tempora, omnium mortalium contradictione remota. Preterea jus totius decimationis de possessionibus illis, quas Babenbergensis Ecclesia in Ratisponensi Episcopatu habere cognoscitur, cujus scilicet decimationis abdicationem accepit venerabilis Otto VIII. Babenbergensis Epus ab Hartwico Ratisponensi consensu ac conniventia tam Cleri, quam familie, Consilio quoque ac bona Voluntate advocatorum Babenbergensis, scilicet Ottonis (verisimilius ex familia Abinbergensi) et Ratisponensis Friderici (Comitis de Bogen), hanc preceptalem paginam confirmamus. Et ut hec nre confirmationis pagina inde conscripta firma et inconvulsa permaneat, eam manu propria roborantes Sigilli nri impressione jussimus insigniri. Data XV. Kal. Sept. Indictione V. anno dominice Incarnat. 1127. anno autem domni Lotharii regni II. Actum Babenberch feliciter amen..

*Sigulum intus impressum integrum extat.*

**Num. CXCVI. 1128, 1. Maii:**

Conradus Epus Rat. in Monasterio Weltenburg restiturt Benedictinos.

*Ex Mon. Boic. XIII. 354.*

Ego Chuno Dei gratia Ratisponensis Epus omnem effugere volens temeritatem, manum mittere in facta Antecessoris mei, pie



memorie Hartuuici Epi temere nolui, que illum affectuose inchoasse et autentice scio consummasse. Volens enim infra Diocesis sue terminos professores regule beati Augustini plantare, locum ad hoc elegit, qui dicitur Weltenburg, olim a monastice professionis viris inhabitatum, eo vero tempore si non omnino vacantem, inutiliter vero occupatum. Et ut eadem plantatio firma hereret radice, statuit eam firmare apostolica auctoritate. Verum quia, ut nunc patet, ejus pius aflectus effectum habere, et novella plantatio illa inibi radicare non potuit nos, qui per Dei dispensationem ei in regenda Ratisponensi Ecclesia successimus, apostolicum Domini Pape Honorii oraculum super eodem Monasterio consulentes, imo cartulam, cui ea auctoritas inest, pre manibus habentes, locum prefatum monachis regularibus, et, si Deo placet, vere monachis resignamus, et nunc ipsius Ecclesiam loci reconsecravimus, et bona, que ab antiquitate illuc tradita sunt, et que nos modo doti antique superaddimus de propriis, in magis propria redigentes, gladium Spiritus in illorum tuitione adhibemus, ut quicumque ad illorum direptionem manum extendere presumpserit, in regno Xpi partem non habeat, sed eternum iudicium cuin Juda, Anna et Caipha, et Pilato sortiatur. Hec sunt ergo, que Xpi famulis in predicto loco, per antiquam et modernam traditionem subserviunt: Parochia Staubingen et decime et curtile cum quatuor hubis, Staubsacker sex vinee cum agris suis, Weltenburg insula et agri super castrum, molendinum et locus piscationis, Gmünde Ecclia cum duabus hubis, Chelhaim dimidia huba, Poikheim Ecclia et decime, curtile unum, et due hube, et due Vinee cum agris suis, HERNSINGEN due vinee cum agris suis, et decime de novem vineis, Weltenburg una vinea cum agris suis, Oberdorf locus molendini et dimidia huba, GekingEN Ecclia una, et curia decimalis, et due hube, Teusenhoven tres hube et molendinum cum agris suis, et saltus adiacens, Owenshoven tres hube et dimidia, Beuren tres hube, Pulach dimidia, Tagirtingen nobilis viri huba, Muss tres hube, Luginhart dimidia, Taldorf dimidia, Wisilenbach dimidia, Tiersdorf dimidia, Hiebrechtishusen dimidia, Hochmutingen una huba, Greuselbaeh dimidia, Tackelprun dimidia, Memmindorf dimidia, Sultzbach una huba, Tegernpach huba, Bünnhart molendinum cum agris suis, Tolpach huba, Lynten nobilis viri huba, Holenstain nobilis viri huba, Ulrein huba, Sigklingen dimidia, Ecclia et curtile, Harlanten curtile, Womutsach dimidia, Ecclia et tertia pars decimarum,

et duo curtilla, Tann curtile, et huba, Slaitwise curtile, Ottenpach curtile, Hürelbach curtile, Aych curtile, Walchestorf curtile, Langenpruck curtile, Tiernpuch tria prediola, Lauterpach huba et dimidia, Chirchdorf decime de duobus curtilibus abbatisse (ad S. Paulum Ratisbon.) Mägriching decime de curtilli comitis, Ernsingen decime de curtilli Eckardi, Weltenburg duo saltus. Data Ratispone Kal. Maii 1128.

**Num. CXCVII. 1129. 13. Juli:**

Confirmatio regia concambii inter Epum Rat. et abbatem Pruvening. circa decias novalium initi.

*Ex Mon. Boic. XIII. 149*

Rex Lotharius corroborat concambium inter venerabilem Chunonem Ratisponensem Epum, et Erbonem abbatem Monasterii Pruveningin legitimo processu factum de decimis novalium suorum tam agrorum, quam vinearum, sive hortorum, quae in Epatu Ratisponensi culta sunt, aut deinceps perpetuis temporibus excoli possunt. Cum enim inter utrumque super decimationibus novalium diuturna esset contentio, placuit tandem discretis viris mediantibus, Ottone scilicet venerab. Epo Babenbergensi, et Heinrico Duce Bawarie, Ratisponensi advocato mutue altercationis controversiam hac ratione perpetuo discindere, ut cum 9. quibusdam mansis, qui tempore felicis memorie Domini Hartuici Ratisponensis Epi ob hmoi etiam litem dirimendam de rebus sancti Georgii Pruvening. Ratisponensi Ecclesie dati fuerant ex prememoratis novalibus jam cultis, decimum mansum cum suis decimationibus et cum omnibus attinentiis vel utilitatibus ejus Ecclesia Ratisponensis acciperet, alia vero omnia cum in futurum acquirendis Pruveningense Cenobium per manum predicti Ducis delegata sine omni postmodum inquietudine possideret. Qua nimirum pactione firmata septem viri idonei utriusque Ecclesie secundum legum scita super hac diffinitione interrogati, cognitum est ex utriusque partis responsione, omnibus modis hanc decimationum sufficere recompensationem, statimque facta ex utraque parte delegatione, consentiente clero et populo dominus Chouno Epus hanc confirmavit banni sui interpositione. Inhibet ergo Rex, ac sua auctoritate regia precipit, ne Monasterium occasione decimationum a novalibus tam habitis, quam habendis ullatenus molestetur. Testes aderant Chouno Ratisponensis Epus, Otto Babenbergensis Epus, Henricus Dux Bawarie, Otto Palatinus, Otto Prefectus, Loudeuicus de Loupurc, Henricus de Schuwenburc, Wirnt de Ebermundorf, Adalbero de Pocheberc, Altmann de Sigenburc, Adelgoz de Raitenbuch, Nizzo de Hovedorf, Oulrich Vicedominus, Chuno de Tekinbach, Hageno Prepositus, Engelbertus Decanus, Adelpertus Parrochianus et alii quam plures.

Datum in Werde anno dominice incarnationis 1129. regnante Lothario III. Rege invictissimo, Indictione VII. tertio Idus Julii, regni ejus quinto.

**Num. CXCVIII. 1129. 17. Julii. Ex Originali:**

Transactio inter Ratisbonensem et Bambergensem Epos ratione decimationum  
Novalium.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Chuono sancte Ratisponensis Ecclesie humilis Epos notum esse cupio tam futuris, quam presentibus, qualiter contentio, que inter me et venerabilem Ottonem Babenbergensem Epum de decimationibus novalium Babenbergensis Ecclesie in Episcopatu Ratisponensi sitorum fuit, terminum acceperit. Igitur post eam diffinitionem, que a pie memorie Hartuuico decessore nostro facta est, cum huic inquam diffinitioni familia Ecclesie Ratisponensis usque ad tempora nostra jugi contradictione reclamaret, utpote cui ea, que in compensatione earundem decimationum jure concambii ex parte Babenbergensis Ecclesie data fuerant, nequaquam sufficerent ac per hoc prime confirmationis vigor ex magna parte nutaret, nos habita nobiscum deliberatione, nolimus fratrum nostrorum, quorum uictui eedem decimationes a venerando Ottone deputate sunt, perturbare quietem. Sed a nostro rigore defleximus, et communicato tandem consilio totius controversie malum utriusque propulsare curavimus. Itaque in hoc convenimus, ut in novalibus infra tricennium factis vel deinceps faciendis permissis Babenbergensi Ecclesie novem mansorum decimis, decimum mansum cum suis decimationibus et cum omni utilitate tarn quesita, quam inquirenda per manum Ottonis (de Abinberg) Babenbergensis advocati in jus Ecclesie Ratisponensis reciperemus, salva in omnibus justitia parochianarum Ecclesiarum, a quibus nullatenus subtrahendam esse censemus tertiam partem decimarum. Qua nimirum facta diffinitione ita omnium querelarum motio sopita est, ut in presentia Ducis Heinrici et Principum hujuscemodi pactionem tam Ratisponensis, quam Babenbergensis clerus et populus concordi voluntate laudaverint, ac septem de ministerialibus utriusque Ecclesie secundum legitimam ac judiciariam interrogationem Ducis et presentium Eporum prefatam decimationum recompensationem modis omnibus sufficere posse fideliter firmaverint. Quia vero non tantum externorum compensatione bo-

norum attracti, quam diuini amoris contemplatione commoniti hujus contentionis  
 nodum dissolvimus et prefatas decimationes usibus fratrum de Cenobio sancti Georgii  
 (in Pruvening), quorum spiritualis cura specialiter ad nos attinet, subiacere decrevimus,  
 jam easdem decimationes exinde alienare vel ad alios usus sine consensu fratrum et  
 abbatis detorquere tam nostris, quam etiam pii Ottonis Successoribus per tremendum  
 superni judicis examen et per divini nominis obtestationem interdicimus. Igitur per  
 manum Heinrici bawarici ducis, ejusdemque Ratisponensis advocati, annuente quoque  
 bona voluntate clero et populo, astipulantibus etiam subscriptis testibus hanc  
 delegationem Ecclesie Babenbergensi presenti scripture pagina roboravimus, et ne quis  
 hanc ullatenus temerare presumat, banni nostri interpositione vatantes, subversorem  
 hujus diffinitionis perpetua maledictione percutimus. Et ut hec omni evo inconvulsa  
 permaneant, hanc cartam inde conscribi fecimus, eamque Sigilli nostri impressione  
 signatam uenerando Epo Ottoni manu nostra porreximus. Hujus Conventionis testes  
 adhibiti sunt hii: Herimannus Augustensis Epus, Regmarus Pataviensis, Gebehardus  
 Eistatensis, canonici Ratisponensis Ecclesie : Hageno Prepositus, Heinricus et alter  
 Heinricus, et Gebehardus Capellanus cum aliis. Canonici Babenbergensis Ecclesie:  
 Eberhardus Prepositus, Uolmarus, Heimo, Adelo et Sefridus. Primates vero : Welf dux,  
 Diepoldus Marchio (de Voheburg), Engelbertus Marchio (de Ortenberch), Otto  
 Palatinus, Otto Prefectus (urbis Ratisponen.), Hartuuic de Chregelingen, Friderich de  
 Ichenburc, Engelpreht de Lintpurch, Cbunrat de Ronegen, Gerolt filius eius, Oudelrick  
 de Wolfsteine, Chunrat de Megelingen, Reginpreht de Hagenouue, Mazelin de  
 Muleheim, Dietrich de Boumgarten, Godefrid de Sikkelingen, Albus de Prunne,  
 Adelpreht, Wernher fratres ejus, Erchenpreht de Stine, Heinrich de Ettenstat, Willehalm  
 de Geppenhaim, Heinrich, filiusque ejus Oudelrich de Piburch, Wernher de Schouen,  
 frater ejus Amelpreht, Altmann de Sigenburch, Rahwin frater ejus, Pertold de  
 Niwenburch, Sigemar de Mozzingen , frater ejus Altman, Rudolf de Ualchensteine,  
 Adelber de Ouherrichestorf, Rapoto de Stipfingen, Hartuuic de Tiuren, Wicnant de  
 Wolfesbach, Pertolt de Scamhobeht (Schamhaupten), Rihwin frater ejus, Gebehart de  
 Ebermundestorf, Egelolf de Steinenbrucke, Karl de Hebingen, Wernher de Zollingen,  
 frater ejus Pabo, Heinrich de Izenbrunne, Babo de Frichendorf, Rapoto de Ritenburch.  
 Ministeriales quoque Ratisponensis Ecclesie: Chunrat de Uneshoven, Nizo de Rai-

tenbuche, Udelrich de Eberspiunt, Chuno de Tekenbach, Adelgoz de Saler, Erchenger de Buche, Ortuuin, Adelpreht Chaspizze, uterque de Ratispona. Ministeriales Babenbergensis Ecclesie: Megengoz, Willehalm frater ejus, Hugo de Minegenhusen, Rudolf de Osterhoven, et frater ejus Gotebold, Gotebold de Scambach, Dietmar de Lincingen, Otto de Oterhoven. Anno dominice incarnationis Millesimo Centesimo XXVIII. indictione VII. Regnante Lothario Rege, actura Ratispone feliciter, XVI. Augusti.

*Cum Sigillo Epi Chuonis intus impresso.*

### **Num. CXCIX. Circa annum 1129**

Chuno I. Epus Rat. Coenobio Manseensi varia dat bona in Steinkirchen, donaque antecessorum confirmat.

*Ex Chronico Lunaelac, p.117 Item Pez VI. 307.*

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Ego Couno dei gra Ratisponen. Eccliae Epus. Cum in monasterio, quod apud Maninse est situm, et in honore beati Michaelis Archangeli dedicatum, et Religionem dissolutam, et res Eccliae dissipatas invenissem, deliberato cum fidelibus nris consilio, praedictum locum Cuonrado cuidam prudenti et religioso viro commisi, cujus industriam, cum recte et utiliter incederet, admonitione, exhortatione, consilio et auxilio promovere curavi. Cum autem locus per divinam gratiam et religione; et rebus brevi profecisset, ego non immerito de divina operatione et bono loci incremento gavisus, aliqua eidem loco publice et legitime contuli: beneficium ministerialis nri Ottonis de Steinenkirchen, videlicet Vineam unam, et domum Eccliae contiguam cum area et pomerio suo, rogatu et obtentu ipsius Ottonis, astante fratre ipsius Henrico, et caereris ministerialibus nris, et novalia cuiusdam Riperti, novalia cuiusdam Eckerici et filii sui Sibotonis; quae ipsa cum omnibus, quae a praedecessoribus nris Epis praedicto loco collata et concessa sunt in Eccliis, in decimis, in sylvis, in carnpis, cum omnibus, cultis et incultis, subscribente Clero et assentiente populo, Pontificali auctoritate roboravi. Et ut haec traditio seu confirmatio in-

dubitata et mconvtilsa futuris permaneat temporibus, hanc ejusdem rei chartulam  
Sigilli nri impressione insigniri et roborari praecepimus.

Ego Hagano Praepositus fs.

Ego Engelbertus Decanus fs.

Ego Praepositus S. Joh. Wolfesal fs.

Ego Adalbertus Parochus fs.

Ego Udalricus Capellanus fs.

Ego Heimo fs.

Ego Heinricus Capellanus fs.

Testes hujus rei sunt Nobiles Marchio Diepaldus, Reinberttis defensor ejusdem loci, et  
filius ejus Hartuuicus, Cuono de Maegelingen, Uodalricus de Wolfenste, Mecelinus de  
Mülcheim, Dietricus de Boumgart, Erckenbertus de Steine, Heinricus de Danne,  
Godefridus de Sikelingen, Uodalricus de Steine, Altmanus de Mirkelingen, Bertholdus  
de Alteson. Ministeriales: Uodalricus Vicedominus, frater ejus Sigebardus, Nizo de  
Reitenbouch, filius ejus Cuonradus, Cuono de Daekenbach, Cuona de Giselingon.

### **Num. CC. Circa annum 1130.**

Cancambiam inter Conradum I. Epum Ratispon. et Conradum de Megelingen.

*Ex Mon. Boic. I. 141.*

Notum sit omnibus, quod venerabilis Ratisponensis Epus Chuono, et dominus Chuono  
de Megelingen consilio sapientium fidelium suoram fecerunt quandam commutationem  
inter se juste et legitime; dedit enim predictus Epus domino Chuononi duos mansus in  
montanis in loco, qui dicitur Poccham, cum omnibus pertinentiis suis in proprium, quos  
ante possederat in beneficium. Dedit autem dominus Chuono predicto Epo in proprium  
duas curtcs in loco, qui dicitur Watenpach, cum suis omnibus pertinentiis; et hoc factum  
est sub tempore Liutheri Imperatoris, et generi sui Ducis Heinrici, fratris Guelvonis, qui  
tunc temporis fuit Ratisponensis Archiadvocat, presentis in hac re et confirmantis in  
loco, qui dicitur Otingen. H. r. t. sunt : Otto Palatinus Comes, Gebehardus Comes de  
Purchusen, Sigifridus Comes (de Hohenburg<sup>1</sup> ad Oenum) Gebehardus de Hintenpurc,  
Altmannus de Sigenburch, Wernhart de Stoyse, Oudalrich de Leren, Sigehart de  
Eberspurch, Chuonrat de cella, Otto de Rore, Richer, Rasolt de Sconenberch.

**Num. CCI. Circa annum 1130. Ex Diplomatario coaevo.**

Traditio duorum mansorum ex praedio Moeringen ad altare sanctae Mariae in Obermünster.

Noscant omnes fideles, quod quedam nobilis matrona Adelheid de Hohenburg consensu filiorum suorum tradidit ad altare sanctae Mariae duos mansus Moeringen situs pro remedio anime suae, et filiae ejus Sophie. Hujus rei testes sunt per aures tracti: Dietmar de Hohenburg, Hartlieb, Otto, Charl de Dachesberg, Chunrad de Chnellingen, Nentwich de Austria, Ernest de Laimtal, Gozwin, Adalbero de Ettinhart, Hiltegrim, Udalrich de Alersburg, Cumpo de Wichprehtersdorf, Liupolt de Zante, Arnolt, Merbot, Penno ex hujus Ecclesiae familia.

**Num. CCII. Circa annum 1132. Ex Diplomatario coaevo:**

Heinricus I. Epus Ratisbon. tradit Collegiatae S. Joannis decimas Vini inter Wuent et Tyrsenthal.

Pateat cunctis Christi fidelibus tam futuris quam presentibus, quod ego Heinricus dei gratia Ratisponensis Ecclesiae Epus ob salutem anime meae, et dilectionem chari fratris mei Hagonis Canonici S. Joannis tradidi decimas Vini de omnibus Vineis inter Wisent et Tyrsental nuper plantatis et adhuc plantandis ita, ut nemo cum eis predictas decimas presumat dividere. Hoc autem feci coram plena Synodo mea, et ratum haberi coram clero et populo, banno et Epali auctoritate precepi. H. r. t. sunt: Laeutwin niger, Gumpolt, Sigehart de Eberspiunt et filius suus Sigehart, Ulrich Vicedominus, Rudiger judex, Adalbertus grossus, Ortliebus, Uto de Penschappelle et alii quam plures.

**Num. CCIII. 1133. 26. April. Ex Diplomatario:**

Incorporatio Ecclesiae Hegling cum Monasterio Ensdorf.

Agnitum esse volumus Catholicae fidei professoribus tam futuris, quam presentibus, quod ego Ratto de Ebermannsdorf officio miles Ecclesiam construxi in praedio meo in villa, quae dicitur Hegling, quam venerabili Ottone Babenbergensis Ecclesiae Episcopo, domino Hainrico Ratisponensi Praesule, nec non toto Choro annuente in jus et

proprietatem Cenobit, quod. est Ensdorf, per manum delegatoris Gebehardi Lantgravii de Leutenberc legaliter transfudi, ea videlicet conditione, ut nullus parochianorum quidquam sibi juris ex eadem vendicet Ecclesia, et queque divine legis Sacramenta, id est baptismum et Sepulturam et alia ecclesiastica jura familia mea in predicta villa ab Ecclesia, que est Ensdorf in honorem sancti Jacobi fundata, legitime semper obtineat. Hujus institutionis testes existunt: Altmannus prepositus Ratisponensis, Chuonradus Canonicus Babenbergensis, Fridericus Palatinus, Marquardus Lantgravius, Hertnit de Teuren, Wirnt de Wolfringen et filii ejus Wirnt et Chuonradus, Hermannus de Schmidgaden, Wicknant de Haselpach, Olto, Dietrich, Rutlant de Lengenvelt et alii quam plures, ut si qua judicialis sive qualiscunque persona hec infringere nititur, in maledictione sancti Jacobi permaneat, usque dum tali resipiscat, amen. Acta sunt hec anno incarnationis 1133. VI. Kalendas Maii.

**Num. CCIV. 1133:**

Henricus Ratsbon. Epus confirmat foundationem Monasterii Rohr:

*Ex Mon. boic. XVI. 100.*

Notum sit universis Xpi fidelibus tam successuris, quam presentibus, qualiter ego Henricus Ratisponensis Ecclesie Epus Rorensem Ecclesiam suscepi et ad Successores meos Epos juste, legitime ac pie tenendam, tuendam atque fovendam transmisi. Adalbertus quidam vir nobilis tradidit publice ac legitime predium suum, quod Rore dicitur, cum omnibus appendiciis et possessionibus suis in manum meam super altare sancti Petri astante clero et populo nostro, ea videlicet conditione, ut regulares Canonici secundum regulam sancti Augustini ordinarentur, quibus necessaria de predictis rebus ministrarentur communiter; et ipse predictus Adalbertus statim communem vitam ibidem aggressus est. Nos vero cum assensu et consilio cleri nostri Brunonem virum religiosum et industrium eidem loco prefecimus, et locum ipsum honoravimus et in posterum amplius magnificare et honestare decrevimus. Statuimus igitur, — ut de cetero sibi fratres Rorenses Prepositum, cum oportet, libere et canonice eligant, et terminum parochie sue Rore et Alnpach cum suis pertinentiis, sepulturam vero de Episcopatu nostro, qui eam ibi



postulaverint, libere habeant, decimamque de laboribus propriis et animalibus nulli omnino debeant. Siquis etiam de his, epi rebus Episcopii inbeneficiati sunt, predictae Ecclesie beneficium suum tradere voluerit, liceat hoc cum manu Epi facere, et nullus Eporum prevaleat hoc contradicere vel mutare. Porro Advocatum singularem predictus locus nullum habeat, sed siqua forte major causa concambii vel quelibet alia causa emerit, coram Epo vel Cathedrali clero, aut coram principali advocato, si res postulat, agatur, terminetur atque roboretur. Si quis vero Epus predictam Ecclesiam, quod absit, perturbare aut bona ejus inbeneficiare, aut jura immutare vel cassare voluerit, fratribus ejusdem Ecclesie Sedem aplcam appellandi et ad ipsam confugiendi, et ita a dominio et potestate Ecclesie Ratisponensis discedendi libera facultas erit. Et ut hec nostra Constitutio et concessio indubitabilis et inviolabilis perpetuis maneat temporibus, hanc inde cartam conscribi et Sigillo nostro muniri precepimus.

### **Num. CCV. Circa annum 1133**

Henricus I. Epus Rat. concedit Monasterio Prülensi quasdam decimas.

*Ex Mon. Boicis XV. 170.*

Ego Henricus dei gratia Ratisponensis Epus patere volo universitati fidelium, quidquid Ecclesie Prüelensi et fratribus illic Dea servientibus contuli Nostrorum fidelium rogatu et divine remunerationis intuitu sic justis de causis stabiliendum decrevi, quatenus in posterum nullus sit locus adversarie contradictioni. Quapropter petitione Wernheri majoris Ecclesie Canonici decimas in Agolvingin, Erlingin et Gmünde a ministerialibus nostris, qui eas in beneficio habuerant, receptas eidem Ecclesie ad paupertatem servorum Dei sublevandam collatas stabilivi atque hujus descriptionis charta et nostri Sigilli impressione perpetuo conservandas roboravi. Huic rei interfuerunt majoris Ecclesie Canonici: Gotefridus Archipresbyter, Henricus Skazvliese, Wolfherus custos, Idungus magister scole, Pernhardus, Heribordus, Arnoldus de Abinsberg, irem Arnoldus, Gebhardus de Ronige, Rupertus de Tanne. De Ministerialibus: Oudalricus Vicedominus et frater ejus Sigihardus, Chuno de Rote, Cbunradus de Mutina, Oudalricus de Wisinth, Caseuvin de Hohenhusen, Luitilo et frater ejus Henricus, Pabo, Marquardus et frater ejus Chuno de Cidalarin.

**Num. CCVI. Circa annum 1133:**

Henricus I. Epus Rat. largitur decimas ad Xenodochium Prülense.

*Ex Mon. Boic. XV. 178.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Noverit fidelium Xpi tam futurorum, quam presentium universitas, quod ego Henricus dei gratia Ratisponen. Epus tradidi ad altare sancti Viti martyris, quod est in territorio Prül vocitato, decimam de Schönaich et de Hagenbuch superiore et inferiore, quam Gotfridus Archipresbyter in beneficio habuit, rogante eo et nullo contradicente, ea videlicet conditione, ut nunquam in alios, quam in pauperum, qui ibidem in Xenodochio alendi sunt, usus deputentur. Atque ne hanc conditionem pro anime nostre ipsiusque Gotfridi Archipresbyteri, qui se pro charitate temporali abdicavit utilitate, et omnium parentum nostrorum remedio patratam quisque Eporum nobis in hac Sede succedentium, seu quisquam abbatum in predicto Cenobio substituendorum aliqua violencia vel qualibet subreptionis astutia destruere vel ab hac dispositione mutare presumat, nos eam auctoritate Dei ac Domini Pape Innocentii, nostri banni quoque interpositione predictis pauperibus nunc et perpetualiter stabilimus et in argumentum proprietatis ipsius hanc nostre auctoritatis paginam nostri Sigilli stemmate notatam tribuimus.

**Num. CCVII. Circa annum 1133.**

Concambium Epi Henrici cum Monasterio sancti Emmerami.

*Pez l. c. 137.*

Nolumus ignorari, sed omnium ratione et justitia de gentium memorie commendari, quia Henricus Ratisponen. Epus patenam pedemque optimi calicis sancti Emmerami, et de auro reliquo ab eodem calice exemto, quantum ducenta valebant talenta, in vadimonium petivit, ac proprietatem suam nomine Sewarn in manum Erchinberti cujusdam viri ingenui de lojco, Stirne nominato delegatam in potestatem Popponis Ecclesie nostre ministerialis pro eadem patena\*) fecit

\*) Fors pro bello adversus Ducem gerendo in hunc annum incidente; inde fabula Mausolaei 277. et Hund I. 132. de expilato templo, fractis caliciibus, combustis diplomatibus, violato Perhtoldi abbatis nondum mortui tepulchro etc.

mancipari sub tali constrictionis lege, si proprietas denominata a matriculariis vel a proximis heredibus a pascha presentis anni in pascha futuri anni ducentis talentis non solveretur, ab eodem Poppone proprietas prenominata omni contradictione remota perpetualiter Monachorum usui cedenda in stabilem ac firmam proprietatem ad sanctum Emmeramum manciparetur. H. r. t. sunt: Henricus urbis prefectus,\*) frater ejus Otto, Erchinbertus de Stirne, et filius ejus Otto, Odalrich de Leren, et Irater ejus Megengoz de Sunechingen, .Witelo et frater ejus Heinrich.

**Num. CCVIII. Circa annum 1134:**

Henricus Epus Rat. donat Monasterio Prül quaedam bona Epatus sui.

*Ex Mon. Boic. XV, pag, 172, Confer. pag. 174.*

Noverint omnes fideles Xpi, quod ego Henricus Dei gratia Ratisponensis Epus possessiones cjuasdam de bonis Episcopii mei, quas ministeriales beati Petri et alii quidam in beneficiis a me habuerant, ipsis mihi eadem beneficia reddentibus, pro amore Dei et pro remedio anime mee Monasterio sancti Viti, quod dicitur Prüel, in usum fratrum inibi Deo servientium solempni traditione delegavi, easque possessiones subtus annotari precepi. — Hec autem sunt, que Cenobio passim contulimus. Beneficium Kazelini ad Schalchaim, duos videlicet mansos et molendinum unum cum mancipiis ad hec pertinentibus. Item ibidem mansum unum, quem Sigihart de Eberspiunt in beneficio habuerat; beneficium etiam Marquardi de Zidilarin, vineam unam ad Hovedorf, qua Niso inbeneficiatus erat, itemque aliam, quam frater ejus Henricus simili modo possederat; decimas apud Schönaich, et apud Haginpuch superius et inferius, quas Niso de Mutinaha in beneficio habuerat; item quedam mancipia, que Chadalhoh de Kirichperc aliaque, que Timo de Talmazzingen beneficii jure tenuerat. Ad Talmazzingin duos mansus, quos Gebhardus de Hitunburc a predicto Timone cum mancipiis ad idem beneficium pertinentibus perceperat. Item beneficium Liutuuini de Grazze, tres videlicet mansos ad Talmazzingen. De beneficio Hartuuici et Pertholdi de Seirichingin predium illud ad Ratthart, tres vineas ad Hovedorf, mansum unum ad Ahadorf,

\*) Henrici pariter Civitatis Ratisponen. praefecti filius.

si tamen ipsi absque heredibus defungerentur. De beneficio Friderici advocati, et Rudigeri de Herinsingin mansum unum ad Perchaim. De beneficio Engilberti novem jugera juxta urbem, et mansum unum ad Schwambach. De beneficio Werinheri clerici decimas ad Aholvingin, Erlingin, et Gimunde, locum molendini ad Mehzingin. Ex his autem omnibus alia concambio, alia diversis modis a pristinis possessoribus redempta sunt.

*Cum Sigillo illaeso intus itnpresso.*

**Num. CCIX. Circa aipium 1134 Ex Originali:**

Restitutio decimarum ab Henrico I. Epo Ratisbonensi facta plebano in Nittenau.

Noverint omnes Xpi fideles presentes atque futuri, quia ego Heinricus dei gratisponen. Ecclesie Epus Heinrico parrochiano de Nittenouue decimam apud Recharth et apud Durne, quam ei tuleram, reddidi, redditamque cum assensu cleri nostri ipsi predicto Heinrico et omnibus Successoribus ejus legitime possidendam stabilivi. Ut etiam hec nostra redditio vel stabilitio indubitabilis atque inviolabilis in posterum permaneat, hanc inde cartam conscribi et Sigilli nostri impressione roborari precepi.

† Ego Engilbertus prepositus fs.

† Ego Gotefridus archidiac. fs.

† Ego Oudalricus decanus fs.

† Ego Heinricus archidiac. fs.

† Ego Adalpertus fs.

† Ego Idungus magr fs.

*Sigillum Epi cum pedo et libro iutus impressum illaesum extat*

**Num. CCX. 1135. 15. Jun. Ex Diplomatario:**

Privilegium Diepaldi Marchionis de Voheburg Monasterio Reichenbacensi a se fundato super eius libertatibus et advocatia concessum.

In nomine sancte et individue Trinitatis, Diepaldus divina gratia Marchio de Voheburch. Patrum auctoritate sanctorum, et, exemplo Antecessorum nostrorum Principum in hoc gratiam dei nos promereri posse didicimus, si devoti servitio insistamus, vel etiam si his, qui insistere volunt, facultatem ad hoc nostro assensu vel auxilio prebeamus. Hac itaque nos imitatione ac matris nostre Leukardis,

et uxoris nostre Adelheidis, liberorumque nostrorum concessione nostre et eorum saluti prospicientes, in possessione nostra Richenbach fratres monastici ordinis instituimus, ac eorum necessariis, quantum de nro potuimus, providere curavimus, donantes eis et cum omni, jure nro libere conferentes Villam Ilswankch cum omnibus pertinentiis suis, et Ecclesiam Ilswankch cum fundo suo, in quo posita est, et cum ministerialibus et prediis ad eundem locum pertinentibus apud Chambe, predium nomine Altenmarkt, Putzling, Wiltmaring, parrochiam in Walde cum ministerialibus suis, sicut eos ipsi possedimus. Consilio autem domini Erchengeri abbatis, quem libera fratrum ejusdem loci electione Virum secundum cor nostrum habemus, eundem locum in manus cujusdam nobilis Viri Gotfridi de Werd delegavimus, quem etiam cum ipso Erchengero abbate ad dominum Kalixtum Papam direximus, et ei ac sancto Petro eandem nostram possessionem Richenbach cum omnibus ad eundem locum pertinentibus assignavimus, qui nostram oblacionem clementer suscipiens ap nostre petitioni in omnibus satisfaciens, quecumque jura postulavimus, prefato loco gratanter concessit, ac privilegii sui auctoritate in perpetuum corroboravit. Sed quoniam nostrum est, ut sepedictum locum in omnibus honoremus, quicquid justicie ipsi concessimus, atque a domino Apostolico impetravimus, literis Sigillo nro firmatis, liberis quoque nris ac omni posteritati relinquere utile judicavimus, quos in hoc nobis optamus vere fidei heredes, ut exemplo nri paterni amoris ad idem monasterium semper convertant omnem suum affectum. Porro hec sunt, que concedimus, scilicet, ut quilibet ministerialium nostrorum predia, mancipia, vel quecumque hereditario jure possederit, sancte Marie in Richenbach conferendi liberam potestatem habeat, quod etiam hominibus nris tam divitibus, quam pauperibus, vel adhuc quoque nris ministerialibus, qui nris prediis inbeneficiati sunt, eque concedimus, ut scilicet eidem monasteria quodlibet beneficium libere conferant. De cetero advocatiam loci domino Kalixto Apostolico assignavimus, quam ipse secundum nram petitionem Erchengero abbati suisque Successoribus in perpetuum commisit, ut sicut eis juxta utilitatem loci visum fuerit, vel nobis, vel cuilibet filiorum vel heredum nostrorum, vel si propter importunitatem nram aliud visum fuerit, cuivis homini eam committendi habeant potestatem, qui etiam constitutus, si monasterio gravis aut inutilis extiterit, ipsum amovendi et alium accipiendi eque liberam habeant facultatem. Quelibet jura Marchie ore remisimus in omnibus

possessionibus, quas idem locus in presenti possidet, vel oblacione fidelium deinceps possidere potuerit.

Hujus nre Constitutionis testes sunt: Otto prefectus de Stauff, filius ejus Heinricus, Fridericus advocatus, Udalricus de Wolfstain, Erchinpertus de Altindorf, Berhtoldus de Scaminhoubet, Gebehardus de Hitinburch, Altmannus de Siginburch, Eppo de Ebirmuntisdorf, Fridericus de Rorbach, Udalricus de Ehkirchin, Chunradus de Raytenbuch, Ludewicus de Nappurch, Gotfridus de Weterenvelt et frater ejus Heinricus Span, Adelbertus de Sussenbach, Waldo de Owe et alii quam plures. Datum in Richenbach in presencia domini Heinrici venerabilis Ratisponen. Eccle Epi, anno dominice Incarnationis 1135. regnante invictissimo Romanorum Rege Lothario, ipso die dedicationis Monasterii in Richenbach, que facta est 17. Kal. Julii, in honore sanctissime dei genitricis Marie.

**Num. CCXI. Circa annum 1136:**

Henricus Epus Rat. donat Monasterio Prüfening decimas novales.

*Ex Mon. boic. XIII. 161.*

In nomine sancte et individue Trinitatis, Heinricus Dei gratia Ratisponensis Epus. Quoniam ex debito officii nostri compellimur eorum in omnibus sollicitudinem gerere, qui nostre cure commissi sunt, illorum pre ceteris necessitati consulere ac utilitati prospicere debemus, qui remoti a secularibus curis in monasteriis quietam vitam in Dei servitio ducunt, ut eo amplius de spe future retributionis gaudeamus, quo his, qui in hoc mundo nihil proprium possident, curam ampliorem impendimus. Quod ergo in generalibus Conciliis assentientibus multis discretis et sapientibus viris statutum, et in Pisano Concilio a Papa Innocentio est confirmatum, ut videlicet monachi et regulares Canonici, qui de aliorum elemosinis ac beneficentia debent vivere, de laboribus, quos propriis sumptibus ac manibus excolunt, dare decimas non cogantur, nos omnimodis observare convenit. Unde venerabili Erboni abbati Pruviningensi et ejus fratribus ea, que de bonis illorum Hoholdo militi in beneficium concesseramus, ab eo recepimus et ex integro secundum preceptum ipsius Domini Pape Iimocenlii illis restituimus. Et ne in posterum de hac re aliqua querela vel controversia sive dubitatio fiat, rescriptum ejusdem

Domini Apostolici Innocentii heic interserendum consuimus, et presentem inde paginam conscribi et Sigilli nostri impressione signari iussimus.

Innocentius Epus servus servorum Dei, venerabili fratri Heinrico Ratisponensi Epo salutem et aplcam ben. Equum et rationabile est, ut monachi et regulares Canonici, qui de aliorum elemosinis ac beneficentia vivere debent, de laboribus, quos propriis sumptibus ac manibus excolunt, dare decimas non cogantur, quod profecto in Pisano Concilio, quod nuper Deo propicio celebravimus, a nobis est apostolica auctoritate firmatum. Ea propter fraternitati tue per aplca scripta precipimus, quatenus fratres Pruviningenses tam de novalibus, quam de aliis laboribus, quos propriis sumptibus ac manibus excolunt, neque per te, neque per Hoholdum militem ullatenus inquietes, neque per alios inquietari permittas; alioquin scire te volumus, quoniam contemptum Sedis Apostolice impunitum nullatenus dimittemus.

**Num. CCXII. Circa annum 1136. Ex Originali:**

Hageno miles de Tanheim Capellam ibidem a se constructam appropriat Coenobio Ensdorf. Agnitum esse volumus catholice fidei professoribus tam postfuturis, quam presentibus, qualiter ego Hageno officio miles Ecclesiam construxi in predio meo, in villa, que dicitur Tanheim, quam etiam ipsa die, qua a venerabili Ottone sancte Babenbergensis Ecclesie Epo, dno Heinrico Ratisponensi Presule annuente, consecrata est, in jus et proprietatem Cenobii, quod est in Endistorf per manum delegatoris mei Gebehardi de Ebermundstorf legaliter transfudi, ea videlicet conditione, ut nullus Parrochianorum quicquam sibi juris ex eadem vendicet Ecclesia. Acta sunt hec prefato Pontifice Ottone presente, nec non Altmanno Ratisponensis Chori Canonico, nuntio concessionis hujus assistente, et ex verbis dni sui Epi hoc ordinante, ut queque divine legis Sacramenta, id est baptismum et sepulturam et alia ecclesiastica jura familia mea in predicta villa — admodum pauci homines — ab Ecclesia, que est Endistorf in honore sancti Jacobi apostoli fundata, legitime semper optineant. Hujus institutionis testes existunt: Wienand de Haselbach, Routperht de Bochesberch, Wirint de Wolfheringen et filii ejus, Chounrat Canonicus Ba-

benberg et frater ejus Heriman de Smidegaden, Razo et Udalricus frater ejus de Ebermundestorf, Hartnit de Tuwern (Teuern), Friderich de Oudelschalchesberc, Wikker et Eberhart de lapide, Wolfher de Iminchofen, Otto de Unzastorf, Pilgrim Zollo, Heriman de Hegilingen, Otto de Affoltere, Peringer, Dietrich, Rutlant de Lenginvelt et alii plures, ut si qua judicialis sive qualiscunque persona hec infringere nititur, in maledictione sancti Jacobi permaneat, usque dum tali violentia respiscat, amen.  
*Cum Sigillo Ottonis Epi nonnihil laeso.*

**Num. CCXIII. Circa annum 1136:**

Traditio facta Monasterio Diessensi

*Ex Mon. Boic. VIII. 127.*

Notum sit omnibus tam futuris, quain presentibus, quod domicus Hainricus Ratisponensis Epus tradidit predium suum Telbes per manum Adalberonis de Starcholfeshoven sancto Stephano protomartyri in Diezzen, (quod monasterium Comes Hainricus de Wolfrathusin multis possessionibus amplificavit,) rogatu Ministerialis sui Ruodberti de Boule, pro requie anime ipsius Ruodberti, qui in expeditione Regis Lotharii defunctus est. Huic predio nos addidimus dimidium mansum, quem bone memorie Bertholdus de Suuaphusin pro remedio anime sue sancte Marie in Diezzen dedit; ipsumquoque predium annuatim persolvere debet quinque carradas vini.

**Num. CCXIV. 1136. 28. Aprilis:**

Henricus Epus Rat. confirmat foundationem Praepositurac Schamhaupten.

*Ex Mon. Boic. XVII. 295. item apud Hund. III. 196. Edit. Rat.*

In nomine sancte et individue Trinitatis, ego Hainricus Dei gratia Ratisponensis Epus Xpi fidelibus in perpetuum. Noverit omnium fidelium presens etas, et successura posteritas, qualiter ego Hainricus Dei gratia Ratisponensis Epus predium, quod dicitur Schamhob suscepi, et Successoribus meis Epis pie et intemerate tenendum atque tuendu in reliqui. Quedam enim nobilis vidua Gerdrudis no-



mine cum unica filia sua Luicarde seculo renunciantes et Deum facultatum suarum heredem esse cupientes, pro salute animarum suarum parentumque suorum tradiderunt ad altare sancti Petri in Civitate Ratispone presente clero et populo predium suum, quod Schamhapt dicitur, et omnia seu in terris, sive in silvis, aut in aquis, vel mancipiis, atque in omnibus, que hereditario jure possidebant, ea videlicet condicione, quatenus regulares Canonici secundum regulam sancti Augustini ibidem ordinarentur et ordinati inviolabiliter conserventur, quibus etiam necessaria de predictarum rerum redditibus ministrentur; ipsi autem regulares Canonici in obedientia et tuitione Epi Ratisponen. permaneant ac liberam potestatem, Prepositum seu etiam Advocatum eligendi, habeant, qui Advocatus defensor, non gravator Ecclesie debet existere, nec ad posteros suos hereditario jure, nisi ex Consensu Prepositi, poterit ipsam advocatiam transmittere, Nos quoque cum consilio Chori et Ministerialium nostrorum piam devotionem ipsarum adjuvantes et locum in melius crescere cupientes, pro remedio anime nostre, successorumque nostrorum Parochiam ipsam, in qua ipse locus situs est, cum omnibus appenditiis suis, videlicet Capellis suis in Pretenhule, in Gainwardsdorf, Meginerstorf, in Winden, in Pondorf, in Tanehusen, in Schafshule, in Sandratstorf, et decimis totis et indivisis perpetualiter habendam ipsis contulimus. Sepulturam quoque omnium de Epato nostro, qui eam postulaverint, libere habeant, decimamque de laboribus propriis et animalibus nulli omnino persolvant. Precipimus etiam, ut fratres inde apostatantes Apostolico et Epi, nisi resipuerint, anathemati subjaceant Si quis vero Epus, quod absit, predictam Schamhauptensem Ecclesiam perturbare, aut bona vel advocatiam ejus inbeneficiare, aut jura mutare vel cassare voluerit si non resipuerit, divine ultioni subjaceat, et fratribus ejusdem Ecclesie Sedem aplcam appellandi et ad ipsam confiigendi, atque ita a dominio et potestate Ratisponensis Ecclesie discedendi libera erit facultas, vel ipsa hereditas ad proximos redeat heredes. Et ut hec talis traditio et institutio indubitata et inconvulsa futuris maneat temporibus, hanc inde cartam conscribi et Sigillo nostre auctoritatis precepimus muniri. Hujus autem traditionis et institutionis testes sunt more Bauuarorum auribus tracti: Albertus decanus, Gotfridus capellanus, Wolfherus custos, Idungus magister scholarum, Hainricus capellanus, Pertholdus celerarius, Rupertus de Tanne, Pertholdus de Cambe, Laici vero sunt hii: Otto urbis prefectus et filius ejus Hainricus, Liutoldus Comes,

Otto Comes et frater ejus Heinricus, Ernsto filius Marchionis Leopoldi, — et alii plures. Data anno ab incarnatio ab Domini 1137. indictione X. quarta Kalendas Maii. *Cum Sigillo Epi intus impresse.*

**Num. CCXV. 1138. 28. Sept.**

Henricus Epus Rat, primum constituit advocatum Monasterio Rohrensi, in persona Gebehardi Comitis de Abensberg.

*Ex Mon. Boic. XVI. 106.*

In nomine sancte et individue Trinitatis, Henricus Dei gratia Ratisponensis Epus omnibus Xpi fidelibus tam futuris, quam presentibus. Quia nostri juris et officii, omnibus nobis commissis debite sollicitudinis curam impendere, nos quidem in Rorensi Ecclesia propter petitiones et violentiam advocatorum hactenus advocatum declinavimus, sed nunc ob injuriam et violentiam non solum extraneorum, sed etiam priorum mutato consilio advocatum assumere deliberavimus; famuli enim ejusdem Ecclesie post predas et contumelias in tantam audaciam proruperunt, quod etiam in mortem ipsius Prepositi conspiraverant, proinde nos ut illorum perversitatem refrenemus et ceterorum injurias propulsemus, prefate Ecclesie advocatum assumentes, formam ipsum eligendi et statuendi, sed et modum juris ipsius prefigimus. Te igitur Geboarde, ad quem nichil penitus de jure suprafate Ecclesie aut possessionum illius aliquo modo respiciebat, unanimes congregationis illius consilio et assensu ad tutoris et actoris officium, et hoc pro remedio anime tue, si tibi placet, assumimus, officium commendantes, non beneficium concedentes. Hoc autem officium nunquam hereditario jure ad filios tuos, aut ad cognationem tuam descendat, sed nec ad te ipsum pertineat, nisi quousque Ecclesiam illam, et que illius sunt, fideliter et utiliter tueri volueris, tu vel tua posteritas sub eodem tantum jure includenda. Quodsi ad molestiam exactionum questus gratia deviaveris, sit libera facultas Preposito, deliberato consilio te amovere et alium, quem utilem providerit, substituere. Annis autem singulis circa festum beati Michaelis placitum in cella, ubi Prepositus voluerit, cum familia Ecclesie habeas; et siquid de compositionibus injuriarum accesserit, hujus rei tertia pars te contingat, et due fideliter Ecclesie reserventur: in die vero placiti

de collecta familie claustralis modius tritici, et porcus ad estimationem 40. nummorum, et 5. anseres et 10. galline, et urna una medonis et una vini et due zerevisie dentur, et de horreo fratrum equis bis sexaginta manipuli avene ministrentur. Huic actioni interfuerunt presentes fratres Adelbertus decanus, Gotfridus Capellanus, Wolfherus custos, Idungus magister scholarum, Heinricus Capellanus, Perlholdus cellerarius, Rudpertus de Cambe, Pertholdus de Cansa. Laici autem, qui aderant, sunt hi: Otto urbis prefectus et filius ejus Henricus, Henricus Comes de Wolfrateshusen, Ernestus Comes de Hohenburc, Oudalricus de Steine, — Oudalricus Vicedominus et filius ejus Oudalricus, Sigehardus de Eberspiund et filius ejus Sigehardus, — et plures alii. Acta sunt hec anno ab incarnatione Domini 1138. Indictione XI. quarto Kal. Octobris.

**Num, CCXVI. 1138. 13 Novembr.**

Henricus Epus Rat. Coenobio Baumburgensi confirmat Parochiam Haberskirchen, resuscitata ejus libertate.

Ex Mon. *Boic. II. 181.*

In nomine sancte et individue Trinitatis, Heinricus Dei gratia Ratisponensis Ecclesie Epus tam futuris, quam presentibus in perpetuum. — Wolframi ejusque filii Bergarii de Haberschirchen postulationem benigne suscipientes, in eadem villa basilicam ab ipsis et ab antecessoribus suis fabricatam, et ad laudem Domini nostrr Ihu Xpi consecratam libertatis honore legitime condecoravimus, et prediis ac decimis adiacentium villarum ditavimus. Rogatu autem Wolframi ejusdem Ecclesie advocati nomina earum villarum, quarum decimis pefatam Ecclesiam ditavimus, in pagina presenti scribi et intitulari decrevimus, ut ex his videlicet nullus error, nullaque dubitatio oriri posset amplius. Sunt autem hec nomina villarum ad titulum ejusdem Ecclesie decimas aliaque sua legitima offerentium : Haberschircha, Wazzenbrucka, Rezzilenstorf, Oberhalbes, Fulbach, Bawinestorf, Gunthalmestaine, Niderrorvah, Rorbach. Monachi vero de Weszinsprunnen diu eam non canonice habentes suisque usibus mancipantes, omnem ei libertatis honorem cum ceteris suis legitimis ademerunt, et contra Statuta Antecessorum nostrorum Eporum, in quorum temporibus hec primum libertatis gratiam

acquisivit, non matrem, non legitimam, sed filiam appellaverunt. Ex nimia quoque temporum vetustate predecessor noster felicitis memorie sanctus Wolfgangus Confessor egregius ab amita sua, que nominata fuit Atta, rogatus et ab ea in loco, qui dicitur Rorbach, concambio probabili dato et equipollenti restauratione reddituum et a predicto Confessore suscepta, basilicam supra nominatam rebus et honoribus rationabiliter satis glorificavit, et non filiam, sed legitimam Parochiam sua auctoritate deinceps appellari et haberi constituit; cujus utique vestigia nos sequentes, et que ab eo pie et juste gesta sunt, non solventes, sed undique auctoritate nostra munientes, presentis scripti paginam signaculo nostri Sigilli roboravimus et in nomine Domini nostri Ihu Xpi precipimus, ut nulli omnino hominum ausu temerario liceat, eandem Ecclesiam perturbare aut aliquibus molestiis gravare. H. r. t. sunt: Ernestus filius Marchionis Luipoldi, Otto de Wolfratshusen, Hainricus de Tanna, Oulricus Vicedominus et frater ejus Sighardus, Carolus de Egelolfeshaim, Wolframus et Perngarius de Haberschirchen, Hainricus de Schirlingin, Gotfridus et Wernherus clerici, et alii quam plures, Anno domini 1138. data est hec pagina in loco, qui dicitur Sivintpach in Idibus Novembris a Domino Heinrico Ratisponensis Eccleie Epo, quinto Pontificatus ejus anno.

**Num. CCXVII. 1138:**

Brevis narratio de fundatione Coenobii S. Magni in pede pontis.

*Ex Hundii Metropoli II. 312. Edit. Rat.*

Anno Salvatoris nostri incarnationis, videlicet 1138. inchoati vero pontis Ratisponensis anno tertio Reverendus pater ac generosus vir dnus Gebhardus Comes de Raning, Canonicus Ecclesie majoris Ratisponen. praedium sive agros suos unacum suis attinentiis infra duo flumina Regen et Danubium jacentes, quos jure haereditario sive proprietario possedit, in aedificia redactos, quod modo am Hof dicitur in pede pontis, Ecclesiae sancti Magni tradidit, ibique Monasterium in honorem sancti Andreae apostoli in figuram Crucis construxit, et ibidem Canonicos secundum regulam sancti Augustini instituit.

**Num. CCXVIII. 1139:**

Henricus I. Epus Ratisponensis tradit Ecclesiae in Reisbach omnes decimas ad eam antiquitus pertinentes, quas Praedecessor suus Hartuicus I. eidem Ecclesiae matri, cum eam dedicaret, sub jure anathematis jam terminaverat, nominatim in Hawartisriethen. Simul Monasterio Wessinbrunnensi tradit novalia in territorio isto, ac Ecclesiam Engilmarisperg cum omni jure suo. Haec allegatio seu traditio complacuit etiam Engilberto Praeposito cathedralis Ecclesiae, Altmanno Archipresbytero, Heinrico Vicario Episcopali in pago danubico, Gotefrido Archipresbytero in pago Norico, et Wolfhero Ecclesiae sancti Petri, scilicet cathedralis thesaurario. Actum Ratisponae Indict. II. anno ab incarnatione Domini 1139.

*Mon. Boic. VII. 379.*

**Num. CCXIX. 1140. 23. Octobris:**

Confirmatio concambii facti inter Monasterium Prüfening et Praefectum Ratisbonensem.

*Ex Mon. Boic. XIII. 169.*

Liupaldus Bawariorum Dux ad petitionem Erbonis abbatis monasterii sancti Georgii in Prüfening confirmat concambium, quod factum est inter eundem abbatem, et Ottonem Praefectum Ratisponensem. „Habuit namque jam dictus Otto prefectus beneficium quoddam ad jus regni pertinens, cui Boucha vocabulum est, quod longo retro tempore per decessionem avorum suorum et legitimam concessionem Praedecessorum nostrorum et nostram ad eum beneficiario jure pervenerat; de hoc, quoniam ita loci utilitas vel oportunitas postulabat, visum est venerando Erboni abbati, illud in jus Ecclesie sue legitime transmutare: accepta igitur oportunitate obtinuit apud praefatum Comitem, ut ipsum beneficium cum omnibus suis pertinentiis — per concessionem nostram et auctoritatem in jus Ecclesie sancti Georgii transfunderet, recepta plena et legitima compensatione de fundis ipsius Ecclesie videlicet predio apud Manegoltingen sito, cum molendino et vinea quadam juxta fluvium, qui Regen dicitur, sita sub testificatione legitima juris jurandi per homines legitimos facta. — Hanc autem testificationem suscepimus in loco, qui dicitur ad sanctum Laurentium juxta flumen Regen dictum, in

presentia principum terre nostre, videlicet Domni Heinrici Ratisponensis Epi, Ottonis Frisingensis Epi, Ottonis Palatini Comitis, Adalberti Comitis (de Windberg) et aliorum fidelium nostrorum, statimque per manus ipsius Ottonis Palatini Comitis, qui tum temporis advocatiam gerebat super bonis regni, et per manum. Adalberti Comitis de Windeberge predicti Monasterii advocati data et recepta alterutra et justa recompensatione idem Concambium perfecimus, et nomina testium, qui presentes aderant, subnotari jussimus: Heinrich et Otto filii Prefecti, filius Palatini Otto, Perhtolt filius Perhtoldi Comitis de Andehse, Friderich de Prukeberc, — Eilolfus de Steine, Eggebertus et Oudalricus fratres ejus, — Baltuwin de Ratisbona. — — Ut autem hujus concambit actia et confirmatio rata in posterum et inconvulsa permaneat, hanc cartam inde conseribi, et Sigilli nostri impressione jussimus insigniri, anno dominice incarnationis 1140. indictione III. septimo Idus Julii, actum in loco, qui dicitur ad sanctum Laurentium juxta flumen Regen dictum, regnante Chounrado Romanorum Rege secundo, anno regni ejus tertio. Data Ratispone per manum Rouberti Canonici et Capellani ejusdem Ducis Liupaldi X. Kal. Novembr. in nomine Domini feliciter, amen.”

**Num. CCXX. 1142, Ex Diplomatario coaevo:**

Ottonis Epi Frisingensis donatio decimarum In Langenpreising ad Monasterium superius. In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Otto dei gratia Frisingensis Ecclesie Episcopus, Justum reputans religiosarum personarum necessitati consulere, ob remedium anime mee assensu et consilio Prelatorum Ecclesie mee decimam Frisinge Hadewige venerabili abbatisse sancte Marie superioris Monasterii et Sanctimomialium regulariter secundum regulam sancti Benedicti deinceps ibidem Deo famulantibus in perpetuum trado, et firnam legitima allegatione confirmo, sic tamen, ut eum ego meique Successores Ecclesiastica ibi (in Langenpreising) tractaverimus, debitum ibidem habeamus servitium, sicut de aliis Episcopatus mei decimis est judicatum. Ut autem ista traditio inconvulsa permaneat, predicta abbatissa consensu et petitione congregacionis sue predium ia Altpach michi

per manum advocati sui Friderici delegavit et legitime confirmavit. Acta sunt hec anno Incarnationis dominice 1142. indictione V. Ratispone in majori Ecclesia ad sanctum Petrum, anno autem domni Ottonis, venerabilis Epi Frisingensis Ecclesie quarto, sub presentia Prelatorum suorum Hoholdi majoris Ecclesie prepositi et archidiaconi, Herrici prepositi et archidiaconi, Siegemari abbatis sancti Stephani, Dietrami prepositi de cella sancti Martini, Heinrici prepositi de cella sancti Petri. Confirmatum est etiam testimonio laicorum nobilium Engilberti Hallensis Comitis, Friderici advocati, Chounonis, Bernhardi, Eberhardi, Pilgrimi; de familia Frisingensis Ecclesie Isinrici, Heinrici, Waltmanni, Roudolfi, Cerwici, de familia Monasterii superioris Chounradi, Arnoldi, Bathalmi et aliorum quam plurium.

**Num. CCXXI. 1143. 24. Febr. Ex Originali:**

Mundiburdiū papale datuin Monasterio Ensdorfensi.

Celestinus Epus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Thiedoine abbati Ensdorfensis Ecclesie, ejusque fratribus iam presentibus, quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum. Desiderium, quod ad religionis propositum et animarum salutem pertinere monstratur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum impertiri Suffragium. Ea propter dilecti in Domino filii vestris justis postulationibus clementer annuimus, et prefatam Ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti privilegio communimus, statuentes, ut quascunque possessiones, quecunque bona eadem Ecclesia in presentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis Deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Prohibemus autem, ut nulli fratrum post factam ibidem professionem absque Abbatis totiusque Congregationis permissione liceat, ex eodem claustro discedere; discedentem vero absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere. Abbas vero, qui pro tempore fuerit, bona ipsius Monasterii communi fratrum consilio libere disponat, et quod ibi corrigendum fuerit, rationabiliter corrigat. Ut autem divino servitio liberius vacare possitis, probibemus, ut nullus unquam advoca-

tus infra ambitum muri vestri, nisi ab Abbate fuerit invitatus, placitum teneat.

Sepulturam vero ipsius loci liberam esse decernimus, et eorum devotioni et extreme voluntati, quicumque se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat, salva tamen justitia matricis Ecclesie.

Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus ac sumptibus excolitis, nullus omnino a vobis decimas exigat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, jam dictam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet molestiis fagitare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva diocesani Epi canonica justitia et apostolice sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum Ecclca secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Ihu Xpi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subjaceat; cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Ihu Xpi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum Judicem premia eterne pacis inveniant, amen.

Ego Celestinus catholice Ecclesie Episcopus fs.

† Ego Theodeuvinus sce Rufine Epus fs.

† Ego Thomas Pbr Card. titulo Vestine fs.

† Ego Alpetrus Albanensis Epus fs.

† Ego Petrus Card. Pbr titulo sancte Susanne fs.

† Ego Otto diaconus Card. sci Georgii ad velum aureum fs.

† Ego Gerardus diaconus Card. sancte Marie in Dominica fs.

† Ego Guido in Romana Ecclesia altaris Minister fs.

† Ego Astaldus diaconus Card. sci Eustachii juxta templum Agrippe fs.

† Ego Johannes diaconus Card. sce Marie nove fs.

Datum Laterani per manum Gerardi sancte Romane Ecelesie Presbyteri Cardinalis ac Bibliothecarii VI. Calend. Martii, Indictione VII. Incarnationis dominice anno 1143.

Pontificatus vero Domini Celestini Pape II. anno primo.

*Plumbum. Celestinus PP. II.*



**Num. CCXXII. 1143. 26. Octobris:**

**Mundiburdium Episcopale concessum fundatae Praepositurae in Paring.**

*Ex Mon. Boic. VIII. 594*

Heinricus Ratisponensis Ecclesiae Epus confirmat et in suam Successorumque suorum protectionem suscipit Praeposituram Canonorum regularium in Paring, quam nobiles tres uterini fratres Conradus primogenitus, Henricus laici, et Gebhardus matricis Ecclesiae Ratisbon. Canonicus unacum matre sua Machtilda, venerabili vidua in parte praedii sui in loco Paringen in Ecclesia baptismali fundarunt et Epo tuendam tradiderunt.

„Decernimus preterea, ut ministeriales matricis Ecclesie pro remedio et salute sua suorumque, si voluerint, predia sua libere eidem loco conferant sine nostra et omnium Successorum nostrorum, Ratisponensium Eporum contradictione; de beneficiis vero pro nostra Successorumque nostrorum voluntate et concessione fiat. Ut autem prepositus et fratres ejusdem loci omnipotentis Dei servitio vacare liberius valeant, ab omni exactione rerum temporalium liberos eos et quietos de cetero esse decernimus. Obeunte vero preposito ejusdem loci, nullus inibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres ejusdem loci communi assensu aut fratrum pars consilii sanioris secundum Dei honorem et beati Augustini regulam providerint eligendum. Et si idoneus in claustro proprio, quod absit, non inveniatur, proprii Epi et presidentium consilio et auxilio aliunde obtineatur. Baptismum quoque et sepulturam ipsius loci omnino liberam esse decernimus, ut eorum, qui illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extreme voluntati, nisi. forte excommunicati sint, nullus obsistat. Adjicimus insuper, ut de progenie fundatorum ejusdem loci advocatus habeatur, qni si forte rerum Ecelesiasticarum dissipator et fratribus ipsis onerosus vel importunus extiterit, ab Epo canonice commonitus, si incorrigibilis est, abjiciatur, et alter de progenie fundatorum consilio presidentium idoneus substituat. Quod si idoneus in Successione inveniri non poterit, vel Successio fundatorum defecerit, ad extraneum quemcunque idoneum advocatia transferatur. Denique siqua forte prepotens persona locum predictum destruxerit et Canonicos violenter ejecerit, fundatores vel eorum heredes bona, quecunque ab eis prefate Ecclesie contradita sunt, non in proprios usus retorqueant, sed sine distractione custodiant ejectis fratribus omnimode profutura. De ceteris autem bonis,

que eidem Ecclesie aliunde provenerunt, Canonici matricis Ecclesie in eundem modum provideant. Siquis autem huic nostre Constitutioni temere contraire temptaverit, secundo tertiove commonitus, si non presumptionem suam congrua satisfactione correxerit, anathema sit, atque a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini redemptoris nostri Ihu Xpi alienus fiat, atque in extremo iudicio districte ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit gratia et pax a Deo patre nostro et Domino Ihu Xpo, quatenus et heici fructum bone actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant amen. Acta sunt hec anno Domini 1143. VII. Calend. Novembris, indictione sexta.”

**Num. CCXXIII. 1143.**

Statutum Epi Henrici circa advocatiam Monasterii Prül.

Heinricus Ratisbonensis Epus Gerhardo Comiti de Chregling advocatiam Prülensem eo tenore concedit, ut resignato ad Epum infra ambitum Monasterii omni jure sessionis et placitationis de agris Monasterio vicinis, infra milliarium unum nihil unquam commodi vel utilitatis exigeret, item Epus ad petitionem abbatis Wernheri consentiente Comite Gerhardo praedia circumquaque de novo acquisita sive acquirenda Heinrico praefecto Ratisponensi tuenda commendavit ea conditione, ut in his nunquam placitum haberet, sed ministerialis Epi ab abbate electus contumaciam rusticorum in vicino habitantium reprimat. Haec acta sunt Ratisponae in presentia Counradi regis et principum anno 1143.

Hujus rei testes sunt Henricus dux frater Regis, Gebhardus Comes de Sulzbach, Otto Landtgravius frater supradicti Henrici praefecti, Otto Palatinus Comes, — Altman de Sigenburch, Oudalricus Vicedominus (Ratisbon.) etfraterejus Sigehardus de Eberspoint, Sigehardus de Eglofsheim, Counradus de Raitenpuch, — Bruno de Schirling.

*Ex Mon. Boic. XV. 162.*

**Num. CCXXIV. Circa annum 1144:**

Concambium inter Henricum Epum Ratisbon. et Coenobium Aldersbacense.

*Ex Mon. Boic. V. 311.*

Notum sit omnibus Xpi fidelibus tam futuris, quam presentibus, quod fratres de Alderspach commutationem fecerunt cum Epo Ratisponensi Heinrico et Preside Ottone (de Stoufen, fors tunc advocato Epi), et predium Sigheimindorf, et aliud predium Titineoue tradiderunt pro predio Wirtingen. H. r. t. sunt: Comes Heinricus de Wolpheratshusen, Comes Hertuicus de Pogen, Preses Otto de Stoufen, — Sigehardus de Eberspiunt etc.

**Num. CCXXV. 1145. 1. April:**

Concambium sive permutatio praedii in Sinzing pro praedio in Horwen.

*Ex Mon. Boic. XIII. 172.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Heinricus divina favente clementia Ratisponen. Ecclesie Epus. Ecclesia Ratisponensis, cui nos auctore Deo presidemus, predium habebat in vilia, que dicitur Sincingen, in quo et ipsius ville Ecclesia ab antiquo constructa videtur, et hoc ipsum Heinricus urbis (Ratisponen.) prefectus in beneficio a nobis habuit: Burchardus quoque ministerialis Ratisponensis Ecclesie aliud predium habuit in villa Horuen, positum in manu Dietmari de Sunichingen, qui et ipse ministerialis Ecclesie Ratisponensis fuit. Porro idem Burchardus cum esset homo Heinrici prefecti et inbeneficiatus esset ab eo cum predio in Sincingen, adiit clementiam nostram postulans, quatinus ei ipsiun Ecclesie predium suo predio supra nominato cambire liceret. Nos igitur utilitati Ecclesie providentes misimus 7. ministeriales Ecclesie, — qui utriusque predii utilitatem estimarent. Qui utriusque predii utilitate perspecta redierunt ad nos et juraverunt super Sanctorum reliquias, predium Burchardi utilitate preponderare; itaque Heinricus prefectus resignavit nobis supradictum predium, quod ipse a nobis habuerat, in villa scilicet Sincingen, quicquid habebat, — et nos cum eadem integritate tradidimus ipsum predium Burchardo per Friderici advocati nostri manum, et delegavimus illud in manum Dietmari de Sunichingen conservandum ipsi Burchardo, sive delegan-

dum, quo ipse Burchardus postularet. Burchardus quoque econtra tradidit Ecclesie per manum Dietmari de Sunichingen in manum Friderici advocati predium, quod ipse habuerat in villa supradicta Horwen, et vineam unam sitam in monte contra Ratisponam ad locum, qui dicitur Wincer cum eo jure et utilitate, quo ipse ea possederat, et nos ipsum predium ipsamque vineam inbeneficiavimus Heirico urbis prefecto pro eo beneficio., quod ipse nobis, ut supra memoratum est, resignavit. Hujus cencambii testes sunt more Bawariorum per aures tracti: Friderich advocatus,, Heinrich prefectus, — Oudalrich Vicedominus, et frater ejus Sigehart de Eberspiunt et filius ejus Sigehart, — Hartuuich et frater ejus Perhtolt de Seirichingen, — Sigehart de Egilolfesheim etc. Actum est in Castro Epi Stouphe anno ab incarnatione Domini nostri Jhu Xpi 1145. Indictione III. Kalend. Aprilis.

**Num. CCXXVI. 1145. 27 April:**

Heinricus Ratisbon. Epus donat Coenobio Rorensi decimas in Winzer.

Ex Mon. Boic. XVI. 109.

In nomine sancte et individue Trinitatis, Ego Heinricus divina favente clementia Ratisponensis Ecclesie Epus, — rebgionem regularium fratrum Rorensis Ecclesie intuentes atque indigentiam ipsorum miserationis oculo contemplantes, necessitatibus illorum communicare decrevimus et in spe divine retributionis aliquod solatium eis conferre intendimus. Itaque pro amore Dei omnipotentis decimam de predio ipsorum, quod vocatur Winzer, annuentibus Altmanno parrachiano nostro ceterisque principalis Ecclesie nostre Canonicis Rorensis Ecclesie ex integro concedimus, adicientes et statuentes, ut fratres ejusdem Ecclesie, si quas in eodem predio suis sumptibus inculta excolentes Vineas plantaverint, decimas inde nulli omnino debeant, sed eas tam de Vineis, quam de agris et de animalibus ad instaurationem Ecclesie sue in perpetuum retineant. — Actum Ratispone in majore Ecclesia sancti Petri anno ab incarnatione Domini 1146. indictione prima, V. Kalend. Maii.

**Num. CCXXVII. 1145. 30. Dec. Ex Originali:**

Protectorium papale datum Capitulo majoris Ecclesiae Ratisbonae.

Eugenius Epus, servus servorum dei, dilectis filiis Adalberto decano Ratisponensis Ecclesie, ejusque fratribus tam presentibus, quam futuris canonice substituendis in perpetuum. Dignum est et honestati conveniens esse cognoscitur, ut, qui ad Eccliarum regimen assumpti sumus, eas a pravorum hominum nequicia tueamur, et apostolice Sedis patrocinio muniamus. Ea propter dilecti in domino filii vestris justis postulationibus clementer annuimus, et prefatam beati Petri Eccliam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub ejusdem apostolorum principis et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti privilegio communimus, statuentes, ut quascunque possessiones, quecunque bona in presentiarum iuste et canonice possidetis, aut in futurum concessione Pontificum, liberalitate Regum, largitione Principum, oblationae fidelium, seu aliis iustis modis prestante domino poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda Vocabulis: Eccliam ipsam beati Petri Ratisponen. cum omnibus possessionibus et appenditiis suis, Curtem de Gislingen cum omnibus possessionibus et appenditiis suis, domos vestras claustrales, areas domorum in Civitate Ratispona sitas, Eccliam Illinchoven, Eccliam Hoyechirchen, Eccliam Waltkeringen, Eccliam Pfafenberg, Eccliam Hitinchoven, Eccliam Pfolenohoven, Eccliam Lirendorf, Eccliam Leuchingen, Eccliam Punnechoven, Eccliam Otelthaim, Eccliam Chirphinholze, Eccliam Hazenchoven, decimam Wimtingen, decimam Samtingen, decimas in Toenkove, decimas in Norkouue, predium quod habetis in Villa, que dicitur Holzen, predium quod habetis in Villa, que dicitur Heitemchoven, predium quod habetis in Villa, que dicitur Strazze, mansum quem habetis in Villa, que dicitur Talmazzingen. Ad hec adjicientes statuimus, ut nulli nisi Ecclie vre Canonicis eiusdem Ecclie archidiaconatum administratio committatur. Decernimus igitur, ut nulli omnino hominum liceat, prefatum locum temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet Vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubematione et sustentacione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Sedis aplice auctoritate, et diocesani Epi canonica iustitia et reverencia, Si qua igitur in futurum Ecclca secula-

risve persona hujus nre Constitutionis paginam sciens, contra eam venire temptaverit, secundo terciove commonita, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine dei et dni redemptoris nri Ihu Xpi aliena fiat, atque in extremo Examine districte Ultioni subjaceat: cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax dni nri Ihu Xpi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant amen, amen, amen.

Ego Eugenius catholice Eccleie Eps fs.

*Subscripserunt undecim Cardinales.*

Datum Laterani per manum Roberti sce Romane Eccleie pbri Cardinalis et Cancell. III. Kal. Januarii, Indictione VIII. Incarnationis dominice anno 1145. Pontificatus vero domni Eugenii P. P. III. anno primo.

*Plumbum adpendet: Eugenius PP. III.*

**Num. CCXXVIII. Circa annum 1145 Ex Originali:**

Henricus I. Epus Ratisbon. concedit Monasterio S. Michaelis prope Bambergam decimas in Rumoldsreut et Pillungsreut.

In nomine sancte et individue Trinitatis, Heinricus Xpi dispensante clementia sancte Ratisponensis Ecclesie Episcopus Hermanno venerabili abbati sancti Michahelis ejusque successoribus in perpetuum. Sicut injusta poscentibus jure postulata negantur, sic legitima desiderantium non est aspernanda peticio. Tuis ergo venerande frater inclinati precibus decimas villarum, que dicunter Rumoldesruit et Pillungesruit, sicut eas Oudalricus et Wolframus, qui eadem sancto Michaheli contulerunt, habuisse noscuntur, usibus fratrum tuorum permittimus et Ecclesie tue jure perpetuo subesse sancimus; de quo, ut in posterum nulla sit dubitatio, presentem Kartulam inde conscriptam ac Sigilli nostri impressione signatam coram subscriptis testibus dilectioni tue manu nostra porreximus. Hujus autem rei testes sunt hii: Gotefridus prepositus, Heinricus, Bertholdus et Adelbertus Cano-

nici, Gebehardus Comes de Sulzpach, Erchembertus de Altendorf Adalbero de Tumbrunnen et alii quam plures.

*Sigillum Epi intus impressum extat.*

**Num. CCXXIX. Circa annum 1146.**

Gerhohus Praepositus Reickersbergensis hortatur abbatem Pruveningensem, ut mitiget Epum Ratisbon. qui cives suos universim ob quorundam crimen. excommunicaverat.

Ex Pezii Codice Epistolari I. 591.

Venerabili Pruveningensis Coenobii abbati A. frater Gerliohus de Richersperge devotas orationes cum fideli obsequio. Ecclesia Ratisponensis tanquam civitas super montem posita non potest abscondi, quia est altum candelabrum, in quo posita lucerna, sive clare, sive non clare luceat, multis erit conspicua. Scitis vero, quia in tabernaculo Dei vasa candelabri aurea erant, videlicet infusoria olei et emunctoria. Scitis etiam, quid ista significant; unde non doctoris, sed monitoris officium scribendo vobis mihi assumo, qui Ecclesiae illi, quae me diu aluit, quaeque me in Sacerdotem promovit, eam fidelitatem debeo, ut si quis in ea scandalizatur, et ego urar; si quis infirmatur, et ego infirmer: audiens igitur Ecclesiae illius non modicam perturbationem,\*) non possum non turbari, atque si locorum distantia non impediret, vellem vobis caeterisque in ea spiritualibus viris adesse praesentialiter ad sedandum offendiculum perturbationis hujus, quod excommunicatione Domini Episcopi exortum, sic est mitigandum vel temperandum, ut ubi zelus ejus nimium fuerit incensus vel accensus, vos, qui spiritales estis, tanquam infusoria de auro charitatis fabrefacta illius flammam per olei affusionem temperetis; ubi autem linum fumigans ipsam flammam nimis obscurat, vos ut aurea emunctoria decerpatis, quod decerpendum videbitur vobis, in spiritu lenitatis agentibus cum ipso Domino Episcopo, quem ego in veritate diligo et libenter honoro, pro cujus etiam dilectione atque honore nunc scribo vobis, ut ipsius nobilitati suggeratis, ne a patruo suo, viro ut nostis tam virtute, quam genere nobilissimo inveniatur in aliquo degenerare, agendo aliquid praepropere vel inconsulte. Po-

\*) Confer. Hrn Gemeiners Regensburger Chronick I. 237.

terat enim sub tanto negotio incipiendo consuluisse Dominum et Patrem suum Archiepiscopum, caeterosque sibi fidelissimos, si tamen vestra prudentia id consulisset, eo quod inter suos domesticos non invenisset consilium sufficiens, quod ego vix possum credere, si modo se voluisset consiliis vestris aliorumque suorum fidelium credere. Nunc autem, quos non consuluit de initio, saltem cansulere non gravetur de fine bono, et de discreto iudicio, quo non totus populus involvatur, sed innocens a nocente, justus ab injusto juste discernatur, et erga ipsos quoque nocentes tanto misericordius agatur, quando evidentius apparet, eos, qui Ecclesiam dehonorerunt, manus violentas immittendo in virum falsarium, pauperes fuisse ac fame nimia vexatos, illud poericum elogium incidisse: Nescit plebs jejunia timere; honorabiliores autem illius urbis Cives et maxima populi multitudo innocens invenitur ab illo sacrilegio, quod in Ecclesia est commissum, quamquam plures post commissum sacrilegium se miscuerunt sacrilegis paucis ad perpetrandum homicidium. Cum ergo duo crimina illic perpetrata sint, sacrilegium et homicidium, de utriusque perpetratoribus nominatim perquisitis poterat fieri competens iudicium, quod omnino involveret totum illius Civitatis populum, nisi forte populus ipse voluisset criminosos ipsos contra justitiam defendere, sicut quando Gabonitae criminosos paucos defendendo meruerunt involvi omnes pariter in uno damnationis iudicio. Non est autem credibile, omnes cives Ratisponenses ita desipere, ut se manifeste opponant justitiae; unde consulendum est Domino Episcopo, ne involvat justum cum impio.—

**Num. CCXXX. Circa annum 1146. Ex Diplomatario coaevo:**

Traditio praedii Mögenspach ad Monasterium superius.

Notum sit omnibus fidelibus tam presentibus, quam futuris, quod Comes Adalpertus de Pogen, et uxor ejus Hadewig tradiderint quoddam praedium, quod situm est Magensbach cum cultis et incultis ad altare sancte Marie cum consensu filiorum ac filiarum ac suarum H. r. t. sunt: Roudolf de Framerichersberge, Marquart de Niunhusen, Pube de Charse, Rapot de Niunbusen, Gozpolt de Rotenbach, Purchart et fratres ejus, Timo, Adalhoh de Terenbach, Pernhart de Gebelenhoven, Arnolt, Ludewich et frater ejus Perhtolt.



**Num. CCXXXI. 1147. 17. Sept:**

Mundiburdium papale datum Monasterio Prül.

Eugenius Papa ad preces abbatis Wernheri Monasterium in Prül ord. sancti Benedicti sub sancti Petri et sua protectione suscipit ac communit, statuens, ut ordo monasticus secundum Benedicti regulam institutus perpetuis temporibus inviolabiliter conservetur bonaque et presentia et futura ipsi firma et illibata permaneant, scilicet, quae Henricus I. Epus Ratisponen. devotionis intuitu contulit et suo scripto firmavit. Abbatis electio sit libera: eum consuetis clausulis.

Ego Eugenius catholice Ecclesie Epus

*Dein sequitur subscriptio 5 Cardinalium.*

Datum apud Cistersium per manum Hugonis Presbri Card. XV. Kal. Octobris, indictione X. incarnationis dominice anno 1147- Pontificatus vero Domni Eugenii Pape tertii anno tertio.

*Mon. Boic. XV. 156.*

**Num. CCXXXII. Circa annum 1147.**

Epus Rat. Henricus eximit Coenobium Windbergense ab exactione decimarum novalium.

*Ex Mon. Boic. XV. 561.*

Notum sit omnibus tam presentibus, quam futuris, quod ega Henricus dei gratia Ratisponensis Ecclesie Epus pro remedio anime mee justis postulationibus Gebehardi prepositi de Winithberg; ejusque fratrum tam presentium, quam futurorum libenter annuo, et ut juxta concessionem apostolicorum virorum Innocentii videlicet et Eugenii laborum eorum, quos propriis manibus aut sumptibus colunt, sive de nutrimentis eorum animalium nullus omnino ab eis decimas exigere presumat interdico. Precipue tamen Decretum hoc in allodio eorum, quod Vürlbach dicitur, perpetuis temporibus inviolabiliter conservari decerno, et ut Ecclesiam in eodem allodio nuper edificatam, cum dedicata fuerit, ipsi procurent, tam auctoritate nostra, quam banno concedo. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisve persona hanc nostre Constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, excommunicationis sententiae subiacebit, amen.

**Num. CCXXXIII. Circa annum 1147. Ex Diplomatario:**

Donatio Castri Hohenburg cum omnibus Ministerialibus suis, facta ad altare beati Petri in manus  
Henrici Episcopi Ratisbonensis.

Omnium noverit industria fidelium, quod Comes Ernest de Hohenburg, et frater ejus Fridericus, cum ambo essent sine Uxore et filiis, tradiderunt Castrum suum, quod dicitur Hohenburc, et omnes Ministeriales suos super altare beati Petri cum omni Jure proprietatis, quod in eis habebant, in manus Episcopi Henrici, et Comitis Friderici advocati sui, si contingeret, eos sine herede decedere. Hujus rei testes sunt: Fridericus advocatus, Ottho Purggravius, Ottho Landtgravius, Ottho Palatinus, Udalricus Vicedominus, Sigehardus de Eberspiunt, Hitzo de Raittenpuch et frater ejus Conradus, Hartfolk in der Hayde, Ortliep Chazpich de Wolfheringe, Warniht et duo filii sui, Cunrad et Wirnth de Smidegademe, Herman de Rattendorf, Hartnit de Ebermittesdorf, Razo et Gumbrecht, Gebhart frater ejus, Ruprecht, Odalrich, Ippo fratres de Ulsenbach, Hartnith et duo filii ejus de Haselbach, Wichnant et frater ejus Rapot de Thumprune, Berchtold de Labere, Wernhere de Ruth, Wirnth de Hempenvelt, tres fratres Poppo, Chunrad et Gebhard de Pernruth, Udilschalch de Weidenthal, Alber et Odalrich fratres, isti sunt de nobilioribus: hi vero ministeriales, Dietmar, Albreth et Bernhard de Ettenhart, Pertold et filius Alberonis Gozewin de Porchusen, Ernest et sororii ejus duo Rempotto et Ernest de Wolmuteshofen, Karlo et Otto frater ejus de Husen, Udalricus et Adalrich de Arlisbuch, Rupreht et frater ejus Wirnth de Swiber, Ernst et frater ejus Liupolt de Husen, et frater ejus Imifrid, Chunrad, Carlman, Gisiilman, Ruthlant de Hermenhoven, Rempoto de Gozendorf et fratres ejus duo, Utto de Tanhusen et Wolfram de Puch, Albreht et Rupreht de Urobrechtshoven, Heinrich, Friderich, Udalrich, Hartliep, Lertfried de Windebuch, Winhart et frater ejus Pernart, Diether de Geylichingen, Hartliep de Durnichsrouth, et Fratrueis ejus Hartliep, Chunrad, Friderich, Gotfrid, Rudiger et frater ejus Sigibotho de Leninngen, Tuto et Mangold de Erlingen, Hugo Sneurhiet, Rupreht et Cunrad, Hartnit, Rupreht et filii ejus Pilgrim de Wiltperch et frater ejus Albert, et sororius ejus Enlbreth, Chunrad Dabachzmalz et frater ejus Gotfrid de Nienchirchen parochianus, et frater ejus Ketherich, Hartwickh et Engelschalch, Deginwart de Hugendorf, et Udalrich, Rutber, Hartenwich de Salz et frater ejus Anselm, Epo de Puragen

et frater ejus Sigihart, Dietmar Yconomus de Sezendorf, Udalrich Krann, Pilgrim de Tanne, et alii quam plures Ministeriales majoris Ecclesie, et Comitis Gebehardi (de Sulzbach), quorum nomina ignoramus, vivorum et mortuorum.

**Num. CCXXXIV. 1148. 29. Nov. Ex Originali:**

Mundiburdiium papale datum Monasterio Scotorum ad sanctum Jacobum Ratisbonae.

Eugenius. Epus servus del dilectis filiis Christiano abbati Monasterii sancti Jacobi Ratisponen. ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Quociens illud a nobis petitur, quod rationi et honestati convenire videtur, animo nos decet libenti concedere et petencium desideriis congruum impertiri suffragium. Ea propter dilecti in Domino filii vesiris justis postulacionibus clementer annuimus, et predecessoris nostri felicis memorie Pape Calixti vestigiis inherentes Monasterium ipsum, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti privilegio communimus, statuentes, ut Ordo monasticus in eodem Monasterio institutus secundum beati Benedicti regulam futuris ibidem temporibus inviolabiliter conservetur. Preterea quecunque bona, quascunque possessiones idem Monasterium in presenciarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largicione regum vel principum, oblacione fidelium, seu eciam aliis justis modis Deo propicio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatum Monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexacionibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernacione et sustentacione concessa sunt, usibus omnimode profutura, salva Ratisponensis Epi canonica justicia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo terciore commonita, si non satisfacione congrua emendaverit reatum suum, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se, divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine dei et dni redemptoris nostri Ihu Xpi aliena fiat, atque in extremo examine di-

stricte ulcioni subjaceat: cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax dni nostri Ihu Xpi, quatinus et hie fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis iuveniant, amen.

Ego Eugenius catholice Ecclesie Epus.

Datum Sene per manum Guidonis sancte Romane Ecclie diac. Card. et Cancellarii, III. Kal. Decembris, indictione XII. incarnationis dominice anno 1148. Pontificatus vero domiai Eugenii Pape III. anno quarto.

*Plumbum. Eugenius PP. III.*

**Num. CCXXXV. 1148:**

Henricus Ratisbon. Epus Coenobio Manse dat Humersbach prope Pechlarn situm.

*Ex Chronico Lunaelacensi p. 126. Confer. Pez. VI. 350.*

In nominae sanctae et individuae Trinitatis, Ego Henricus dei gra Ratisponensis Eccliae Epus. Si nos sumus Paterfamilias ad hoc in magna sua domo, hoc est Ecclia dispensatores constituti, ut ad mensuram fidei singulorum indigentiae consulamus, justum est, ut etiam eorum necessitati, quorum conversatio a tumultu saeculari remota est, praecipue ut domesticis fidei pro aeternis temporalia, pro coelestibus transitoria ministremus. Hac itaque justa ratione dilectis fratribus de Monasterio B. Michaelis Mansee, dum de terrena Substantia utpote pauperibus Christi aliquotiens succurrere necessarium duximus, inducti precibus venerabilis et dilecti fratris nri Waldheri abbatis ejusdem loci, beneficium quoddam dictum Humersbach ob memoriam nostri et praedecessorum nostrorum praefato Monasterio jure proprietatis contulimus: quod videlicet beneficium quidam Hartuuicus de Hage hac petitione nobis apud locum, qui dicitur Bechlaren, resignaverat, ut ipsum pro remedio animae ejus, parentumque suorum saepe dicto loco concederemus, pro qua tamen spontanea resignatione praedictus abbas praenominato Hartuuico quasi in signum rei gestae debitum duorum talentorum exsolvit. Cuius rei testes sunt Hardunch, Waldrich, Herman, Hartung, Marquart de Ochsenbach, Hitzo de Pirchenfeld, Gewolf praepositus Comitis Gebhardi, Rudiger de Hohenstein, Dietrich filius Hartuuici de Hage, Eberhard de Hofberg, Otto de Ochsenbach et alii quam plures. Ut autem haec no-

stra traditio rata sit, et in posterum praefati fratres alicujus Contradictionis molestiam super hac eadem nra traditione non paterentur, hanc inde paginam confecimus et Sigilli nri impressione muniri jussimus. Acta sunt haec anno Christi 1148. Indict. II. regnante dno Cunrado, anno videlicet regni ejus XI. Pontificatus vero nri XVII.

**Num. CCXXXVI. Circa annum 1149. Ex Diplomatario coaevo.**

Traditio facta ad Monasteriam superius.

Notum sit omnibus, qualiter Oudalscalch Comes ad superius Monsterium Deo famulantibus sanctimonialibus in servitium pro sue remedio anime tradidit, quicquid predii vel mancipiorum in Puninga et Manrichinga habuit, et duas vineas in Wergilaperga. Isti sunt testes: Cumpolt, Liuperht, Ratolt, Helemperht, Oudalscalch, Roupreht, Meginhart, Adalhoh, Waltun, Adalhoh, Salman, Ortuuin,

**Num. CCXXXVII. Circa annum 1150, Ex Diplomatario coaevo.**

Traditio ad Monasterium superius facta a Liutkarde Comitissa de Bogen.

Noverint tam futuri, quam presentes, quod quedam nobilis matrona, nomine Liutkard, scilicet uxor Friderici advocati (Ratisponensis), materque secundi advocati Friderici potenti manu tradidit ad aram sancte Marie quoddam predium in villa Pouningen silum pro remedio anime sue omniumque parentum suorum. Hujus rei testes sunt per aures tracti, servientes sibi: Lantolt, Chounrad, Hartman, et de familia sancte Marie Walchoun, Pilgrim, Merbot, Perhtolt, Chounrat.

**Num. CCXXXVIII. Circa annum 1150. Ex Diplomatario coavo:**

Traditio pep eandem Comitissam de Bogen facta ad Monasterium superius.

Notum sit Xpi fidelibus tam futuris, quam presentibus, quod predicta matrona Liutkardis predium suum Ebelingen absque omni contradictione in manus Palatini Friderici contradidit delegando super altare sancte Marie in superiori Monasterio. Huius rei testes sant per aures tracti: Dietmar de Ergoltingen, Herman de Aeriben-

hoven, Ilsunch de Wezzesteten, Gotpolt de Giesenpach, Raheuuin de Humbelesdorf, Dietmar de Sunnechingen, Pilgrim de Gisilheringen, Hagen de Lengenvelt, Rapoth.

**Num. CCXXXIX. Circa annum 1151. Ex Diplomatario coaevo.**

Traditio facta ad Monasterium superius.

Notum sit omnibus Xpi fidelibus, quod quidam Comes, nomine Sigehardus pro annona trium filiarum suarum tradidit ad altare sancte Marie, quicquid predii habuit in villa Hohdorf cum 14. mancipiis et cum omnibus illuc pertinentibus, quesitis et non quesitis, et cum omni legalitate, qua sibi servicio fuit, presente uxore et filiis suis. Isti sunt testes: Roupreht, item Roupreht, Magan, Erchenpreht, Hettil, Adalperht, Volrat, Cunthart, Sarhilo, Heinrich, Helemperht, Babo, Dietrich.

**Num. CCXL. Circa annum 1151. Ex Diplomatario coaevo:**

Traditio molendini ad Monasterium superius.

Notum sit omnibus quod quidam Comes, nomine Friderich eum manu advocati Hartuuigi, ac prepositi Wisili tradidit ad aram sancte Marie molendinam sitam in pago Prisingine. Isti sunt testes per aures tracti: Salaman, Comes Friderich ac filius ejus Friderich, Walttan, Immo, Aribo, Gotschalch, Isinperht, Wasigrim, Wazili, Reginhart.

**Num. CCXLI. 1152. 26. Maii:**

Privilegium Epi Henrici concessum Monasterio Raitenhaslacensi.

*Ex Mon. Boic. III. 110.*

Heinricus Ratisponensis Ecclesiae Epus Monasterio Raitenhaslach donat decimas novales terrae in Epatu suo, quam monachi proprio labore ac sumtu colunt.

„Adiicimus etiam de Capellis, quas iure fundi vel nunc possidetis, vel adhuc iusta ordinatione per Dei gratiam possessuri estis, ut nul-

lum in eis fiat ministerium sacerdotale nisi vestri assensus rationabili approbatione, firma et inconvulsa vobis permanente predictarum Capellarum facultate in dotibus aliisque oblationibus, ea videlicet cautela interposita, ut parochiales Ecclesie a colonis, quibus divina faciunt, iustam subiectionem obtinentes per easdem Capellas, non minuantur in subtractione alicuius iustitie sibi a colonis debite, v. g. in decimis, in sepulturis, in baptismo et ceteris hmoi. Nequis autem nostre institutionis paginam temere audeat violare, hanc nostram subscriptionem nostri Sigilli impressione roboratam banno quoque firmamus Episcopalis nostre auctoritatis. —“ Datum Salzburg in praesentia Domni Eberhardi Salisburgensis Archiepi anno ab incarnatione Domini 1152. VII. Kalend. Junii, indictione XV. anno I. regni Friderici Regis.

**NUM. CCXLII. 1154:**

Epus Henricus adjudicat Hospitali in Prühl Capellam in Alling.

*Ex Mon. Boic. XV. 176.*

Heinricus Ratisponensis Ecclesiae Epus testificando notlficat Capellam in loco Alling constitutam cum sua possessione ad hospitale pauperum, quod est in Prühl, pertinere.

„Ipsam enim quidam Nobiles viri propriis sumptibus construxerunt, propriis redditibus dotarunt, quorum heredes pro redemptione anime sue, ut sit subsidium alimonie pauperum, ad prefatum hospitale eam delegando tradiderunt. Itaque Presbytero, in cuius Parochia sita est, presente et pro eadem coram me causante, hospitali adiudicata est sententia ordine iudiciario data, cui ego Heinricus Ratisponensis Epus subscribo, et per Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum sub anathemate interdicto, ut nemo presentium vel futurorum audeat vel presumat illam sibi usurpando in suum ius vindicare, preter Magistrum et Provisorem pauperum ab abbate et fratribus constitutum. Et ut hec subscriptio sive Confirmatio certior ac credibilior in futuris temporibus habeatur, Sigilli mei impressione iusseram insigniri.” Anno incarnationis 1154. indictione XI. regnante Friderico serenissimo Imperatore, ac venerabili Epo Heinrico haec Confirmatio et corroboratio in Dei nomine facta est feliciter, amen.

**Num. CCXLIII. Circa annum 1155. Ex Diplomatario.**

Epus Hartuuicus II. confirmat Collegiatae S. Joannis Rat. decimas ex vineis inter Wisent et Tiefenthal. Noverit industria omnium fidelium Xpi tam futurorum, quam presentium, quod ego Hartwicus dei gra Ratispon. Epus predecessoris mei Heinrici Epi traditionem, qua fratribus de sco Johanne decimas Vini de omnibus Vineis inter Wisent et Tursental nuper plantatis, et adhuc plantandis, ita ut nemo cum eis ipsas presumat dividere, tradidit benigne, ob salutem anime mee suscipio et ratam haberi precipio. Ne autem hec iterata traditio a memoria excidat, scripto et Sigillo precepi muniri.

**Num. CCXLIV. 1156. 19. Martii. Ex Originali:**

Mundiburdiu papale concessum Monasterio Scotorum ad S. Jacobum Ratisbonae.

Adrianus Epus servus servorum Dei, dilectis filiis Gregorio abbati Monasterii sancti Jacobi, quod in suburbio Ralispone situm est, ejusque fratribus Scotis tam presentibus, quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Pie postulacio voluntatis effectum debet prosequente compleri, quatinus et devocionis sinceritas laudabiliter existat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter dilecti in Domino filii vestris justis postulationibus clementer annuimus et predecessorum nostrorum felicis memorie Calixti et Eugenii Romanorum Pontificum vestigiis inherentes prefatum Monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti privilegio communimus, imprimis siquidem statuantes, ut Ordo monasticus, qui secundum Deum et beati Benedicti Regulam in eodem loco noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter conservetur. Preterea quascunque possessiones, quecunque bona idem Monasterium in presenciarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largicione regum vel principum, oblacione fidelium seu aliis justis modis deo propicio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devocioni et extreme voluntati, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen justicia matricis Ecclesie. Ad indicium autem



hujus a Sede apostolica concessi precepti protectionis bizancium unum nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat, prefatum Monasterium temere perturbare, aut aqueductum ab abbate de Prule vobis iuste concessum, seu ceteras possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexacionibus fatigare; omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernacione et sustentacione concessa sunt, usibus omnimode profutura, salva Ratisponensis Epi canouica justicia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitucionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonita, si non satisfactione congrua, emendaverit reatum suum, potestate honorisque sui dignitate careat, reamque se divina judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et domini Redemptoris nostri Ihu Xpi aliena fiat, atque in extremo examine districte ulcioni subjaceat; cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Ihu Xpi, quatinus et heic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant, amen.

Ego Adrianus catholice Ecclesie Epus.

*Deinde sequitur subscriptio quinque Cardinalium.*

Datum Laterani per manum Rolandi sancte Romane Ecclesie pbrri Cardinalis et Cancellarii XIII. Kalend. Aprilis, indictione V. incarnationis dominice anno 1156. Pontificatus vero domini Adriani Pape IV. anno tercio.

*Plumbum: Adrianus PP. IIII.*

**Num. CCXLV. 1156. 11. Novembr.:**

Epus Hartuuicus altare in Monasterio S. Magni pede pontis dedicat, ac eidem decimam cum baptisnate, et sepulturam propriae villae am Hof pro dote offert, quatenus sepultura propriae villae esset dos, esset parochia Ecclesiae ripariae. Nam eo tempore, quo Rex Conradus castrum Ottonis Palatini Comitis in Kelhaim obsederat, eodem tempore (1151) Rex ad Eoelesiam beati Magni veniens, praedium illud ripense am Hof situm inter duo flumina Reganum et Danubium cum omni sua attinentia regali proprietati subiecit. Postea vero Gebhardus Provisor Ecclesia ripensis praesentiam Regis Conradi adiit, qui precibus tam venerabilis viri motus

praedium istud restituit, ac Canonicis regularibus pro dote contulit simul in eo publicam mercaturam omni feria tertia instituit. Quae omnia Epus Hartuuicus dictis Canonicis auctoritate et banno Episcopali confirmat. Facta sunt autem haec anno ab incarnatione Domini 1156. in festiuitate beati Martini Epi et Confessoris.

*Hundii Metrop. II. 310. Edit. Ratisbon.*

**Num. CCXLVI. Circa annum 1156. Ex Diplomatario:**

Traditio horti et duorum curtium ad Monasterium Prül, eorumque locatio vitalitia.

Notum sit omnibus Xpi fidelibus, qualiter quidam Chunradus civis Ratisponensis mercede hoc impetravit a quodam Ratisponensi Canonico, nomine Chunone de Raitenpuch\*) ut hortum unam vicinum domui illius, quo inbeneficiatus erat a Ratisponensi Epo Hartwico, ipsi resignaret ea conditione, ut ipse dnus Epus eundem hortum sco Vito in Prül sibi que servientibus contraderet. Hoc factum est sub frequentia clericorum et ministerialium, qui audierunt et viderunt: Wernherus, Hainricus, Pernhardus, Ditmarus, Chuno, Wirnto de Pühse, Haitfolchus de Ratispona. Item supradictus Chunradus mercede impetravit ab Ortlieb cive Ratisponensi, ut duo curtia in Ratispona inter tonsos in loco, qui dicitur ad horreum, quibus inbeneficiatus erat a supradicto Ratispon. Epo, eidem resignaret, et Epus modo supradicto sco Vito eique in Proule servientibus contraderet. Hoc est factum coram clericis et militibus, qui presentes audierunt et viderunt: Wernherus, Hainricus, Ditmarus, Chuno, Udalricus de Steine, Wirnto de Pühse, Pernhardus de Gepinhaim, Ortlieb de Ratispona, Haitfolchus, Hainricus et frater ejus, Udalricus de Grube, Hainricus de Frisinga, Sigihardus de Grumbah. Hec duo curtia debet habere in beneficio supradictus Chunradus ab abbate Prulensi, ipse et filii ejus tantum, non vero posterii eorum, nec filie ejus, ea conditione, ut censum ex eis persolvant ab unoquoque XII. denar. Debet quoque habere et hortum ipse tantum, et non filii ejus dato censu VI. denariorum. Hec stabilita sunt sub testibus istis: Ortlieb, Gozwin et filius ejus Gozwin, Haitfolch, Rudolf Watmangaer, Fridericus, Pernhardus, Chunradus, Waltherus, Walt-

\*) Anno 1167. electus est Epus Ratispon.

mann, Udalricus, Hainricus. Debet quoque habere predium nostrum, quod dicitur ad Judeos, ipse tantum, et nullus posterorum ipsius. Hec rata erunt, aisi ipse sua petitione mutare voluerit.

**Num. CCXLVII. Circa annum 1156:**

Hartuuicus II. Epus Rat. confirmat Ecclesiae in Geltolfing proprium Sacerdotem.

*Ex Mon. Boic. XII. 108.*

Pateat omnibus Xpi fidelibus tam successuris, quam presentibus, qualiter ego Hartuuicus dei gratia Ratioponensis Epus vestigia predecessoris mei Chounonis felicis memorie secutus Ecclesie apud Geltolfing (ab eodem Epo Chounone 1126. dedicate) ex privilegio concessi, ut singularem et proprium sacerdotem habeat, qui de solis ipsius Ecclesie redditibus sustentetur. Porro de jure matricis Ecclesie (Aiterhovensis) nihil omnino contingat, nisi quod familiam eorum, ad quos eadem Ecclesia spectat, que ibidem commoratur, libere baptizet et sepeliat. Et ut hec nostra concessio rata et indubitata futuris maneat temporibus, hanc inde cartam conscribi et Sigilio nostro jussimus communiri.

**Num. CCXLVIII. 1157. 5. Februarii. Ex Originali:**

Imperator Fridericus I. Ulmae adprobat Sententiam jam prius promulgatam de feodis Epatus Ratisbon. et Coenobii S. Einmmerami ad foeminas non transeuntibus.

In nomine sancte et individue Trinitatis, Fridericus divina favente clementia Romanorum Imperator et semper Augustus. Decet omnes christiane fidei amatores religionem diligere et loca venerabilia divino obsequio mancipata congrua devotione fovere. Ecclesia sancti Heimmerami largissimis predecessorum nostrorum privilegiis honorata, hanc meruit in suis possessionibus habere prerogativam, ut beneficia de manu abbatis ipsius Ecclesie largienda, ratione Successionis nunquam in feminarum transeant potestatem. Contigit autem, quendam beneficiatorum et ministerialium ejusdem Ecclesie Hertuuicum de Danne nostro tempore sine masculis heredibus a vita decedere et beneficium, quod tenuerat, in abbatis arbitrio remanere, quod videlicet beneficium defuncti illius filia, nomine Margarita sui juris esse existimans contra memoratum abbatem Albertum

in nostre Serenitatis presentia querimoniam posuit, et jam dictum beneficium sui juris esse asseveravit. Quare et nos Heinrico Radisponense Epo, et jam dicto abbate ante nostram presentiam evocatis, coram Principibus exacta inquisitione discussimus, que predictarum partium allegatio rationi inniteretur. Ubi tandem ex Principum sententia Domino favente comperimus, quod Ecclesia Pontificalis in Radispona, et Ecclesia sancti Hemmerami, que pariter uno eodemque conditionis jure fungi noscuntur, heredibus feminei Sexus nunquam beneficium de jure concedere deberet, quam videlicet Sententiam a Vicedomino Oudalrico promulgatam consentientibus omnibus, qui presentes erant, Principibus, imperiali auctoritate duximus roborandam.

In generali ergo Curia in purificatione sancte Marie Ulme celebranda sepe dictus abbas ad illius Sententie confirmationem privilegium a nostra Celsitudine impetravit. Notum sit ergo tam futuris, quam presentibus Xpi fidelibus, quod nos Ecclesiam sancti Hemmerami in nostram protectionem suscepimus, et sepe dictam Sententiam ex consensu multorum Principum promulgatam presentis Scripti privilegio confirmavimus statuentes, ut nullus Regum aut Imperatorum nec Archiepus, nec Epus, nec Abbas, nec Dux, .nec Marchio, nec Comes, nec alia major minorve persona Sententiam illam infringere aut violare presumat, sed maneat in perpetuum ei, cui collata est, Ecclesie omnimodis valitura. Et ut hec omnia in perpetuum firma atque inconvulsa permaneant, presentem paginam Sigilii nostri impressione jussimus insigniri. Testes, qui Radispone in prolatione Sententie presentes fuerunt, sunt hii: Heinricus Radisponensis Epus, Heinricus prefectus, Otto frater ejus, Ofto junior Palatinus, Heinricus Comes de Wolveradeshusen, Ernest Comes de Hohenburc, Fridericus frater ejus, Counradus Comes de Ronige, Ondalricus de Stein, Altman de Sigenburc, Wernherus de Laber, Rupert Wolf, Adelbert de Boccesberc, Otto de Mosen, Erbo de Bibure, Engelhart de Ludenbach, Baldeuvin, Ortlieb, Friderich, Rodeger, Erbo sculteta, Oudalricus de Pentelingen, Poppo de Herdtingen, Durinchart de Punnichoven, Perhtolt, Gozwin, Heinrich, Hertuuich, Counrad, Godebolt et alii quam plures, Qui vero Ulme, ubi lactum est hoc privilegium, presentes erant, sunt isti: Hermannus Constantien. Epus, Counradus Augustens. Epus, Counradus Wormatien. Epus, Albertus Tridentinus Epus, Albertus Elewangensis Abbas; Welfo Dux Spolete, Berhdolf Dux de Zehringen; Fridericus Dux Suevorum filius regis

Counradi, Otto Palatinus Comes de Witelinesbach, Berhdolf Marchio de Vohenburch, Heinricus Buregravius Radisponensis, Heinricus Comes de Wolveradeshusen, Altmaan de Sigenburc, Bilgrinus de Wolmoutsa, Rupert Wolf, Wernherus de Gibesdorf, Albert de Musse, Hadamar de Ahusen, Baldwinus de Radispona, Wernhart de Lengenvelt.

*Signum Domni Friderici Romanorum imperatoris Augusti. (Monogramma.)*

Ego Reinald Cancellarius vice Arnoldi Moguntine Sedis Archiepi et Archicancellarii recognovi. Datum Ulme nonas Februarii, indictione V. anno dominice incarnationis 1157. regnante domno Friderico Romanorum imperatore gloriosissimo anno regni ejus V. imperii vero II. Cum Sigillo majestat. illaeso.

**Num. CCXLIX. 1157. 25. Maii.**

Hartuuicus II. Epus Ratisbon. cum Ottone Epo Frising. de controversi Dioeceseos finibus per arbitros transigit.

*Ex Meichlbeck hist. Frising. I. 334. Hansiz II. 254.*

Eberhardus dei gratia Salisburgensis Ecclesie Epus, et Gotehardus eadem gratia Admontensis Monasterii abbas omnibus Xpi fidelibus tam presentibus, quam futuris in perpetuum. Quoniam ea, que vel consilio terminantur, ne a memoria excidant, in scripta sunt redigenda, idcirco causam illam, que inter venerabiles fratres nostros Ottonem Frisingensem et Hartuuicum Ratisponensem Epos de terminis Epatuum hactenus ventilata est, qualiter a nobis terminata sit, universitati vestre significamus. Uterque namque Epus fide data ia manus nostras consentiente utraque Ecclesia compromisit, ut quicquid de eadem controversia iudicio vel consilio diffiniremus, ratam haberet et observaret; et siquis eorum a nostro consilio vel sententia recederet, alteri centum libras persolveret et nobis tantumden. Tali securitate accepta partes diligenter et sufficienter hinc inde audivimus, testibus etiam studiose examinatis et susceptis, communicato consilio cum viris religiosis et sapientibus, qui tunc aderant, tale dedimus con-

silium, ut Ratisponensis Ecclesia terminos illos, qui in controversia erant ex parte Aquilonaria fluminis Isare, quiete et pacifice possideret: Frisingensis vero Ecclesia ex parte Australi ejusdem fluminis Ecclesiam Termarschirchin cum populo, qui est inter eandem Ecclesiam, et Frisingensem Epatum ad partem occidentalem ejusdem Ecclesie cum duabus aliis Ecclesiis Bercheim et iterum Bercheim quiete possideat; populum autem, qui est inter predictam Ecclesiam et Ratisponensem Epatum a parte orientis prenominate Ecclesie, Ratisponensis Ecclesia pacifice detineat. Dos vero earundem Ecclesiarum in cujuscunque terminis jure fundi, ad easdem Ecclesias pertineat. Hoc nostrum consilium uterque Epus consentiendo approbavit et a fide, qua sibi invicem et nobis tenebantur, ad petitionem eorum absolvimus. Hec igitur, que a nobis tali consilio terminata sunt, ut firma et illibata in futurum permaneant, litteris annotari et Sigillo nostro communiri fecimus anno ab incarnatione Domini 1157. indictione V. octavo Kalend. Junii, anno Domni Eberhardi Salzburgensis Archiepiscopi XI. Actum Hohenouwe feliciter, amen.

**Num. CCL. 1158. 10. Martii:**

Hartuuicus II. Epus Rat. concambiat cum Coenobio Windbergensi, tradens illi partem montia Pilaba, et recipiens in usum Ecclesie Rat. curtem Langenowe.

*Ex Mon. Boic. XIV. 26.*

In nomine sancte et individue Trinitatis, Ecclesie Ratisponensis per divinam misericordiam Epus Hartuuicus secundus. — Noverit fidelium industria, quod cum Ecclesia Windebergensi consentiendo precibus abbatis Gebehardi et fratrum suorum legitimum fecimus concambium, tradendo Ecclesie illi terram incultam, videlicet partem montis, quem vocant Pilnha, secundum terminos per fideles nostros Roubertum prepositum, Werntonem dapiferum, Hainricum de Liuoluingen ministeriales, et Roudolfum villicum, sicut precepimos, positos et signis apparentibus notatos, in superiore parte usque ad verticem montis, in latere usque ad lapidum effosuram; recipiendo autem in usum Ecclesie nostre curtem, nomine Langenowe juxta castrum Valkenstaine positam. Aderant etiam advocati Comes Gebehardus (de Sulzbach), et Comes Pertholdus (de Bogen), qui vicissim, sicut consuetudo docet justitiaria, alter in alterius manum dele-

gationem donando, quod ad eos spectabat, justo modo compleverunt, Auctoritate ergo et banno beati Petri Domni Apostolici et nostri concambium supradictum confirmamus, et scripto presentis pagine Sigillatione nostra impresse ratum et illibatum permanere decernimus. — Data est anno ab incarnatione Domini 1158. indictione VI. sexto Idus Martii Ratispone, regnante Friderico Imperatore Augusto anno tertio, Ratisponensis Ecclesie Episcopi Hartuuici II. anno quarto.

**Num. CCLI. Circa annum 1159. Ex Originali:**

Hartuuici Epi Ratispon. donatio hospitali S. Catharinae Ratisbon. facta.

Noverint omnes fideles Xpi tam successuri, quam presentes, quod ego Hartuuicus dei gracia Ratisponensis Ecclesie Episcopus pro remedio anime mee, et amore dilecti fratris nostri Hagenonis Canonici sci Johannis aream curie nostre contiguam tradidi pauperibus Hospitalis juxta Monasterium sci Johannis\*), ipse vero domum in eadem area edificatam pauperibus predicti Hospitalis contradidit, et hoc ratum haberi coram clero et populo banno et episcopali auctoritate precepi. Hujus rei testes sunt: Wernherus prepositus, Erhardus decanus, Eberhardus Magister scholarum, Roudigerus celerarius, Heinricus Scazflise archidiaconus, Gotefridus archipresbyter, Hermannus, Diethmar parrochianus, Merbot, Heinrich camerarius, Freno, Chouno de Raitenbuch, Engelbertus Marchio de Chraiburch, Rapoto Comes de Ortenberch, Pabo de Zollingen, Pilgrim de Wolmoutsa, Oudalricus vicedominus, Hizo de Raitenbuch, Sigehart de Eberspeunt, Altmann de Egeloveshaim, Hartmanii de Sirechingen et frater eius Perhtolt, Wirnt de Puhse, Hartwich de Sunechingen, Regil camerarius et ceteri quam plures. Ut autem hec tradicio indubitabilis et inviola-

\*) Usque ad annum 1429 et postea adhuc in Sigillo Conventus Hospitalis Ss. Joannes Ev. et Joannes Baptista repraesentantur, etsi Hospitale jam ad annum 1238. communiter adpellaretur ad sanctam Catharinam, hinc in Sigillis Magistrorum hospitalis semper videnda c«t imago S. Catharinae Virginis et Martyris. Bene etiam distinguitur in hoc diplomate Monasterium sancti Joannis ab ipso Hospitali pauperum, id est Conventus fratrum religiosorum a domicilio pauperum et infirmorum.

bilis futuris permaneat temporibus, hane inde cartam conscribi et Sigillo nostro jussi muniri.

*Cum Sigillo Epi Hartuuici fracto.*

**Num. CCLII. 1160. 22. Sept. Ex Originali:**

Conradi Pataviensis Epi donatio decimarum ad parochialem Ecclesiam in Hochelingen sitam in fundo  
Friderici Praefecti Ratisponensis.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Chounradus dei gratia Pataviensis Epus omnibus Xpi fidelibus salutem in perpetuum. Bonorum Principum est, Ecclesias ad honorem Dei fundare et eas pro divina remuneratione capessenda ditare; per hoc enim bona fama eorum augetur et crescit in terris, atque gloria et retributio cumulat in celis. Nihil enim Deus inremuneratum et impunitum dimittit. Que cum ita sint, significamus omnibus Xpi fidelibus tani futuris, quam presentibus, quod nos inducti petitionibus Sororii nostri Friderici Ratisponensis prefecti manus consecrationis cujusdam Ecclesie in fundo suo, que vocatur Hochelingen, imposuimus et eam plebesanam et matricem esse constituimus, terminos autem ejus a Waidenbach, ubi exordium habet predium monachorum de Boumgart enp erg, et per totum predium predicti Comitis filii et patris sui Hainrici, quantum durat versus Boemiam, extendimus et inde per ascensum et descensum a dextris et a sinistris, et in circuitu omnia, que coli possunt, usque ad orientalem hisperam, et per descensum hujus fluminis usque ad danubium eisdem terminis cum omni integritate subiicimus, terciam vero porcionem decimationum, que nos attingit, ad usus et prebendam plebani sacerdotis, qui legitima petitione prefati comitis ibi constituitur, et a Pataviensi Epo cura animarum investitur, libere tradimus et in perpetuum concedimus, exceptis decimationibus, que ex duabus villis Hochelingen redduntur et persolvuntur, hec ad, prebendam confratrum et Canonicorum S. Stephani Patavie ex traditione Predecessorum nostrorum retro ex antiquo tempore pertinebant, et adhuc omni salvo jure decimationis, nisi legitimo concambio commutentur, in perpetuum pertineant, tantum baptismum et sepulturam, et cetera divina a prefata Ecclesia Hochelingen et a Sacerdote, qui ei ministrat, percipiant. Ut hec rata et inconcussa in posterum permaneant, presentis pagine scripto



confirmamus, atque impressione Sigilli nostri roboramus, statuentes, ut nulli hominum liceat, hoc factum nostrum attenuare, transfundere, immutare. Hujus rei testes sunt: Oudalricus prepositus sancti Ypoliti, Selpkerus prepositus sancti Johannis in Sabenich, Oudalricus prepositus de Ardachern, Rudbertus prepositus de Münster, Adalbertus plebanus sacerdos de sancto Ypolitho, Gotefridus de Mühliche, Gotscalcus de Wibedorf, Otto notarius. Ex laicis: Fridericus prefectus, Reingerus de Riede, Chounradus Marchio de monte ferrato, Ernesto de Trüne, Oho de Stritwisen et duo filii ejus Heinricus et Chounradus, Heinricus de Spilberch, Pertold de Owe, Ramunt de Chornespach et frater ejus Rapholt, Gebehart de Ibesevelt, Paldewin de Enchesbach.

Hec acta sunt anno ab incarnatione Domini nostri Ihu Xpi 1160 indictione VII. decimo Kalend. Octobris, data apud sanctum Joannem in Sabeniche eodem die.

*Sigillum intus impressum integrum extat.*

### **Num. CCLIII. Circa annum 1160:**

Concambium Friderici abbatis Aspacensis cum Hartuuico II. Epo Ratisbon.

*Ex Mon. Boic V. 120.*

Sciatis omnes Xpi fideles, quomodo concambium fecimus cum Ratisponensi Epo Hartuuico pro predio Penningen, quod in beneficio habuit dnus Fridericus de Sigenheim, pro quo uno mansu dedimus ei tres mansus, unum ad Uffheim, unum ad Rore, dimidium ad Suueine, dimidium ad Hinnenheim; dedimus etiam dno Friderico novem talenta, quod consensit. Predictum autem mansum tradidit advocatus majoris Ecclesie in Ratispona, videlicet comes Gebehardus de Sulzbach in manus Rapotonis Comitis generi sui: Idem vero Rapoto Comes tradidit eundem mansum in manus Adelrami advocati nostri de Cambe in presentia domini Eberhardi Epi Babenberg. Post hec Adelramus delegavit super altare beati Mathei in Cenobio Aspach.

**Num. CCLIV. 1161. 27. Octobris.**

Hartuuicus Epus Monasterio S. Magni in suburbio Ratisbonensi sub tali conditione Parochiam Saler concedit, ut plebanus majoris Ecclesiae omnium vinearum ejusdem Parochiae, praepositus vero sancti Magni omnem decimam frugum cum oblatione fidelium possideret in perpetuum. Facta sunt autem haec anno ab incarnatione Domini 1161 in Vigilia apostolorum Simonis et Judae.

*Hundii Metrop. II. 311. Edit. Ratisbon.*

**Num. CCLV. 1161. Ex Originali:**

Hartuuicus II. Epus Ratisbon. monasterio Sancti Emmerami restituit bona in Hebramsdorf ab Antecessoribus suis collata Laicis in beneficium.

In nomine sancte et individue Trinitatis, Hartuuicus divina favente clementia Ratisponensis Epus. Quoniam in Ecclesia Dei nostris intimis non tantum preesse, sed etiam prodesse cupimus, idcirco notum facimus omnibus Xpi fidelibus tam futuris, quam presentibus, qualiter dilectis filiis nostris in Cenobio beati Heimerami regulariter conversantibus commonitione venerabilis abbatis Adalberti justitiam suam in loco possessionis eorum, que Herbrantesdorf dicitur, recognovimus. Sicut enim in antiquis illius Ecclesie privilegiis invenimus, eadem possessio fuerat ipsis primum contradita, et nihilominus a nostris predecessoribus per multa jam tempora potenter usurpata, nec non in manus laicorum beneficaliter alienata, ipso videlicet eruente, qui voluntatem timentium se facit et deprecationem eorum exaudit, temporibus nostris de manibus illorum eruta et nostre fuit potestati restituta, nos illico predictis eam fratribus tanquam bene meritis justitia dictante resignavimus non tam temporalis lucri commoda, quam eterne vite speraturi gaudia. Et ut hec nostre recognitionis auctoritas firmior habeatur, presentem Kartam exinde conscribi jussimus, quam nostri Sigilli impressione, fratrum nostrorum subscriptione, testium quoque, qui presentes aderant, annotatione roborari precepimus. Si qua vero nostri ordinis secularisve persona eandem nostre restitutionis et recognitionis auctoritatem annullare temptaverit, aut Ecclesie jam dicte violentiam subinde inferre presumpserit, a corpore Xpi et sanguine se separandam sciat et eterna cum impiis et peccatoribus ultione dampnandam; pax autem Xpi et Ecclesie omnibus eam debita benignitate observare volentibus in perpetuum amen.

Ego Godefridus Ratisponen. Eccle prepositus fs.

Ego Heinricus matricis Eccle decanus fs.

Ego Wernherus majoris Eccle archidiaconus fs.

Ego Bernhardus archidiac. et custos Eccle S. Petri fs.

Ego Dietmarus plebanus et Canon. Eccle S. Petri fs.

Ego Merboto Canonicus S. Petri fs.

Ego Lantfridus Canonicus S. Petri fs.

Testes sunt Ortlieb Chaezpizze, Nizo de Raitenpuch, Wirnto de Buhse, Oudalrich Chaergel, Dietrich de Hasinaker, Hartuuich de Sunichingen, Wernhart de Erlingen, Karolus fratruelis ejus, Heinrich de Burbach, Gotschalch de Ougendorf, Zacharias de Umbilstorf, Oudalrich de Pentelingen, Heinrich et Oudalrich filii ejus, Sighart de Rote, Landoldus de Harmutesdorf, Chunrad filius Palduuini, Gotfrid et filius ejus Gotfrid Pochil, Arbo filius sculteti, Gozuuinus ante urbem et filius ejus Gozuuin, Hartuuich in porta et frater ejus Oudalrich, Heinrich de Cholmbach, Heinrich de Egilolfesheim, Bernoldus de Wolfirchovin, Merboto de Swabiluuis, Walther pictor, Ernpold. Facta sunt hec anno dominice incarnationis 1161. imperante invictissimo Romanorum imperatore Friderico semper augusto, anno Epatus domni Hartuuici Ratisponensis Epi secundi VII. Ratispone in dei nomine amen.

*Sigillum Epi intus impressum integrum extat.*

#### **Num. CCLVI. 1161. Ex Originali:**

Eberhardus Archiepus Salisburg. decernit, Parochiam Eining non esse subjectam Parochiae Hienheim. In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Eberhardus dei gra sce Salzeburgensis Eccle Archiepus omnibus veritatem diligentibus in Xpo salutem. Ex debito nostri Officii nobis imminere novimus, quod rationabiliter ad nos appellantium causara sive querimoniam discrete ventilare et secundum normam justicie terminare debemus, proinde notum esse volumus tam futuris, quam presentibus, qualiter injuriam, quam fratres de veteri Capella paciebantur, justo judicio decidimus, et ne iterari possit, caute providimus. Quidam enim parrochianus nomine Sigehardus de Honhaim Eccliam Ouningen (Eining), que in predictorum fratrum fundo sita est, et ex regia dona-

lione et antiqua possessione ad eorum prebendam spectat, filiam Eccle sue asserens, ab illorum jure omnino eam alienare nitebatur. Per prepositum itaque Meinhardum de veteri Capella mota est querimonia in Synodo Ratisponens. Epi, sed impedimentis intervenientibus non diffinita, facta appellatione ad nram audientiam, nobis presidentibus et dno Eberhardo Babenbergense Epo, Romano Gurcense Epo, et prelati tam Salzeburgens quam Ratisponens. Eccle presentibus, multaque frequentia cleri et populi ad hunc finem deducta est, quod prepositus et fratres sui jus suum in Ecclia illa judiciario ordine probaverunt, illud videlicet juramento obtinentes, quod Ecclia illa decimas habet ad fratrum prebendas pertinentes, nullusque sacerdos ad eam ab Epo investiri debet, nisi prepositi et fratrum petitione. Ne qua ergo spiritalis secularisve persona predictos fratres huc jure antiquo privare deinceps presumat, sub anathematis vinculo juxta debitum officii nri interdiximus et cartam presentem munientes Sigillo nro super his signavimus. Acta autem sunt hec Ratispone anno incarnat. dni 1161. indictione VIII.

† Ego Heinricus matricis Eccle decanus fs.

† Ego Bernhardus custos Eccle S. Petri fs.

† Ego Oudalricus magister scholarum fs.

† Ego Heinricus fs.

† Ego Oudalricus dei gra Chimensis Eccle prepositus fs.

Ego Chunradas dni Hartmanni Brixin. Eccle Epi Capellanus fs.

Ego Gerungus pbr et Canonicus fs.

*Sigillum Archiepi intus impressum laesum est.*

### Num. CCLVII. 1162

Concambium inter Hartuicum II. Epum Ratisbon. et Comitem Rapotonem de Abinberg.

*Ex Hockerii antiquitatibus Hailsbron p. 78.*

C. In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Hertuicus dei gra Ratisponensis Ecclesie Epus secundus. Si fidelium Xpi petitionibus justa et rationabilia querentibus aurem et animum devote inclinamus, communi antes eorum orationibus, in vita, que nunc est, et futura propitiationem Dei tanto facilius impetramus. Quapropter universitati omnium tam presentium, quam futurorum notum esse

volumus concambium quoddam inter Ecclesiam nostram, et Comitem Rabotonem de Abinberk ob petitionem fratrum de Halesprunnen, quod nostra et permissione et auctoritate firmavimus et factum adprobamus. Comes namque predictus predia sua, qualia in Villis Gruebe, Oberndorf, Pazansrut et Taken habuit, legitima recompensatione in Ecclesie nostre proprietatem justa donatione transfudit, et jure beneficii a nobis recepit, et aliud predium nomine Felharn, quod ipse hereditario jure beneficii a nobis possederat bona quidem intendens nobis resignavit, et beneficia in eo abdicavit ea conditione, ut in possessionem Halesprunnensis Ecclesie nostra donatione firmaretur, stabili apud nos permanente predictorum prediorum digna recompensatione. Nos itaque primum quidem amore omnipotentis dei, et predicti Comitis fratrumque Halesprunnensium devota petitione resignatum nobis predium plenaria restitutione predictis fratribus in proprietatem perpetuo possidendum per manum Gebehardi Comitis (de Sulzbach) advocati nostri justa donatione delegamus, annuentibus et consultum prebentibus majoribus et melioribus utriusque professionis cleri et populi ecclesie nostre fidelibus. Ne vero labentibus temporibus memoria hominum simul et in hoc labatur, ad confirmandas modernis futurisque seculis hmoi traditiones, presentem paginam inde conscribi et Sigilli nostri impressione insigniri jussimus, ut siquis hanc nostram donationem et confirmationem aliquo modo infringere vel concutere in posterum presumpserit, noverit se banni nostri vinculo innodatum, et tanquam invasorem sacrilegum gladio spiritus, quod est verbum dei, a corpore Ecclesie amputatum. Hujus rei testes sunt, qui huic concambio interfuerunt, Clerici: Wernherus prepositus, Chunradus Vicedominus, Chuno de Raitenbuch, Heinricus, Hermannus, Chadelhoch, Bruno, Rudeger. Laici: Marchio de Craiburk, Otto Comes de Steveningen, Ernest Comes et frater eius Fridericus de Hohenburk, Heinricus de Altendorf, Engelbertus de Schoneheringen, Wernherus de Giebestorf, Adelbertus de Outingen, Nizzo de Raitenbuch, Dietricus de Hasinacker, Wernherus de Erlingen, Eberhardus de Geltolvingen, Udalrich Kergelin.

Acta sunt hec anno domini 1162. Indictione decima, regnante invictissimo Romanorum Imperatore Friderico, ipso anno destructionis Mediolani, undecimo anno regni sui.

*Cum Sigillo Epi intus impresso.*

**Num. CCLVIII. Circa annum 1163**

Traditio Ecclesiarum Reussing et Holzharlanten ad Monasterium Weltenburgense.

*Ex Mon. Boic. XIII. 359.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Hartuuicus dei gracia Ratisponensis Epus. Officii nostri auctoritas nos admonet, omnium quidem in Ecclesia nostra utilitati prospicere et saluti, precipue tamen eorum, qui domestici sunt fidei, qui secundum propositum vocati sunt sancti. Qua de re omnium Xpi fidelium universitati notum facimus, qualiter nos ob premium salutis eterne, obtentu quoque religiosorum virorum duas Capellas in Episcopatu nostro, quarum una Reussing, altera Holzarlanten nuncupatur, fratribus Weltenburge Deo servientibus cum omni nos attinenti iusticia ibidem perpetuo permansura eo tradimus. Ut autem hec tradito futuris quoque seculis innotescat et in omni evo inconvulsa permaneat, presentem inde paginam conscribi et Sigilli nostri impressione insigniri iussimus. Quia vero a Domino egressa est hec largicio, siquis contra eam ire presumpserit, si non respiscat, tollatur nomen ejus de terra et deleatur de libro viventium. Interfuerunt autem huic tradicioni abbas Albertus de sancto Emmeramo, abbas Erchingerus de Reichenbach, abbas Godefridus de Prufeningen, abbas Heinricus de Pyburg, abbas Conradus de Münster, Heinricus abbas de eodem, Conradus Canonicus de alta domo (der hohen Domkirche), Regil clericus.

**Num. CCLIX. Circa annum 1165:**

Eberhardus Epus Ralisbon. Electus adjudicat Monasterio Münchsmünster parochiam Monasteriensem cum decimis et oblationibus inde provenientibus.

*Ex Hundii Metropoli II. 361, Edit. Rat.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Eberhardus dei gratia Ecclesie Ratisponensis Electus, et universus ejusdein Ecclesie chorus Counrado venerabili abbati Monasteriensis Cenobii et fratribus eorumque successoribus in perpetuum. Cum unicuique sua debeat respondere justitia, questionem illam, que contra vestrum monasterium per ignorantiam forte juris vestri vel aliam quamlibet occasionem in diebus vestris emergerat de parochia Monasteriensi, Ecclesia videlicet sancti Sixti et de decimis ad eam pertinentibus, dili-

genti consideratione animadvertimus et auditis plenius allegationibus vestris et perspectis privilegiis, apostolico videlicet domini Innocentii et imperiali domini Lotharii, simulque pontificali beate memorie Counonis et Heinrici (Eporum Rat.) dominorum et patrum nostrorum auctoritate roboratis, statutis et vestigiis eorum debita cum reverentia inherere et pro vobis sententiam ferre super hac questione decrevimus, tam rationis, quam etiam fraterne charitatis et compassionis intuitu vestre quieti et necessitati non solum in temporalibus, sed etiam in spiritualibus providere cupientes: prefate itaque parochie donationem vobis et vestris successoribus adjudicantes, redditus decimarum et oblationum, que inde proveniunt, in usus stipendiorum vestrorum confirmantes, plena consensus nostri firmitate stabilimus, ut nulla Ecclesiastica secularisve persona amodo super hac re vos inquietare aut molestare presumat; quisquis autem hoc violaverit aut temere transgressus fuerit, perpetue condemnationis maledicto subjaceat.

**Num. CCLX. 1166. 10. April:**

Fridericus imperator notificat, qualiter Eberhardus Babenbergensis Epus, et Eberhardus Ratisponensis Electus prudenter advertentes, quod qui auctore Pretore possidet, iuste possidet, presentiam suam adierunt deprecantes, ut concambium, quod factum fuerat inter Babenbergensem et Ratisponensem Ecclesiam de manso Beningen ad Epatum Ratisponensem pertinente et tempore Hartuuici Ratisponen. Epi cuidam Friderico de Sigenheim inbeneficiato, et tribus mansis econtra, uno in Rore, alio in Ufhaim, et dimidio in Suaim, itemque dimidio iri loco Innehaim ad Ecclesiam Babenbergensem pertinentibus per manum Comitis Gebhardi Ratisponensis Ecclesie advocati principalis, et per manum Adalrami de Cambe in predictis tribus mansis Babenbergensis Ecclesie advocati auctoritate imperiali confirmaret, quod et factum est. — Testes sunt: Heinricus dux Bawarie et Saxonie, Fridericus dux de Rotenburch, Otto Palatinus et frater ejus Fridericus de Witelinesbach, Perchtoldus Marchio de Vohenburch, Berngerus Comes de Sulzbach, Heinricus Purchgravius de Ratispona et frater ejus Otto Lantgravius, Marquardus de Grunbach, Gebhardus de Luikenberge et frater ejus Marquardus; de ministerialibus Ratisponensibus Sigehardus de Eberspiunt, Oudalricus Vicedominus, Nizo de Reitenbuch, et alii quam plures.

*Signum Domini Friderici Romanor. Imperatoris invictissimi. (Monogramma.)*

Data per manum Christiani sacri palatii Cancellarii. Actum Ratispone anno dominice incarnationis 1166 indictione XIII. quarto Idus Aprilis, regnante Domino Friderico glorioso Romanorum imperatore Augusto, anno regni XIII. imperii vero XI. feliciter amen.

Mon. Boic. V. 160.

**Num. CCLXI. 1166. Ex Originali:**

Traditio praedii Haslach et Wintpaissing ab Monasterium Ens Dorf.

Noverit universitas Xpi fidelium tam presentium, quam futurorum, et specialiter in Ens Dorf Deo servientium memorie commendetur, qualiter ego Heilica Dei gratia Palatina Comitissa pro remedio anime mee, et dilecti mariti mei Ottonis Palatini Camitis,\*) et omnium fidelium defunctorum salute contradidi, consentientibus omnibus filiis meis, praedium unum, quod dicitur Hasela, beato Jacobo in Ens Dorf, ea videlicet ratione, ut de hoc ipso praedio et de alio quodam praedio, quod situm est in loco, qui dicitur Wintpopping en, quod etiam maritus meus supradictus beate memorie, Otto Palatinus Comes beato Jacobo tradidit, ut annuatim anniversarius noster in divinis et communi totius conventus refectorio solempniter agatur et exinde, quemadmodum in cena Domini solet fieri, pauperes consolentur. Quoniam etiam in divinis et humanis curis discretio magistra necessaria est, peto in Domino, ut id agendi officium discreto Provisori commendetur, et quoniam sepe prepositus et cellerarius, camerarius et elemosinarius in communi negotio magis implicari solent, alicui expedito, sicut discretio Prelatorum consuluerit, fideliter committatur. Ut autem rata et inconvulsa permaneat hec institutio, Sigilli mei impressione et Sigillo Friderici filii mei, advocati ejusdem loci, presente et annuente universo Conventu, confirmavimus. Siquis autem hanc institutionem infringere presumat, in tremendo judicio Domini Domino exinde respondeat. Facta est autem hec institutio anno dominice

\*) Otto Palatinus Comes obiit anno 1155. et positus est Ens Dorfii ante Ecclesiam beate Mariae et Heilwick virginis in capitolio fratrum, ubi et Fridericus prater Palatinae Heilicae, et dna Heylwic soror ejusdem Palatinae, ac Gebhardus maritus de Leuchtenberc et filii eorum Fridericus et Gebhardus requiesunt.



incarnationis 1166. indictione XIV. presidente Sedi beati Petri Apostoli Alexandro Papa III. regnante Friderico Imperatore, sub Helmerico venerabili ejusdem loci Abbate feliciter amen.  
*Duo Sigilla sunt avulsa.*

**Num. CCLXII. 1166. Ex Originali:**

Traditio Praedii Tanhausen ad Monasterium Ensdorfense.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno ab incarnatione Domini 1166. indictione XIII. presidente Sedi beati Petri Apostoli Alexandro Papa III. regnante Friderico imperatore feliciter, amen. Scribantur hec in generationem alteram, ne presentium aut succedentium memoria labantur, qualiter ego Heilica dei gratia Palatina Comitissa, et ego Chounradus Sacerdos Xpi licet indignus et superioris Monasterii Ratispone plebanus pro remedio animarum nostrarum et omnium parentum nostrorum contradidimus predium unum situm in loco, qui dicitur Tanhusen, beato Jacobo Apostolo in Ensdorf, ea videlicet ratione, ut Sorores Deo ibidem famulantes abinde vestiantur. Solvit autem idem predium annuatim tres libras; preterea ab universo ejusdem loci conventu quartam libram eisdem Sororibus annuatim dandam impetravimus, cum primitus tantum 2. libras de communi expensa ipsis sororibus dederint. Summa igitur expense illius 6. libre annuatim erunt, quatuor, quas nos de nostro conquisivimus, et due, quas primitus de communi receperunt. Debent ergo ex his 6. libris ad minus 12. sorores annuatim in vestibus procurari; si autem insuper plures Conventus assumpserit, ipsi de suo illis provideant. Ego etiam Heilica idem predium manutenere, et exinde dum ego supervixero sororibus providere Domino annuente studebo: transactis autem diebus vice mee quicumque custos Monasterii extiterit, quia id officium discretos provisos expetit, hanc videlicet curam agendi suscipiat, ut sororibus exinde in vestibus in perpetuum provideat. Facta est autem hec Traditio sub Helmerico venerabili ejusdem loci abbate per manus advocati Friderici Palatini Comitissae, presente et consentiente universo Conventu. Ut autem rata et inconvulsa in perpetuum maneat hec traditio et pacti confirmatio, Sigillis nostris confirmavimus. Si quis

in posterum id infringere et infirmare vel mutare presumat, in tremendo iudicio ultioni perpetue mortis eternaliter subiaceat, et heic et in, futuro nunquam cum filiis Dei partem recipiat, amen.

*Restat adhuc Sigillum Heilicæ, cum capite matronæ.*

**Num. CCLXIII. 1167. Ex Diplomatario:**

Imperator Fridericus confirmat neoelectum Epum Ratisbon. Conradum de Raitenbuch.

Fridericus dei gracia Romanorum imperator et semper augustus, venerabili clero, beneficiatis et ministerialibus Ratisponensis Ecclesie gratiam suam et omne bonum. Honorabiles Legatos vestros ad nostram majestatem venientes, qua debuimus, benignitate suscepimus et legatione eorum tum vive vocis, tum literarum vestrarum relatione diligenter intellecta electionem, quam pari voto, unanimi consensu in persona dilecti nostri Chounradi de Reitenbuch, preordinante Spiritus sancti gracia convenistis, ex imperialis favore clementie et prudentum nostrorum consilio, et quia justitia suffragatur, modis omnibus approbamus. Quia vero Ecclesia vestra multis miseriis, magneque desolationis erumpnis repente destituta subjacet, et fere supreme calamitatis et paupertatis miserias sustinet, divino credimus evenisse consilio, quod in hac tribulatione tam idoneus vobis Epus substituitur, quia sua prudentia et nostra cooperante clementia dispersa congregare, perdita recuperare, lapsa relevare, deformata in meliorem statum reformare sufficiet. Ut autem noveritis, nos devotionis vestre servitia pre oculis mentis habere, et in omnibus necessitatibus vestris oportuna inpertiri velle suffragia, petitiones vestras, licet a consuetudine Curie nostre discordare videantur, benigne admisimus, et dilecto nostro Chounrado Electo vestro, ut de palatiis et omnibus redditibus, et honoribus, et dignitatibus, et castris, et curtibus Episcopatus se intromittat, et pro voluntate sua dispenset, et legitime ordinet, et aliena restauret, liberam facultatem tribuimus.

**Num. CCLXIV. Circa annum 1170**

Ruperti abbatis Tegernseensis Epistola ad Adalbertum I. abbatem S. Emmerami Ratisbonae, in qua dolet exustionem ejus Monasterii etc.

*Ex Pezii Codice Epistolari II. 5.*

Domino A. venerabili abbati sancti Emmerami, R. nullis exigentibus meritis Tegernseensis dictus abbas frequens orationum cum dilectione obsequium. Divinae dispositio providentiae volens compaginari sibi corpus Ecclesiae in unitate fidei et dilectionis, statuit, ut si gaudeat unum membrum, congaudeant omnia membra; si vero aliquod eorum doleat, per unionem charitatis caetera ejusdem molestiae stringantur nodo. Unde et nos, qui spiritali censemur nomine una vobiscum, nimium exustione vestrae dolemus Ecclesiae. Sed cum scriptum sit: flagellat Dominus omnem filium, quem recipit, ideo verba divinae humiliationis suscipienda sunt absque offensa ullius contradictionis, quatenus cum sua monente gratia nos, .at B. Job, heic et in futuro exaltet tempore visitationis. Proinde apud aures sincerissimae vestrae dilectionis intentio nostrae valeat orationis, quatenus fratrem vestrum H. quem secundum petitionem nostram nobis transmisistis, quandoquidem tantis ac talibus angustiis constringimini, salva gratia vestrae dulcedinis nobiscum commanere sinatis.

**Num. CCLXV Circa annum 1170.**

Variae Traditiones ad quasdam Ecclesias Ratisbonenses factae per Fridericum Comitem Palat. Fridericus Comes Palatinus pergens Jerosolimam secundo ad visitandum Domini sepulchrum gloriosum disposuit pro salute animae suae et parentum suorum et dedit — — praedium in Dekenbach delegatum in manus Ilsungi de Westeten ad inferius monasterium Ratisponense, item aliud praediuin in Dekenbach delegatum in manus Chunonis de Ukenpiunt ad idem monasterium; vineas in Keleheim praeter duas, quae sunt ad occidentem, delegavit in manus Eberhardi de Randek ad idem monasterium. Praedium in Snaithart delegavit in manus Adelberti de Schirlingin Scottis dandum ad Wihen sanctum Petrum Ratisponae: praedium in Laichilingin, quod fuit Friderici parvi, delegavit in manus Oudalrici Kargelonis Canonici majoris Ecclesiae Ratisponen. tali videlicet conditione, ut Werinherus

ejusdem Ecclesiae Canonicus idem praedium, quoad vixerit, habeat et annuatim, quod idem praedium solvit, persolvat. Aliud praedium in Laichilingin ad sanctum Jacobum Scottis dandum dedit Ratisponae. Armenta in Burcstall et armenta in Inningen, quae sunt super curiam sancti Emmerami, ad S. Emmeramum dedit: praedium in Regelindorf Ottoni filio Lantgravii et Adilhildae sorori suae; curtem in Hunoldstorf et vineas et duas Suuaigas delegatas in manus Werinhardi de Schirlingin inpignoravit ad sanctum Emmeramum pro 50. marcis argenti. Vineam in Grazze delegatam in manus Aribonis Sculteti inbeneficiavit dno Liutuino de Grazze, et unam hubam in Niwendorf dedit in dotem sancte Marie ad Capellam suam Ratisponae.

*Mon. Boic. X. 239*

**Num. CCLXVI. 1171. 7. Februarii.**

Concambium Conradi II. Epi Ratisponensis cum Monasterio Aspach.

Chuno Ratisponensis Ecclesiae Epus decimas in Pubelshaim, Penningen et Volkershaim tradidit monasterio sancti Mathaei in Aspach tali concambio jure perpetuo, quod pro praedictis decimis de bonis monasterii duos mansos de agris cultis et de silvis tres in loco Schiltarn, et mansum unum de agris cultis et alterum de silva in loco Chrodehaim, et in Engelharzhaim unum mansum in jus legitimae commutationis recipiat. Sed quia in hac commutatione non videbatur Epo sufficere mansus in Engelharzheim ipsi oblatus, pro eodem mansu Wergant de Rountingen rogatu advocati Aspacensis. Ecclesiae Walchonis de Cambe curtem in Leimkart super altare beati Petri cum praedictis bonis de Ecclesia sancti Mathaei tradidit; sic et Epus consensu et praesentia advocati sui Comitum Gebehardi de Sulzbach praedictas decimas dedit nominato monasterio. Interfuerunt autem huic commutationi hii testes, more Bavarico omnes per aurem tracti: Comes Gebehardus de Sulzbach, Comes Henricus de Frantehusen, dux Chunradus de Dachowe, Wergant de Rountingen, Henricus de Ramsowe, Oudalricus Vicedominus, Sighardus de Eberspiunt, Nizo de Raitenpuch, Rudigerus de Valkenstain, Hawart de Munar, Dietricus de Mozzingen, Chuno de Brennenberch, Adelbertus de Otingen et filius ejus Adelbertus, Chuno de Hovedorf, Oudalricus de Tierhaubtin — et alii quam plures.

Factum est hoc Concambium anno ab incarnatione Domini nostri Ihu Xpi 1171. indictione IV. 7. Idus Februarii in Civitate Ratisponensi, imperatore Friderico regnante, duce Henrico Bavariam regente.

*Mon. Boic. V. 155.*

**Num. CCLXVII. 1174. Ex Originali:**

Conradus II. Epus Ratisbon. confirmat et donat monasterio s. Emmerami decima novales Curiae s. Joannis prope Pfatter (Johanneshof), et eidem monasterio dat agros huic Curiae adjacentes pro decimis in Illkofen.

In nomine sancte et individue Trinitatis, Ego Chuono dei gratia Ratisponensis Ecclesie Epus. Cum nostri officii debito multorum curam agere debeamus, religiosorum tamen profectibus et eorum utilitatibus maxime providere et illis a fidelibus data conservare nos convenit, ut dum temporalia eis subministramus, eorura merito eterna bona de manu Domini percipere mereamur. Omnium itaque iam presencium quam futurorum noverit industria fidelium, qualiter devotus quidam sancti Emmerami monachus, nomine Chuono quendam locum juxta fluvium Phater de propriis sumptibus Ecclesie predicti martyris incultum runcavit, excoluit, et Ecclesiam inibi construxit, quam dilectus noster Adalbertus abbas sancti Emmerami cum predicto fratre a venerabili Epo Ratisponensi Hainrico consecrari in honore sancti Joannis Baptiste impetravit: predictus vero Presul partem decimarum de novalibus sibi debitam pro honore Dei et dilectione prefati abbatis, tum eciam consilio meliori tam clericorum, quam ministerialium, qui cum eo ad consecrationem convenerant, ad consolacionem pauperum illuc venientium donavit, insuper et sepulturam concessit; hoc ergo opus antecessoris nostri laudabile amplectentes nos quoque pro honore Dei et petitione prefati abbatis decimas nobis debitas in eodem loco runcatas vel rugacandas consensu et consilio filiorum Ecclesie nostre eidem loco perpetuo donamus. Sciat etiam universitas fidelium, quia predictus abbas et fratres sui petierunt a nobis concambium, quatenus agros eidem loco adjacentes, de quibus annuatim ad servicium nostrum ebdomodale quinque porci estimacione 3o. denariorum, et 14. denarii cum ceteris appendiciis solvebantur, in proprietatem Ecclesie sancti Emmerami donaremus et decimas, quas apud Illinchofen eadem Ecclesia habebat, in servicium nostrum ebdomodale pro agris ipsis reciperemus, quod absque detrimento utriusque Ecclesie hoc modo determinare dignum duximus: agros redditus nostri in proprietatem predictae Ecclesie donavimus, decimas apud Illinchofen ab ipsis legitima commutatione recepimus, siatuentes, ut predictus Chuono vel quicumque Curiam apud Ecclesiam s. Joannis inhabitet, decimas concambii a nobis receptas

possideat, et servicium nostrum ebdomodale nobis annuatim plenarie, ut prediximus, absque coniradictione persolvat. Si vero servicium nostram tempore statuto redditum non fuerit, datis et acceptis a Vicedomino per 14 dies induciis, si nobis satisfactum non fuerit, agri, quos hereditarios dicimus, in redditus nostros succedant et fratres predicti decimas suas recipiant. Et ne a memoria successorum nostrorum, vel dni abbatis de sancto Emmeramo hec donacio possit excidere, hanc inde Kartam fecimus conscribi, et nostro Sigillo jussimus insigniri. Sunt autem hii testes hujus donacionis: Udalricus Vicedominus, Sigehart de Ebirspiunt, Altmannus de Egilofesheim, Karolus et frater ejus Pernhart de Lerchenvelt, Hartwich de Lichtenberc, Hawardus et Heinricus de Burenbach, Chuono de Rote et Sigehart frater ejus, Heinricus de Libolvingen, Chuono et Chounradus de Gislingen, Chuono de Prennenperge, Ortliep Kaesepiz et Adalpertus filius ejus, Liutwinus Listmar, Karolus in Civitate, Gotefridus Pochel, Wernhart de Erlingen, Gozwin, Paldwin et Udalricus frater ejus, Albo, Hartwicus et Udalricus frater ejus, Hainricus de Barbingen, Dietmarus et Hartuuicus de Sunichingen, Udalricus Kargel et frater ejus Rupertus, et Hartuuicus, Gero, Hartuuicus, Chuonradus officiales Epi, villicus de Gisilingen et alii quam plures fideles, quorum nomina etsi non hic, tamen in libro vite scripta esse credimus atque optamus. Facta est autem hec donacio a nobis anno ab incarnatione domini nostri Ihu Xpi 1174. indictione VII. Friderico imperatore feliciter regnante, et duce Heinrico ducatum in Bawaria tenente.

Hec sunt nomina illorum, a quibus predietus Chuono hereditarios agros comparavit, Pergker, Ernest, Gotzwin, Rupreht, Perhtek, Immo, Wolfram, Friderich, vidua Liemanni.

*Sigillum Epi nonnihil laesum adpendet.*

#### **Num. CCLXVIII. Circa annum 1176. Ex Originali:**

Testimonium Gerungi plebani in summo Ratisbonae super feudis ipsi et sororio suo concessis.

Quoniam in omni facto maturiori consilio opus est, cunctis patere volumus, qualiter domina mea abbatissa inferioris monasterii, Richiza nomine, pari voto et communi consensu tam dominarum, quam mini-

sterialium quibusdam beneficiis me Gerungum Ratisponensis Ecclesie plebanum licet indignum investivit, ea vero mortua domina mea Chunigundis ejusdem Ecclesie abbatissa per infinitas preces meas et cum consensu dominarum duas Cunas et aream, in qua domum meam edificavi, Chunradum sororium meum, cum in montem Pesulanum ad scholas ivi, inbeneficiavit et iterum me redeunte coram advocato Friderico sille confirmavit. Ut autem hec actio a memoria et fide fidelium non excidat, hanc inde Kartam conscribi et Sigillo domine mee rogavi insigniri. Hujus rei testes sunt: Fridericus advocatus, Wernherus de Gibestorf, Immo clericus, Ernest de Drubbach, Rapot de Scirlingen, Ernest de Scirlingen et filii ejus, Saxo de Scirlingen, Gotfrid Chruche, Gotfrid de Scirlingen, Otto de Helchenbah, Marquardus camerarius et frater ejus Chouno, Albreht de Scirlingen et frater ejus Oudalricus, Sigefridus camerarius et alii quam plures.

*Cum Sigillo abbatissae illaeso.*

**Num. CCLXIX, 1177. 1. Februarii. Ex *Originali*:**

Mundiburdium a Papa Alexandro III. Monasterio saacti Jacobi Scotorum Ratisbonensi concessum. Alexander Epus servus servorum Dei. Dilectis filiis Gregorio abbati monasterii sancti Jacobi, quod in suburbio Ratispone sisum est, ejusque fratribus tam presentibus, quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Pie postulatio voluntatis effectum debet prosequente compleri, quatinus et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Ea propter dilecti in Domino filii vestris justis postulationibus clementer annuimus, et predecessorum nostrorum felicis memorie Calixti, et patris et predecessoris nostri Eugenii, et Adriani Romanorum Pontificum vestigiis inherentes, prefatum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus, inprimis siquidem statuantes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum et beati Benedicti regulam in eodem loco noscitur institutus, perpetuis temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascunque possessiones, quecunque bona idem monasterium in presentiarum juste et canonice possidet aut in futurum justis modis prestante Domino poterit adipisci, firma

vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicari sine, nullus obsistat, salva tamen justitia illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata omnia et integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Sedis apostolice auctoritate et Ratisponensis Epi canonica justitia. Ad indicium autem hujus a Sede apostolica percepte protectionis bizantium unum nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis. Siqua igitur in futurum Ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi presumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divinip judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Redemptoris nostri Ihu Xpi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subjaceat; cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Ihu Xpi, quatinus et heic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant, amen. Ego Alexander catholice Ecclesie Epus.

Ego Guilielmus Portuensis et S. Ruffine Epus.

Ego Manfridus Prenestinus Epus.

Ego Albertus Presbr Cardinalis tit. S. Laurentii in Lucina.

Ego Theodinus Presbr Card. S. Vitalis tit. Vestine.

Ego Petrus Presbr Card. tit. S. Susanne.

Ego Jacobus Diaconus Card. S. Marie in Cosmedin.

Ego Hugo Diacon. Card. S. Eustachii juxta templum.

Ego Laboranus Diacon. Card. S. Marie in porticu.

Datum Fogie per manum Gratiani S. R. E. Subdiaconi et Notarii, Kalendas Februarii, indictione X. incarnationis dominice anno 1177. Pontificatus vero domni Alexandri Pape tertii anno XVIII.

*Plumbum: Alexander PP. III.*



**Num. CCLXX. 1177. Ex Diplomatario coaevo.**

Traditio Mancipiorum ad Monasterium superius erga annum censum.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Notum sit omnibus sancte Dei Ecclesie fidelibus presentibus et futuris, qualiter liberi homines divino instinctu sapientique consilio usi, cum Deo servire et appropinquare vera sit libertas, se ipsos omnemque posteritatem suam libera potentique manu et absque omni contradictione super .altare sancte Dei genitricis Marie in superiori monasterio pro remedio atque salute anime sue delegantes tradiderunt, eo videlicet pacto et racione, ut quilibet eorum vel de posteris vir sex, et mulier quatuor nummos ad prefatum altare per singulos annos persolvant et ab omni alia exactione liberrimi permaneant. Ad cuius tradicionis robur et attestationem subscripti per aures in testimonium tracti sunt: Oudalricus prepositus, Adalhart de Pusenchoven, Perthold de Salaht, Sibot de Salaht, Rudiger, Rupreht de Salaht, Sibot de Trubelingen, Pernolt de Pusenchoven. Facta sunt autem hec anno incarnationis dominice 1177. indictione X. regnante Imperatore Friderico, dna Hadeuuige abbatissa memorate Ecclesie presidente, majore Palatino Ottone advocato, sub preposito Oudalrico et camerario Friderico.

**Num. CCLXXI. 1179. 31. Juli:**

Concambium inter Conradum II. Epum Ratisbon. et Monasterium Oberaltach.

*Ex Mon. Boic. XII. 55.*

Ego Chouno dei gratia Ratisponensis Ecclesie secundus Epus. Omnium tam presentium, quam futurorum noverit industria fidelium, quod quidam censualis Cenobii de superiori Altah, nomine Raheuuinus olim accepit censualem Ecclesie nostre, Mathildam nomine, de qua tres filios habuit; quod cum advocato nostro Friderico (Comiti de Bogen) displiceret, auctoritate predecessoris nostri beate memorie Epi Chounonis, et petitione confratrum Ecclesie nostre, consensu quoque predicti advocati in recompensationem predictae Mathildis factum est concambium. Quedam enim censualis predicti Cenobii nomine Gelda cum tribus filiis suis super altare beati Petri auctoritate abbatis Loudegeri predicti loci cum universitate sui conventus et consensu similiter sui advocati Friderici delegata est; et nos

eandem commutationem auctoritate nostra confirmamus et ratam haberi precipimus. Ne qua vero spiritualis secularisve persona hanc nostri predecessoris et nostram commutationem immutare presumat, ipsam multiplici testimonio munimus; et ne a fide et memoria Successorum nostrorum hoc concambium possit excidere, ipsum nostri officii banno confirmamus, et hanc inde cartam conscribi, et Sigillo nostro jussimus insigniri. Hujus rei testes sunt: Heinricus et Otto Comites de Rietenburc, Albertus Comes de Bogen, Oudalricus Vicedominus, Sigehardus de Eberspiunt. — — Acta sunt hec anno dominice incarnationis 1179. pridie Kal. Augusti, regnante Friderico imperatore, presente advocato Comite de Bogen, in publico judicio ejus prope lucum Schahe.

**Num. CCLXXII. 1179. Ex Originali:**

Gebehardus Comes de Sulzbach, advocatus Ratisbonen. Emmeramensibus fundum pro aedificio molendini vindicat in loco Friesham in pago Tuncouue.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Gebehardus Comes de Sulcipach, adyocatus Ratisponensis Ecclesie notum facio omnium universitati tam presentium, quam futurorum, quod Peringerus abbas sancti Emmerami emit 7 solidis a quodam Engilperto de Friesham aream in eadem villa sitam, in qua mollendinum satis venustum edificari instituit. Verum habitatores prefati vici adeuntes presentiam meam interpellaverunt me pro constructione ejusdem mollendini dicentes, partem aree, in qua constructum erat ipsum mollendinum, ad communitatem ipsorum, quod teutonice dicitur Gmeine, pertinere. Mediante itaque me a ceteris boni testimonii viris, ab omni querimonia ejusdem cause deciderunt, et pro honore Dei et sancti Emmerami se de omni impetitione ejusdem proprietatis vel communitatis in presentia mea abdicaverunt et sancto Emmeramo tradiderunt. Acta sunt hec in loco, Werde dicto, in pago Tuncouue, anno dominice incarnationis 1179. Friderico imperatore regnante, presidente Ratisponensi Ecclesie Epo Chounone, sub prefato sancti Emmerami Peringero abbate.

Et pro cautela futurorum easdem res vel proprietates in tuitionem meam suscepi, et cartam hanc conscribi et Sigilli mei impressione roboravi. Testes, qui presentes fuerunt, hi sunt: Gebehardus Comes

de Cregelin, Oudalricus de Hasilpach, Fridericus de Lihtenberg, Chouno de Wichenlinruite, Karolus de Wetterinvelt, Alram de Hovedorf, Chounradus de Steine, Arnold de Wahsinstein, Heinricus de Weterinvelt, Adalperht de Grube, Gotefrid dapifer, Otto Chovner, Chouno de Hovedorf, Gotepolt de Tiufental, Chounrad de Fronouue, Egilolf de Wichenriut, Erchinperht de Urepach, Oudalricus Tanlaer, - et ceteri de Friesham, Engilperht de Chirphenholz, et Wolfemout.

*Sigillum Comitis Gebehardi equesire integrum extat.*

**Num. CCLXXIII. 1179:**

Donatio carradae vini ex loco Pfaffenstein ad monasterium s. Emmerami facta per Comites Palatinos de Wittelsbach.

*Pez I. c. 178.*

Omniū patere volumus industrie tam presentium, quam futurorum, quod Otto Palatinus senior de Wittelspach profitebatur, se habere omni anno de Ecclesia sancti Emmerami carradam vini in loco Phafenstein non jure beneficii, sed loco donationis et caritatis, unde predictum vinum annuatim tempore vindemie homines ejus in predicto loco inportune exigebant, et differentibus preposito et cellerario hujus Ecclesie propter raritatem vel penuriam vini eis dare, per vim auferebant et contumeliose eos sepius tractabant. Que donatio a tempore Engilfridi abbatis et Successorum ejus permansit usque ad tempora Peringeri abbatis. Post mortem itaque ejusdem Palatini,\*) filiis ejus eadem donatio omni anno a loco nostro conferebatur. Monitu itaque et petitione Friderici filii ejus, qui medioximus fratriim suorum erat et gladiatura se exuerat et meliori vite (monachicae) se mancipaverat, frafres ejus Otto senior (Dux Bavariae anno 1180.) et Otto junior (VI. Comes de Wittelspach) pro anima patris et matris eandem donationem vini in loco Ensdorf in manus Epi Chuononis resignaverunt et in usum Ecclesie sancti Emmerami vel fratrum annonam dandum deputaverunt. Facta sunt hec anno dominice incarnationis 1179. regnante Friderico imperatore, presentibus his testibus, quorum nomina hec sunt: Frideri-

\*) Otto Palatinus, dictus Otto IV. pater Ottonis Ducis Bavariae.

cus Palatinus, Chunrad Comes de Mosepurch, Erchinperht de Mosepach, Adelbero de Prukkeberg, Pruno de Purgenawe, Udalricus Vicedominus Ratisponen. Chunradus de Dorinperg, Rudigerus de Lintham, Werinherus de Gibestorf, Rutpertus de Auwanwolf, Chunradus de Waitenhoven, Gotfridus, Werinherus de Planstetten, Irminstein de Inningin, Otto de Valchenstein, Udalricus de Pentelingen, Fridericus de ... Perno de Seuemburg, Sigefrid Chofe, Rateldold de Reginperhtestorf, Chunrad de Inningen.

**Num. CCLXXIV. Circa annum 1180. Ex Diplomatario coaevo.**

Concessio domus Ratisbonae sitae ad superius monasterium.

Noverit tam presens etas, quam futura posteritas, quod quidam Canonicus veteris Capelle dictus Herbordus, et ejusdem loci decanus domum quandam cum area in occidentali parte Civitatis Ratisponen. que pars vulgo Westerburch dicitur, sitam per manum delegatoris sui Friderici prepositi ad altare sancte Marie in superiori monasterio pro anime sue remedio delegavit sub tali forma tradicionis, ut annuatim in die festo beati Emmerami in usum Sanctimonialium ibidem Deo famulancium talentum persolvatur. H. r. t. sunt auribus tracti: Fridericus de Purgetor, Hugo inter latinos, Fridericus prepositus, Hawordus de Gruzzinge, Rudegerus de Gisilheringe, Rudegerus cognatus ejus, Chunradus de Tegerenheim, Walchun de Otemaringe, Liupman de Salaht, Walchun Chastenaer, Hartwich, Wernher, Gumprecht, Rudolf.

**Num. CCLXXV. Circa annum 1180. Ex Diplomatario coaevo.**

Traditio praedii Pezenbach ad monasterium superius.

Noverit omnium Xpi fidelium presentium ac futurorum solers universitas, quod quedam nobilis matrona, nomine Benedicta, quoddam praedium, quod dicitur Pezenpach per manum filii sui Alberti de Steine tradidit ad altare sancte Marie in superiori monasterio pro remedio anime sue et mariti sui Ulrici de Steine. H. r. t. sunt: Ekebertus de Gebelkoven, Chunradus de Gruzzinge (Greissing prope Geislhöring), Hawordus frater ejus, Fridericus prepositus,

Walchun de Otemaringe, Gebolf de Mietenpach, Ortuuinus cognatus ejus, Fridericus et frater suos Rudegerus, et Rudegerus de Gisilheringe cognatus eorum.

**Num. CCLXXVI. Circa annum 1181:**

Traditio aquae apud Ort ad Monasterium s. Emmerami.

*Pez I. c. 164.*

Noverint omnes fideles Xpi presentes et futuri, qualiter Otto Lantgravius (de Stevening) acceptis a nobis 12. solidis partem aque ad Orte, que eum contingebat, beato Emmeramo contradidit. Postea frater ejus Fridericus acceptis 14. talentis, quicquid sui juris In aqua ipsa erat, insuper et agrum eidem aque contiguum consensu et voluntate matris utrorumque in manus supradicti fratris Ottonis delegavit beato Emmeramo in usus fratrum perpetuo conservandum. Mortuo tandem Friderico fratre, et nepte filia Hainrici urbis prefecti\*), predictus Otto Lantgravius partem neptis in aqua eadem, quam jure hereditario possederat, cum ceteris, que supradicta sunt, preterea et aditum ad molendinum superius et inferius per terram suam acceptis 7. talentis iterato ad altare sancti Emmerami delegavit. H. r. t. sunt: Purchard von dem Stein, Hartwich de Vronde, Willihalm de Heresinge, Cunrad de Gozboldeshube, Rudigerus de Hasila, Perhtold de Osterhoven, Eberhardus de Ura, Hainricus de Haimlichsbach, Ulrich Holzenaer, Herman Grantpaiz, Marquart de Tiginge, Helphricus de Tiginge, Rudigerus de Lengevelt, Bernard de Ufhusen, Friderich Sibenhar, Friderich Leikast, Werinher de Gruzzelbach, Werinhart de Herbrantsdorf, Albrecht der Span, Rudiger der Eschaje.

**Num. CCLXXVII. 1181.**

Restitutio mancipiorum a Sophia de Abensberg ad Monasterium s. Emmerami donatorum.

*Pez. I. c. 182.*

Quedam nobilis matrona nomine Sophie de Abensperg sub abbate Adelberto tradiderat ad sancti Emmerami altare quedam man-

\*) Civitatis Ratisbon, Burcgrafius, frater Ottonis et Friderici prosapiae Rietenburgensis.

cipia, quorum nomina sunt Liucart cum liberis, Amalgis frater ejus, Winnilint soror ejus, Heinrich, Judita ad census 5. nummorum, que postea filius ejus Eberhard impetebat, dicens, absque suo consensu et laudamine eam non potuisse uspiam delegare vel tradere. Verum interventu abbatis acceptis ab eisdem tribus et dimidio talentis delegavit eos pro anima matris ad sanctum Emmeramum ad predictum Censum. Denique sub Peringero abbate quidam miles Fratris ejus Altmanni, nomine Udalschalcus de Wannebach impetere et infestare predictos homines cepit et in proprietatein sibi vendicare. Ab abbate itaque compellatus in presentia Friderici Palatini Comitis, acceptis ab eisdem hominibus 20. solidis, eos in manus Altmanni Domini sui delegavit, et ab omni se proprietate eorundem prorsus abdicavit, quos ipse recepit et delegationem, quam mater ejus antea fecerat, fideliter exsolvit, ac perpetuo omni posteritati eorum profuturam confirmavit. Facta sunt hec anno dominice incarnationis 1181. sub Friderico imperatore, et Epo Chunone, et advocato Heinrico de Altindorf, Testes sunt: Adelpert de Tigin, Otto frater ejus, Rudolfus de Puchusen, Herman Stirstar, Hertwic Halsepach, Gotefrid, Hartman de Tanhusen, Friderich de Niunhusen, Udalricus Holzenaer, Herman Sac, Engilpertus filius Chunradi in porta, Salman aurifex, Rudigerus de Alinpach, Hiltiprant, Wecilo calceatores, Werinhart pistor, Marquart, Chuno preco, Gnenel, Dietricus, Perthold editui.

**Num. CCLXXVIII. 1182. 14. April. Ex Originali:**

Litterae Confirmationis et Protectionis Papalis datae Monasterio Reichenbach.

Lucius Epus servus servorum dei. Dilectis filiis Reimbotoni abbati monasterii sce Marie in Reichenbach, quod in Ratisponensi Epatu situm est, ejusque fratribus tam presentibus, quam futuris regularem Vitam professis in perpetuum. Quotiens a nobis petitur, quod religioni et honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Ea propter dilecti in domino filii vestris justis postulationibus clementer annuimus, et prefatum monasterium sce Marie de Reichenbach in Ratisponensi Epatu situm, a bone memorie Diepaldo Marchione, et uxore sua Adelheide constructum et beato Petro oblatum, in quo divino mancipati estis obsequio, ad exemplar felicis recordationis Calixti Pape, predecessoris nri, sub beati Petri tutela et nra

protectione suscipimus, et presentis scripti privilegio communimus, imprimis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum dei et beati Benedicti regulam in eodem monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascunque possessiones, quecunque bona idem monasterium in presentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis prestante domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque Successoribus et illibata permaneant. Sane novalium vestrorum, que propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis decimas exigere presumat. Liceat quoque vobis, clericos vel laicos e seculo fugientes liberos et absolutos ad conversationem recipere, et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in eodem loco professionem fas sit, absque abbatis sui licentia, nisi arctioris religionis obtentu, de eodem loco discedere, discedentem vero absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clausis januis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare. Pro chrismate vero, oleo sancto, consecrationibus Ecclesiarum, ordinationibus Clericorum, qui ad sacros Ordines fuerint promovendi, sive abbate deducendo ad Sedem vel quibuslibet aliis Sacramentis Ecclesis, nullus a vobis aut sub obtentu consuetudinis, aut quolibet alio modo quicquam audeat postulare. Si quis autem contra hoc venire presumpserit, portionem cum Jezi se noverit habiturum, cujus factum exactione turpis muneris imitatur. Sepulturam preterea ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extreme Voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicatu vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen justitia illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet Successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars Consilii sanioris secundum dei timorem et beati Benedicti regulam providerint eligendum. Hoc ipsum etiam de advocati constitutione precipimus, qui tamen advocatus, si fratribus gravis et monasterio inutilis fuerit, eo amoto alium loco ejus substituendi liberam vobis concedimus facultatem. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit, prefatum monasterium temere perturbare, aut

ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis Apostolice auctoritate, et diocesant Epi consueta justitia. Ad iudicium autem hujus a Romana Ecclesia percepte libertatis aureum unum annis singulis nobis nostrisque Successoribus persolvetis, quemadmodum a predicto Marchione Diepaldo noscitur institutum. Si qua igitur in futurum Ecclca secularisve persona hanc nostre Constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini nri Jhu Xpi aliena fiat: cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax domini nri Ihu Xpi, quatenus et heic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant, amen.

Ego Lucius Katholice Ecclesie Episcopus.

*Subscripserunt cum Papa 10. Cardinales assensum praedicto protectorio praebentes.*

Datum Velletri per manum Alberti sce Romane Ecclesie presbyteri Cardinalis et Cancellarii, octava decima Kalendas Maii, Indictione XV. Incarnationis dominice anno 1182. Pontificatus vero Lucii Pape III. anno primo.

*Plumbum: Lucius PP. III.*

**Num. CCLXXIX. 1182 26. Sept. Ex Originali:**

Imperatoris Friderici I. privilegium concessum ponti lapideo Ratisbonensi.

C. In nomine sancte et individue Trinitatis, Fridericus divina favente Clementia Romanor. Imperator Augustus. Ad hoc divina favente clementia Imperii gubernacula regendo tenemus, ut cuilibet propria jura nostro moderamine illibata permaneant, et que ad communem utilitatem sunt destinata, communi etiam utilitati sine aliquo gravamine et speciali alicujus exactione libere valeant deservire. Quia igitur mundo senescente vite mortalis minorata sunt tempora, et ma-



xime quia turbe rerum non sufficit labilis hominum memoria, dignum duxit nostra imperialis excellentia, Successarum nostrorum, nec non omnium Xpi fidelium tenaci memorie sacris litteris nostris commendare favorabilem libertatem lapidei pontis, qui Ratispone ultra danubium protenditur, quam nostra liberalitate de eodem statuimus. Cognoscat igitur quelibet generatio altera, quia de consilio et consensu dilecti nostri Chunonis Ratisponen. Epi, et Ottonis ducis Bawarie, et aliorum principum et nobilium Curie nostre, nec non de maturitate consilii nostre Serenitatis ad petitionem civium Ratisponensium, et Herbordi magistri ejusdem pontis statuimus et concedimus omnimodam libertatem super predictum pontem, ita scilicet ut non ficeat alicui ex debito aliquid exigere ab aliquo super eundem pontem transeunte, nisi propria voluntate ad conservationem vel restaurationem ejusdem pontis aliquis quicquam voluerit conferre. Sanccimus etiam plenariam libertatem aree utriusque capiti pontis adjacenti, superius et inferius, ad spatium duodecim passuum, scilicet ut nullus aliqua collatione seu alicujus edificii structura predictum spatium audeat occupare, sed ad omnimodam comumentium commoditatem perpetua vacatione gaudebit. Rationabilis igitur consilii tenore perpenso districta moderatione placet prescribere, ut a predicto ponte pontisque spatio predicto nihil extra ordinarium super inductumve de cetero aliquid flagitetur, nulla necessitatis sarcia ejus functionibus ascribatur. Si vero contra sanctionem nostram aliquis sordido munere vel nova exactione pontem et ejus spatium predictum vexare voluerit, placuit nostre spectabilitati, ut illius usurpationis contumelia hoc ordine depellatur, ut si princeps fuerit et ammonitus resipiscere noluerit, ad decem librarum auri quantitatem puniatur. Si vero principatum non habuerit, ad estimationem quinque librarum auri mulcta et imponatur, quarum una medietas fisco, altera vero pontis procuratoribus assignetur. Et ne a fide et memoria Successorum nostrorum hoc Statutum nostrum possit excidere, hanc inde cartam fecimus conscribi et Sigillo nostre majestatis jussimus insigniri. Hujus rei testes sunt: Counradus Salzpurgensis Archiepus, Chuno Ratispon. Epus, Albertus Frisingensis Epus, Rudolfus imperialis aule prothonotarius, Otto dux Bawarie, Otto palatinus Comes de Witelingesbach, Thitpoldus Comes de Leskemunde, Bertoldus marchio de Voburg, Comes Fridericus de Abinberc, Heinricus marscalcus de Pappinheim et alii quam plures.

*Signum dni Friderici Rom. Imp. invictissimi. (Monogramma)*

Ego Godefridus Imperialis aule Cancellarius vice Christiani Maguntine Sedis archiepi et Germanie archicancellarii recognovi. Acta sunt hec anno dominice incarnationis 1182. indict. I. regnante dno Friderico Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius XXXI. imperii vero XXVIII. Datum Ratispone VI. Kalend. Octobris.

*Sigillum majestatis appendet.*

**Num. CCLXXX. 1182. 29. Sept. Ex Diplomatario:**

Confirmationis et Mundiburdii Literae Imperatoris Friderici I. datae Coenobio Reichenbacensi. In nomine sce et individue Trinitatis. Fridericus divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus. Ad eterni regni premium et ad temporalis imperii incrementum et aput regem regum nobis proficere non ambigimus, si Ecclesiis jura earum conservando et ipsas contra indebitas oppressiones manutenendo salubriter provideamus. Universis igitur Xpi fidelibus tam presentis, quam postfuture etatis notum esse volumus, quod divine remunerationis intuitu Monasterium in Reichenbach in honore sce Virginis Marie constructum cum personis inibi Deo famulantibus, et cum universis bonis et Villis ei adinentibus, habitis et habendis in nre Majestatis protectionem suscepimus, ne qua persona secularis vel ecclesiastica eos molestare vel aliquo modo aggravare presumat, impenalis jussionis auctoritate inhibentes; quarundam autem Villarum nomina in sequentibus duximus exprimere, videlicet ea primum, que fundator loci Diepaldus Marchio de Voheburch eidem contulit Monasterio, Reichenbach et predia ad eum pertinentia locum, apud Chambe predium nomine Altenmarkt, Putzlingen, Wilmaring et cetera bona, que dedit Marchio in confinio Chambe, parochiam in Wald cum ministerialibus et familia, sicut ipse ea possederat, Ecclesiam in Ilswankh cum ministerialibus et prediis ad eum locum pertinentibus jure, quo ipse possederat: in pago, qui dicitur Egere, Diepoltzreut, Frauenreut, Chunreut, Prunn, Pernreut, Godefridesgrune, apud Thiersheim sancte Marie-Wiler, Rahwinesriut, Chunriut; in Suevia, quicquid habuit in Rudlingcn,

in Stamheim, tres Curias cum Ecclesia et ponte, quog ministerialis ejus Gotfridus habuit in Riethausen; in Pinzwangen duas curtes, in Denchlingen duas curtes; apud flumen Rota predium, in Villa Chindheim et alia predia ad eum locum pertinentia; item predia, que patruus noster Rex Chunradus ei contulit, scilicet Hohenstein et Rore cum suis adtinentiis, et item predia, que Nos manu nra eidem Monasterio contulimus, scilicet Ecclesiam in ipso Hohenstein cum omni iure tam temporali, quam spirituali perpetuo habendam et quiete possidendam; item predia in Genach et Liuweligin, et beneficium ministerialis nri Rapotonis in Wichelstorf; item que Pabo ministerialis noster habuit in Paldewinesdorf et in Hawartesdorf. Hec inquam omnia cum universis, que nunc possident vel in posterum justo quolibet acquisitionis titulo adipisci poterunt, abbati Reginbotoni et ejus Successoribus, ac fratribus suis imperiali auctoritate et hac pragmatica Sanctione confirmamus, statuentes, quod si quis huic nre Confirmationi obviare voluerit, et predictum Monasterium et fratres aliquo modo infestare presumpserit, 50 tt. auri pro pena componat, quarum una medietas fisco, reliqua vero abbati et fratribus injuriam passis cedat. Hujus rei testes sunt: Chunradus Salzburgensis Archiepiscopus, Chuno Ratisponensis Epus, Rudolfus imperialis aule Prothonotarius, Otto dux Bawarie, Otto Palatinus Comes de Witelinispach, Berhtoldus Marchio de Voheburch, Heinricus de Stauff, Albertus Nothaft, Reinboto et Albertus de Sussenbach, Chunradus de Waltenhoven Marscalcus, Rubertus de Liebenstein, et alii quam plures.

*Signum domni Friderici Romanorum imperatoris invictissimi. (Monogramma.)*

Ego Gotfridus imperialis aule Cancellarius vice Kristiani Maguntinensis Sedis Archiepiscopi et germanie Archicancellarii recognovi. Acta sunt hec anno dominice Incarnationis 1182. Indictione I. regnante domino Friderico Romanorum Imperatore gloriosissimo, anno Regni ejus XXXI. Imperii vero XXIX. Data Ratispone tertio Kalendas Octobris, feliciter amen.

**Num. CCLXXXI. 1183. 30. April: Ex Originali:**

Protectorium papale concessum Capitulo majoris Ecclesiae Ratisbon.

Lucius Epus servus servorum dei. Dilectis Rapotoni decano Ratisponensis Ecclesie, ejusque fratribus tam presentibus, quam futuris canonice substituendis in perpetuum. Quotiens a nobis petitur, quod religioni et honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriiis effectum congruum impertiri. Ea propter dilecti in domino filii vestris justis postulationibus clementer annuimus, et felicitis recordationis Eugenii pp. predecessoris nri vestigiis inherentes, Ecclesiam vram, in qua divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti privilegio communimus, statuentes, ut quascunque possessiones, quecunque bona in presentiarum juste et canonice possidetis, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate regum, largitione principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis prestante domino poteritis adipisci, firma vobis, vestrisque Successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: Ecclesiam ipsam beati Petri Ralisponen. cum omnibus possessionibus et appenditiis suis, Parochiam majoris Eccleie, Curtem de Gislingen cum omnibus possessionibus et appenditiis suis, domos vestras claustrales, areas domorum in Civitate Ratisponen. sitas, Ecclesiam de Persen in ea libertate, qua bone memorie Hartuicus Ratisponen. Epus vobis concessit, ec pacifice ac rationabiliter possidetis, Ecclesiam de Wibelsdorf, Ecclesiam de Illinchoven, Ecclesiam de Hovechirchen, Ecclesiam Waltkeringen, Ecclesiam Pfaffenberge, Ecclesiam Hitinchoven, Ecclesiam Pfolenchoven, Ecclesiam Lirendorf, Ecclesiam Leuchingen, Ecclesiam Punnechoven, Ecclesiam Otelhaim, Ecclesiam Chirphinholze, Ecclesiam Hazenchoven, decimam Wimtingen, decimam Samtingen, decimas in Toenkove, decimas in Norkouue, predium, quod habetis in Villa, que dicitur Holzen, predium, quod habetis in Villa, que dicitur in Heitemchoven, predium, quod habetis in Villa, que dicitur Strazze, mansum, quem habetis in Villa, que dicitur Talmazzingen. Ad hec adjicientes statuimus, ut nulli nisi Eccleie vre Canonicis ejusdem Eccleie archidiaconatum administratio committatur. Ut autem a seculari tumultu securi liberius divinis celebrandis Officiis consistatis,

sub interminatione anathematis interdicimus, ne quis princeps, karissimo in Xpo filio nro Frederico illustri Roman. Imperatore semper augusto excepto, homines vel equos suos ponendi in hospitia vra vobis invitis habeat facultatem. Cum autem ab Imperiali serenitate solempnis Curia fuerit congregata, apud vos sine introductione equorum persone dumtaxat Ecclce hospitentur. Preterea quoniam, sicut dicit apus, nullus debet iudicare alienum servum, quia suo domino stat aut cadit, auctoritate aplca prohibemus, ne aliquis secularis iudex contra antiquam Consuetudinem usque ad moderna tempora observatam quemquam servientum vestrorum sine assensu vestro iudicandi habeat facultatem, nisi offensa fuerit, que sanguinis vindictam inducat, quam per Virum Ecclcum non conveniat exerceri. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatum locum temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Sedis aplce auctoritate, et diocesani. Epi canonica justitia et debita reverentia. Si qua igitur in futurum Ecclca secularisve persona hujus nre Constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nri Ihu Xpi aliena fiat, atque in extremo Examine districte ultioni subjaceat: cunctis autem eidem loco sua jura servantibus, sit pax dni nri. Ihu Xpi, quatenus et heic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis iaveniant, amen amen.

Ego Lucius catholice Ecclie Eps.

† Ego Theodin. Portuen. et sce Rufine Sedis Eps fs.

† Ego Heinricus Albanen. Eps fs.

† Ego Vunan. tt. S. Stephani in Celio monte Pbr Card. fs.

† Ego Laboran. pbr Card. S. Marie trans Tiberim tit. Calixti fs.

† Ego Rainerius pbr Card. Ss. Johannis et Pauli tit. Pagmachii fs.

† Ego Hubertus pbr Card. tit. S. Laurentii in Damaso, fs.

† Ego Eander pbr Card. tit. basilice XII aplorum, fs.

† Ego Arditio diac. Card. Sci Theodori fs.

† Ego Gerardus Sci Adriani diac. Card. fs.

† Ego Soffredus Sce Marie in Via lata diac. Card. fs.

† Ego Albinus diac. Card. Sce Marie nove fs.

Datum Velletr. per manum Alberti sce Romane Eccleie pbri Card. et Cancell. II. Cal. Maii, Indict. I. Incarnationis dnce anno 1183. Pontificatus vero dni Lucii pp. III. anno secundo.

*Plumbum adpendet: Lucius PP. III.*

**Num. CCLXXXII. 1183.**

Monasterio sancti Emmerami per Praefectum Ratisbon. adjudicatur praedium Grosratisberg.

*Pez I. c. pag. 169.*

Notum sit omnibus Ecclesie Xpi fidelibus tam presentibus, quam futuris, quod tempore Adelperti abbatis (ad S. Emmeramum) quidam hujus Urbis Civis, Henricus nomine proprietatem suam ad Grozratisperg eidem abbati et fratribus sancti Emmerami obtulit coemendam; cujus estimatione habita 110. talentis ab eodem abbate cum omnibus ad eam pertinentibus est coempta. Hoc praedium interjecto tempore quidam, Marquardus nomine de Rattindorf, Sororius ejusdem Henrici sub predicto abbate impetebat, dicens, ejusdem predii heredem se esse, qui acceptis ab abbate 6 1/2 talentis, in presentia Henrici Senioris Ratisponensis Prefecti, qui tunc temporis advocatus erat sancti Emmerami, ab omni impetitione eandem decideret et in manum abbatis et prefecti abdicavit. Evolutis autem aliquot annorum curriculis sub Peringero abbate quedam matrona, Haluuic nomine, mater predicti Marquardi, uxor nobilis viri, Hartuuici nomine de Rattindorf, cum filio suo eandem proprietatem in placito Henrici junioris Burcgravii Ratisponensis impetere cepit. Abbas itaque Peringerus datis ei 10. talentis in generali ejus mallo Ratispone habito, eandem causam sic determinavit, ut predicta matrona unacum filia sua ab omni ejusdem predii exactione decideret, et in manum ejusdem prefecti se abdicaret. Actum est hoc Ratispone in atrio ejusdem, in absida Ecclesie sancti Egidii, anno dominice incarnationis 1183. Friderico Imperatore, sub Episcopo Chunone, et Henrico Comite de Altindorf advocato hujus loci, presentibus his testibus, quorum nomina sunt hec: Wolfgoz de Lengevelt, Eppo de Ebermuntens-

dorf, Otto de Unzanstendorf, Hermann de Truhpach, Udalricus Vicedominus, Udalscalch de Hegelin, Erbo de Mangoltingin, Fridericus parvus, Ekkihart de Prunnelait, Chunrad de eodem loco, Altmanu Havenaer, Adelpert in Heide, Karl telonearius, Marquard Elseren, Gozuuin dives, Grimold camerarius, Rudolf Ruzzer, Adalpert preco, Gotfrid an der Prunnlait, Udalric Kargil, Hartuuic, Rutpert fratres ejus, Gebo unterm Gwelbe, Udalric in der Grüb, Werinher de Sinzingin, Hugo Unterwaldlehen, Willehalm super danubium, Frideric juxta portam, Hermann Vel, Arnold Chopelman, Pernold Galin, Heinric Grans, Gerhart Wiltwercher, Gotfrid frater ejus, Walther judex de Westerburge, Hermann Saccus, Heinricus de Isningin, Liutuuin filius Merbotonis, Udalric Holzenarius, Otto de porta, Otto de Tigin, Werinhart miles Vicedomini Udalrici.

**Num. CCLXXXIII. 1184. 28 Febr. Ex Originali:**

Mundiburdium papale Collegiatae ad veterem Capellam Ratisbonae concessum.

Lucius Epus, servus servorum dei, dilectis filiis Erbordo decano et Canonicis sce Marie Ratispon. que dicitur antiqua Capella, tam presentibus, quam futuris canonice substituendis in perpetuum. Pie postulatio voluntatis effectum debet prosequente compleri, ut et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Ea propter dilecti in dno filii vestris justis postulationibus clementer annuimus et prefatam Ecclesiam sce Marie Ratispon. que dicitur antiqua Capella, in qua divino mancipati estis obsequio, ad exemplar felicis recordationis Alexandri pape, predecessoris nostri sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus, statuentes, ut quascunque possessiones, quecunque bona eadem Ecclesia in presentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessionem Pontificum, largitione Regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis prestante dno poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, et illibata permaneant, in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: Ecclesias in vestro fundo sitas, Rotigen scilicet cum appenditiis suis, Ecclesiam Nitenowe cum appenditiis suis, Ecclesiam Cydelarn cum appenditiis suis, Ecclesiam Phaphenhoven cum appenditiis suis, Ecclesiam Mosheym cum suis appenditiis, Ecclesiam Aeuningem cum appenditiis suis, predium Wolfhartstorf

Ciim appenditiis suis, Curiam in suburbio Civitatis sitam cum appenditiis suis, Curiam Helkeringen cum quatuor Vineis, quinque vineas in monte ad prebendam pertinentes, et sex ad oblationem cum earum appenditiis; decimationes etiam omnium Vinearum in termino vestro sitarum. Statuimus autem, ut decedente preposito vestro, qui pro tempore fuerit, nullus ibi surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum deum providerint eligendum. Inhibemus etiam, ne preposito liceat, ullas Curias, decimas, mansos seu aliud beneficium Ecclesie vestre collatum alicui personaliter dare vel locare, seu alio modo alienare sine communi consensu Capituli aut majoris et sanioris partis; nichil etiam de bonis Ecclesie in usum suum convertat, priusquam prebenda fratrum plenarie, sicut ab antiquo statutum est, fuerit dispensata, et cellerario, quem fratres utilem ac fidelem sibi elegerint, ad dispensandum commissa. Preterea de oblationibus, que sui juris non sunt, nichil sibi vindicare presumat, sed Camerarius oblationum, qui specialiter ex antiqua et rationabili institutione ad eas observandas distribuendasque preficitur, debita provisione dispenset. De vino vero sive de cerevisia fratrum nichil subtrahat, nisi que ad portionem suam juxta Ecclesie vestre consuetudinem noverit pertinere. Interdicimus insuper, ne prepositus Ecclesias vestras contra justitiam alicui ipse tantum sacerdoti concedat, sed cum decano et aliis fratribus in capitulo residens sacerdotem honeste conversationis eligat, et electum cum aliis Senioribus Epo representet, a quo animarum curam recipiens ei de spiritualibus, vobis autem de temporalibus debeat respondere. Auctoritate quoque aplca nichilominus duximus prohibendum, ne adrocatu vester locum ipsum, vel que ad eum pertinent, gravare seu quibuslibet indebitis exactionibus fatigare presumat, sed hiis, que antiquitus sibi concessa sunt et ad justitiam suam pertinent, contentus existat. Sepulturam preterea ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen justitia illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Hec autem omnia, sicut ab antiquo statuta sunt et servata, vobis et per vos eidem Ecclesie auctoritate aplca confirmamus. Decernimus igitur, ut nulli omnino hominum fas sit, prefatam Ecclesiam temere perturbare aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum



gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus profutura, salva Sedis aplice auctoritate et diocesani Epi canonica justitia. Si qua igitur in futurum Ecclca secularisve persona hanc nostre Constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et dni redemptoris nostri Ihu Xpi aliena fiat, atque in extremo examine divine ultioni subjaceat; cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax dni nostri ihu Xpi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.

Ego Lucius catholice Ecclie Epus fs.

† Ego Theodinus Portuen. et Sce Rufine Sedis Epus fs.

† Ego Heinricus Albanen. Epus fs.

† Ego Theobaldus Hostien. et Velletren. Epus fs.

† Ego Johannes pbr Card. tit. Sci Marci fs.

† Ego Arditio diac. Card. Sci Tbeodori fs.

† Ego Gratianus scorum Cosme et Damiam diac. Card. fs.

† Ego Goffredus sce Marie in Via lata diac. Gard. fs.

† Ego Albinus diac. Card. sce Marie nove fs.

† Ego Laborans pbr. Card. sce Marie trans Tiberin tit. Calixti fs.

Datum Verone per manum Alberti sce Romane Ecclesie pbri Card. et Cancellarii, III. Kal. Martii, Incarnationis dominice anno 1184. Pontificatus vero domini Lucii pape III. anno quarto.

*Plumbum: Lucius PP. III.*

Nota. Circa annum 1240. praesens mundiburdiium, de quo Originale adhuc extat, vidimarunt Hericus praepositus, Henricus decanus majoris Ecclesiae, et Vlricus praepositus Eccliae sci Joannis Rat. suaque apposuerunt Sigilla.

### **Num. CCLXXXIV. 1184. 2. Aprilis:**

Conradus II. Epus Ratisbon. Monasterio Monsee restituit forestam Abernseensem.

*Ex Chronico Lunaelacensi p. 139. Confer. Pezii Codex Epistolaris 11. 40.*

Chuno dei gratia Ratisponensis Ecclesie Epus, licet immeritus, in perpetuum. In eo sumus loco et officio licet immeriti Domino

providente constituti, ut omnibus sub nostro regimine existentibus jura sua studio paterne sollicitudinis conservemus illesa, et his maxime, qui sub sancte conversationis religione in laudibus divinis continuo inveniuntur mancipati, ne de minori possimus vigilantia reprehendi, si permiserimus eos sua justitia defraudari. Omnium igitur tam presentium, quam futurorum noverit industria fidelium, quod predecessores nostri et nos cum eis habuimus in usibus nostris forestam, que dicitur Abernsee, ita tamen, quod dnus abbas de Monsee cum sua congregatione diceret, se tam a nobis, quam a predecessoribus nostris pati injuriam, maxime cum eandem forestam antiqua imperatoris traditione et longissima possessione monasterium idem quiete possederit multo tempore. Nolentes itaque vel Epatum vel Monasterium sua defraudari justitia, diligenti inquisitione adhibita invenimus certissima veritate, forestam predictam eidem monasterio de jure debere contingere, Quia ergo de justitia Ecclesie nostre nihil credimus deperire, si, que aliena sunt, desistimus possidere, sub presentis pagine testimonio certificamus, quod a possessione predictae foreste omnino (sicut et justum fuit) cessimus et ex abundanti justitia eandem forestam predicto monasterio super altare beati Michaelis manu propria tradidimus. Hi autem sunt termini ejusdem foreste: in occidente a rivo Zinkinbach, ubi ipse Abernsee influit, et ab oriente, ubi Tinnilbach in lacum influit, usque ad locum, ubi Iskila in Trunam cadit; et ex alia parte terminum habet usque ad Wizzinbach, quo et ipse in Attersee manat, et ad alium Wizzinbach, usque dum influit Trunam. Ne qua ergo spiritualis secularisve persona hanc nostram traditionem immutare presumat, ipsam nostri auctoritate precepti sub vinculo anathematis ratam haberi precipimus; et ne a fide et memoria Successorum nostrorum hec nostra traditio possit excidere, hanc inde chartam sub testimonio multorum fecimus inscribi et nostro Sigillo jussimus insigniri. Sunt autem hi testes clerici: Godefridus prepositus, Marquardus decanus, Rupreht, Udalricus, Rudigerus. Hi autem Laici: Comes Heinricus de Frantehusen, Friderich Landgrave, Comes Rapoto de Ortenberge, Albero de Zolfinge, Friderich de Peringe, Rudiger de Waltsteine, Otto de Valchensteine, Ratold de Gisilingen, Dietrich de Raitenpuch, Gumpold an der Heide, Chunrat de Kirchtorf, Rudiger de Stein, Hartuuich de Lichtenberge, Gerloch de Nuzzdorf, Otto Marscalch, Heinrich Hek, Dietrich de Kirphern, Chunrat Kaergel, Chunrat de Henhusen Arbo de Aheim et alii quam plures. Facta est autem hec

traditio anno ab incarnatione Domini nostri Ihu Xpi 1184. IV. Nonas Aprilis, indictione II.  
imperatore Friderico regnante.

**Num. CCLXXXV. 1185. 10. Aprilis:**

Lucii Papae III. Bulla privilegia, possessiones et sepulturam monasterii S. Jacobi Scotorum Ratisbon.  
confirmans.

*Ex copia 1485. per Joannem abbatem S. Emmerami vidimata.*

Lucius Epus servus servorum dei. Dilectis filiis Gregorio abbati monasterii sancti Jacobi Ratispone, ejusque fratribus tam presentibus, quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium, ne forte cujuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit, sacre religionis infringat. Ea propter dilecti in Domino filii vestris justis postulacionibus clementer annuimus, et predecessorum nostrorum felicis memorie Eugenii, Adriani, Alexandri romanorum Pontificum vestigiis inherentes prefatum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus, inprimis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum deum et beati Benedicti regulam in eodem loco noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascunque possessiones, quecunque bona eadem Ecclesia in presenciarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largicione Regum vel Principum, oblacione fidelium seu aliis justis modis prestante Deo adipisci poterit, firraa vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surrepcionis astucia seu violencia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam providerint eligendum. Sane peregrinos et supervenientes hospites, si neque fuerint alicui Ratisbonen. Ecclesie parochiali jure subiecti, cum apud vos obierint, sicut in Ecclesia vestra de antiqua consuetudine est obtentum, liceat vobis nullius contradictione obstante Ecclesiastice tradere sepulture, si sponte ibi voluerint sepeliri. Et quia quedam Ecclesie a vobis ordinem susceperunt, que vestro regimini suat subiecte, ne in eis regularis observantia depe-

reat discipline, statuimus, ut, sicut consuetum est, majorum Ecclesiarum illarum persone ad monasterium vestrum semel in anno accedant, ubi et correctiones excessuum et instituta Ordinis a vobis suscipiant humiliter et observent. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatum monasterium temere perturbare seu possessiones ejusdem auferre vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexacionibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentacione concessa sunt, usibus omnimode profutura, salva Ratisponen. Epi canonica justicia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitucionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit reatum suum, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sanctissimo corpore et sanguine dei et dni redemptoris nostri Ihu Xpi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subjaceat: cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax dni nostri Ihu Xpi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant amen.

Ego Lucius catholice Ecclesie Epus.

*Deinde sequitur subscriptio 10 Cardinalium.*

Datum Verone per manum Alberti sancte Romane Ecclesie pbi Cardinalis et Cancellarii, III. Idus Aprilis, indictione III. incarnationis dominice anno 1185. Pontificatus vero dni Lucii Pape III. anno III.

**Num. CCLXXXVI. 1186. 20. Julii. Ex Onginali:**

Protectorium papale concessum Collegiate S. Joannis Ratisbonae.

Urbanus Epus servus servorum Dei. Dilectis filiis Ekkolfo preposito sancti Johannis Baptiste in Civitate Ratispona, ejusque fratribus ibidem commorantibus tam presentibus, quam futuris canonice substituendis in perpetuum. Quotiens a nobis petitur, quod juri et honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Ea propter dilecti in Domino filii vestris justis postulationibus clementer annuimus et prefatam Ecclesiam sancti Johannis Baptiste, in qua divino

mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti privilegio communimus, statuentes, ut quascunque possessiones, quecunque bona eadem Ecclesia in presenciarum juste et canonice possidet aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis prestante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque Successoribus et illibata permaneant, in quibus hec proprii duximus exprimenda vocabulis: Locum ipsum, in quo prefata Ecclesia sita est, cum omnibus pertinentiis suis, jus, quod habetis in Ecclesia Winkelsätze, et in Ecclesia Ascholzhusen, curias ad prebendam vestram pertinentes, scilicet Windeheim cum omnibus appenditiis suis, molendina in Ahdorf et decimationem tam frugum, quam vinearum de vineis plantatis et plantandis, scilicet inter Wisent et Teufental, Werd, Hungersdorf, Teufental et Owe cum decimatione frugum, curiam in Erling (hodie Langenerling) et tertiam partem decimarum per totam villam, curiam Metzling, et tertiam partem decimarum in eadem villa, et decimationem in Harthusen, curiam Schässendorf molendinum in Vihta et decimationem per totam parochiam; decimationem per totam parochiam Haybach, decimationem in Ratenberg, curiam in Anger cum decimatione et omnibus appenditiis suis: decimationem de parochia Chunzell, decimationem de claustro monachorum, quod dicitur superius Altach, decimationem de Chritzenkirchen, decimationem de Pföling, decimationem in Tegernbach, porcum maturum de curia Geisling, que Pontificis est, decimas in Truchtlving, quas tradidit Epus Chuno ad altare sancte Marie, curias ad oblationem fratrum pertinentes Gutzelhusen, molendinum et curiam cum suis appenditiis in Nisse, curiam in Windeheim, curiam Chruchenberg, mansum in Menzenbach, curiam Berhartshusen, mansum in Gependorf, molendinum et mansum in Susenbach, curiam Paldwindsdorf, tres curias Prizzat, mansum et decimationem per totam parochiam Rattiszell, curiam in Charein, vineam in Muln, vineam in Williss, duas vineas cum agris attinentibus in Schwäblwis, vineam dictam Chobel, tres curias ad vestitum fratrum pertinentes in Podlungsvelden, curiam in Parochia Adratshusen.

Obeunte vero te nunc ejusdem loci preposito nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel major pars fratrum sanioris consilii secundum Dei

timorem de cloro S. Petri Ratisponen. providerint eligendum, sicut a prima fundatione (1127) in eadem Ecclesia est obtentum, ei vero non liceat, curias, decimas et mansos alicui dare vel alienare sine communi consensu fratrum; nec prepositus aliquid de oblationibus fratrum sibi vindicare presumat, sed camerarius a fratribus constitutus oblationes debita provisione dispenset. Ecclesias quoque fratrum sine ipsorum assensu concedendi alicui nullam habeat prepositus potestatem, sed sicut hactenus factum est, ordinatio earum canonica fratrum provisione procedat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra et illibata serventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Sedis apostolice auctoritate, et diocesani Epi canonica justitia. Si qua igitur in futurum Ecclca secularisve persona hanc nostram constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum debita satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque sa divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini redemptoris nostri Ihu Xpi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subjaceat; cunctis autem eidem Ecclesie sua jura servantibus sit pax Dni nostri Ihu Xpi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant amen. Datum Verone per manum Alberti S. R. E. pbrri Cardinalis et Cancellarii, XIII. Kal. Augusti, indict. IV. anno incarnationis dominice 1186. Pontificatus vero Domni Urbani Pape tertii anno primo.

*Plumbum: Urbanus PP. III.*

**Num. CCLXXXVII. Circa annum 1186. Ex Diplomatario coaevo.**

Concordia inter abbatissam monasterii superioris et plebanum in Metenbach.

Noverint omnes fideles tam futuri, quam presentes, quod controversia illa, que vertebatur inter dnam abbatissam superioris monasterii, et Ulricum plebanum in Metenbach de quibusdam homi-

nibus, videlicet Perhta et liberis ejus, quos predictus plebanus Ecclesie memorate censuales 5 denariorum esse contendebat, dna autem abbatissa e contrario dicebat, eos esse censuales matricularis Ecclesie sancte Marie in superiori monasterio, sopita est, quia plebanus cedens a contencione, quam illicite vendicaverat, iuri suo penitus abrenuntiavit. H. r. t. sunt : Friderich prepositus, Hertuuicus prope Metenpach, Heinricus de Püsenkofen, Paldewinus villicus, Gumpoldus, Heinrich de Tegerenheim, Chunradus servus scribe, Ulrich Chüfer et alii quam plures.

**Num. CCLXXXVIII. 1187. Ex Originali:**

Concambium agrorum inter Prülenses Monachos et Canonicos veteris Capellae.

In nomine sce et individue Trinitatis. Noverint universi fideles Xpi, precipue vero veteris Capelle Canonici, atque Monachi Prulensis Cenobii, presentis pagine stilo veraciter instructi posteris suis notitiam transmittant operum suis temporibus inter se rationabiliter peractorum. Prefati canonici possederant agrum Prulensi Cenobio contiguum, pro quo adipiscendo atque ad meliores usus excolendo frater Herbardus, qui jussu abbatis preerat Xenodochio, tantumdem terre fructifere in duobus agris Canonicis contradidit, uno, qui supradicto agro in superiori parte adjacet, altero super stratam, que Pentilingin ducit, jacente. Verum quoniam decimationes ipsorum agrorum omnium veteri Capelle pertinebant, pro reconpensatione earum, et precipue pro decimis mutuati agri et pro aree cujusdam censualis agro eidem adherentis utilitate duos alios agros unum ex opposito Niderwenhusin, et alium prope Scum Jacobum plenarie concambiendo superaddidit. Hac Conventione rite composita prepositus veteris Capelle Burchardus nomine, et Heribordus decanus a Canonicis per obedientiam et a mancipiis Ecclie requisierunt per sacramenta jurisjurandi, si prefatum Concambium absque dampno sue Ecclie posset peragi, quibus dicentibus, se multo preponderantem in Concambio partem recepisse, Meingohus Prulensis abbas, et Burchardus prepositus uterque cum suis fratribus et utriusque Ecclie mancipiis convenere, atque sepefatum rite stabiliendo confirmaverunt Concambium, et ne in posterum ab aliqua persona revocari possit in irritum, ratum duxerunt his scriptis perhibere atque Sigil-

lis. Huic Conventioni atque stabilitati ego Meingohus Prulensis abbas subscribo.

Ego Adalbero fs.	Ego Permut pbr. fs.	Ego Sigihard. subd. fs.
Ego Heinricus pbr fs.	Ego Perhtoldus pbr fs.	Ego Waltherus pbr fs.
Ego Eberwinus pbr fs.	Ego Heinricus pbr fs.	Ego Dilinus sacrista fs.
Ego Pulo diac. fs.	Ego Frid. diac. fs.	Ego Burchardus Cantor fs.
Ego Merboto diac. fs.	Ego Rapoto diac. fs.	Ego Uto diac. fs.
Ego Hartuicus subd. fs.	Ego Chuno diac. fs.	Ego Rudiger subd. fs.

Ego Burchardus prepositus vet. Capelle fs.

Ego Heribordus decanus fs.

Ego Chunradus fs. Ego Hugo fs. Ego Adalpertus pbr fs.

Ego Chuno obellarius fs. Ego Rudiger fs. Ego Frid. cellarius fs.

Ego Chunrad. fs. Ego Udalricus fs. Ego Chunrad. fs.

Ego Heinricus sacrista fs. Ego Rupertus fs. Ego Rudiger fs.

Ego Heinricus fs. Ego Laurent. fs. Ego Alexander fs.

Ego Gebehard fs. Ego Vdalricus fs.

Nomina mancipiorum Eccle Scie Marie in veteri Capella, que interfuerunt prefato concambio:

Heinricus homo prepositi, Heinricus pictor, Otto amicus Adelberti, Adalbertus Unträr, alius Heinricus pictor, Marquart de Ingolstat, Hernit de Uchintal, Chunradus filius Heinrici, Fridericus de Metlingin, Rupertus filius Perluib, Heinricus albus, Perhtoldus sororius decani, Piligrim, Ekkehart, Perhtolt homines dni Chunonis obellarii, Bruno Waltmaister. De familia sci Viti hii presentes affuere: Ortolf filius ejus et Chunradus, Chunrad pictor, Gottefridus de Nittenowe, Gotpolt de Moshaim, Chunrad de Sconnenaich, Wolfram, Egilolf, Rudiger, pistores; Arnolt faber et filius ejus Heinricus, Rudolf, Wolfram, Sifridus, Perhtolt, Heinricus de Pettindorf, Wernher Hamirstil, Fridericus, Udalricus de Allingin, Hainricus Haclmil, Hainricus Rorär, Dietmarus, Richolf, Chunrat cementarius, Rudolf cementarius, Walther Chropf. Acta sunt hec anno ab incarnatione dni 1187. Indict. V. regnante invictissimo Roman. imperatore Friderico anno imperii ejus XXXVI. presidente Ratisponen. Eccle Chunrado, Babenbergensi vero Ottone Pontifice, Meingoh Prulensi abbate, Burchardo preposito veteris Capelle.

*Duo Sigilla laesa a) Capli vet. Capellae cum B. V. Maria, b) ablatis Prullensis cum S. Vito intus impressa sunt.*



**Num. CCLXXXIX. 1189. 29. Martii:**

Concambium Epi Ratisbonen. cum monasterio Prüfening.

*Ex Mon. Boic. XIII. 191. Confer. 123.*

Chunradus Ratisponensis Ecclesiae Episcopus agros Ecclesiae suae Coenobio Friiyening conterminos,— quia ipso sui situ monachis pene sunt inevitabiles, — et alia in eorum confinio sita, quae omnia 5. solidos et 5. denarios annuatim Ecclesiae Ratisponensi solvebant, pro bonis eorundem monachorum in Ekkolvingen, quae unius talenti annum censurn persolvunt, m concambium dedit, advocato suo Ottone, et advocato illorum Comite Adelberto deBogen huic alternae traditioni consensum et manus interponentibus.

„Quia vero hactenus nostri juris erat, ut nos et nostri homines, illi scilicet, quos consuetudo in hoc discrevit, in portu danubii ibidem sine vectigalibus transduceremur, hanc nobis justiciam illibatam volumus conservari, ceteris omnibus, que ibidem possedimus, illorum proprietati subjectis. Ne qua vero in posterum hujus mutue traditionis possit fieri retractatio, aut hinc inde ulla dissolutionis inferatur questio, presenti privilegio cautum esse volumus, et pontificali potestate, quam a Deo licet indigni accepimus, alterne hujus donationis contractum perpetim roboramus. Testes hii sunt: Heinricus major prepositus, Rapotho decanus, Oudalricus parrochianus, Egelolfus S. Johannis prepositus, Belethus magister scholarum, Rudegerus, Perhtoldus de Heresingen, Wernhardus, Fridericus Freno, Herbort Zolner, Fridericus cellerarius veteris Capelle, Oulricus et Heinricus Capellani Epi, Wernherus parrochianus S. Emmerami, Oudalricus Siebenmann, Adelbertus Comes de Bogen, Counradus Comes de Dornberc, Adelbertus et Walcoun de Camberc, Pernhardus de Mosen, Sigehardus de Eberspiunte, Heinricus et Hartuuicus de Fronowe, Gozwinus dives, Adelbertus de Outten, Adelbertus de Suzembach, Karolus Ratisponensis, Oudalricus et Roupertus Kaergel, Adelbertus et Liutuvinus in Heida, Hartwicus de Liechtenberc, Adalhardus de Saler, Walterus de Valkenstein. Actum anno ab incarnatione Domini 1189. indictione septima, IIII. Kal. Aprilis, Clemente Papa apostolatum tenente, et regnante Friderico gloriosissimo Romanorum imperatore, Counrado Epo Ratisponensi Ecclesie presidente, anno electionis ejus quarto, Pontificatus tertio feliciter amen.”

**Num. CCXC. 1192. 12. Nov. Ex Originali.**

Facultas aplca concessa Epo Ratisbon. absolvendi incendiarios.

Celestinus Epus servus servorum dei, venerabili fratri ... Ratisponensi Epo salutem et aplcam ben. Quanto Epali officio plura incumbunt, que subditorum utilitas seu necessitas exposcit impleri, tanto clementius aplcus debet et favor adesse, et ubi ejus auctoritas necessaria fuerit, benignius adhiberi. Sicut autem ex tua est nobis parte propositum, cum temeritate hominum perversorum Ecclia tue gubernationi ac provisioni subjecta sepius infestetur, et ob hoc necessarium sit, fideles ipsius malitie illorum opponi, qui ex ipsorum provocatione frequenter incendii reatum incurrunt, ad correctionem malignitatis eorum, quos ab Eccliarum gravamine timor aut reverentia Judicis superni non retrahit, fraternitati tue duximns indulgendum, ut si quos ex fidelibus Ecclie tue, vel ex hiis, qui pro ejus tuitione illis de mandato tuo, seu tuorum ministerialium se opponunt, aliqua occasione contigerit incendii reatum incurrere, absolvendi eos ac penitentiam imponendi, nullius contradictione vel appellatione obstante, liberam habeas auctoritate presentium facultatem. Super eo vero, quod apostolicum duxisti oraculum consulendum, quid faciendum sit tibi de hiis, quos propter guerram principum diversorum in tuo Epatu morantium incendium accidit aliqua ex causa committere, hoc tibi litteris presentibus respondemus, ut videlicet in eos, donec congrue satisfecerint, et que Canones statuunt, fuerint executi, Ecclesiasticam exerceas ultionem. Dat. Lateran. II. Id. Novemb. Pontificatus nri anno secundo.

*Plumbum: Celestinus PP. III.*

**Num. CCXCI. 1192. Ex Originali:**

Ecclesia Waltenhoven adjudicatur Parochiae Eilsbrunn.

Wolfkerus dei gra Pataviensis Epus, omnibus veritatis amatoribus in Xpo salutem. Cum inter ecclesiasticas personas lites sepe emergant, oportunum videtur, ut cause, que judiciario ordine deciduntur, in scripta redigantur, ad eorum presidium, qui injurias patiuntur. Notificamus itaque omnium scientie, qualiter cum in causa, que inter Bernoldum plebanum de Eilsbrunne, et Popponem

sacerdotem pro Ecclesia in Waltenhoven vertebatur, a dno Papa Celestino iudices constituti fuissemus, nos presentes habuimus dnum Epum Ratisponen. et alios viros honorabiles: prefatus Bernoldus plebanus in iure prevaluit, et cedente Poppone Sacerdote prefatam Ecclesiam utpote matricis sue Ecclesie filiam obtinuit, et auctoritate Aplca per nos et nuncios nostros in eandem Ecclesiam canonicè introductus fuit.

*Sigillum Epi Wolfkeri fractum appendet.*

Charta haec absque die et anno est. Cum vero Epus Wolfkerus anno 1192. in Conventu Ratisbonae habito praesens esset, absque dubio hoe etiam anno sententia haec lata ac executioni data fuit.

**Num. CCXCII. 1193. 26 Junii. Ex Originali:**

Conradi III. Epi Ratisbon. donatio decimarum de novalibus, quae monasterium inferius actu possidet et futuris temporibus possidebit.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Chunradus divina favente clementia Ratisponensis Ecclesie Epus, omnibus Xpi fidelibus in vero salutari salutem. Ex divine dispensationis arbitrio ad Ecclesiarum regimen evocati locum regiminis vicem reputamus sollicitudinis et eam monasteriorum curam nobis assumimus, ut eorum quieti, quae nobis credita sunt, quantum ille dederit, ad cuius nutum stant omnia, consulamus. Hujus consideracionis intuitu, cum inferioris monasterii sacer locus in suis possessionibus ex decimarum proventu a nostris antecessoribus sit adauctus, nos quoque veneranda patrum nostrorum imitantes vestigia, aliquid in gazophilacium Xpi mittere et tam salutifere fidelium collationi qualemcunque partem de nostro adiicere curavimus. Futuris igitur temporibus providentes et emergentiam vexationum casibus occurrentes presenti pagina constituimus, ut quemcunque fructum in ejusdem sacrosancti loci possessionibus, quas vel nunc rationabiliter in nostra diocesi possidet, aut in futuro justis modis Deo auctore possidebit, labores hominum sive fertilitas agrorum cujuscunque culture produxerint, de novalibus decimationum quoque proventum venerabilis ille locus ex his libere percipiat, et hujus nostre concessionis auctoritate perpetuo possideat, nec alicui successorum nostrorum, aut ulli omnino hominum presentis pagine constitutioni contraire liceat. Neque vero super hoc nostre con-

cessionis rationabili et Deo placenti Donativo illi questio inferatur, aut futuris temporibus ullo contradictionis turbine hec nostra traditio adtemptetur, presentis scripti cancellato privilegio caveri volumus, et potestate nostri officii divinitus nobis collata inodis omnibus excludimus.

Ego Albertus Salzeburgensis Archiepus.

Ego Heinricus major prepositus.

Ego Fridericus obellarius.

Ego Hugo.

Ego Fridericus cellerarius.

Ego Rapoto decanus.

Ego Egilolfus sci Johannis prepositus.

Ego Ulricus majoris Eccleie plebanus.

Ego Belletus scholarum magister et archidiaconus.

Ego Rudigerus thesaurarius sancti Petri.

Ego Heinricus et alii.

Actum anno dominice incarnationis 1193. indictione XI. VI. Kal. Julii, regnante Heinrico Romanorum imperatore, filio Friderici imperatoris, anno imperii ejus III. anno Pontificatus nostri VII. feliciter amen, Testes hi sunt ex laicis: Fridericus quondam Palatinus, Otto Lancravius, Perhtoldus Marchio de Vohburc, Albero Wolf, Chunradus et Otto de Werde, Heinricus de Randeke, Chunradus de Ahousen, Wirnto de Prennenberc, Perchtoldus de Pergen, Otto de Cheveringen, Siboto super danubium, Chunradus Chaergel, Wernhart et Heinrich an der Heide, Albertus et frater ejus Liutuvinus an der Heide, Ulricus et frater ejus Roubertus Chaergel, Heinricus Schurpf, Rapoto camerarius, Marquardus prepositus (in monasterio inferiori), Heinricus prepositus de Tekkendorf, Ukicus de Sunechingen, Purchardus de Pferingen et alii.

*Cum Sigillo Epi grandi et rotundo, nonnihil laeso.*

**Num. CCXCIII. Circa annum 1193. Ex Diplomatario coaevo.**

Traditio mancipii ad Monasterium superius.

Noverint omnes fideles tam futuri, quam presentes, quod quedam nobilis matrona, nomine Perhta de Lonesperch, (Leonsberg

prope Pilsting) tradidit ancillam suam, nomine Rizam ad aram sancte Marie in superiori monasterio ad annum Censum 5. denariorum de cetero ab ipsa et a posteris suis persolvendum. Hujus rei testes sunt: Perhtolt de Haenenkofen, Arnoldus de Schönenvelt, Uolrich, Riwin, Haertwich, Marquart de Valchenstein, Giselpreht, Liupman Hofmeister, Reinhart, Ruodolf Ecclesiasticus, Perhtolt de Fridericliesfloze, Rehwin, Walchun et alii quam plures.

**Num. CCXCIV. Circa annum 1193. Ex Diplomatario coaevo.**

Traditio mancipiorum ad superius monasterium.

Noverit tam presens etas, quam futura, quod Richgardis, Lancravia de Steveninge tradidit homines suos, Trutam videlicet et Rudegerum, Heinricum, Rupertum, Heinricum, Gerwigum, Arnoldum, Ortwinum villicum et uxorem illius cuni filiis suis ad altare sancte Marie in superiori monasterio ad persolvendum annum Censum 5. denariorum in festo beati Emmerami. Factum est autem hoc Eufemia abbatissa presidente. Hujus rei testes sunt: Fridericus prepositus, Liupmanus magister Curie, Walchun pistor, Walchun Chastenaer, Gumpertus preco, Hertuicus coquus, Ruodolfus, Chuonradus Ecclesiastici et alii quam plures.

**Num. CCXCV. 1194. 17 Sept.**

Conradus Epus Rat Monseensi Coenobio pleno jure dat Parochiam Wihemerting.

*Ex Chronico Lunaelacensi p. 141.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Counradus divina favente clementia Ratisponensis Ecclesie Episcopus, omnibus Xpi fidelibus vere fidei premia invenienda. Et ratio dictat et justitia commendat, ut nos, qui religionem profiteamur ex ordine, religionem foveamus ex devotione. Ea propter religiosorum fratrum in Moeninseensi Cenobio deo militantium delectati religione, Ei, cui serviunt, nos in hoc credimus famulari, si de his, in que divinitus potestatem accepimus, eorum commodo prospicimus et quieti. Ecclesiam igitur Wihemerting, cum ex sententia Chori nostri et Ministerialium Ec-

clesie nostre jus habeamus et potestatem, eidem Cenobio conferendi, cum omni juris integritate, quod hactenus in illa tenuimus, predictis fratribus omnimodis concedimus ita, ut jus habeant eligendi sacerdotem in illam Ecclesiam et presentandi, et juris hujus perpetuitas prefato Cenobio maneat perpetuo. Nequa vero super hac justa concessione nostra eis questio in posterum inferatur, presenti privilegio caveri volumus, et nostre potestatis officio inhibemus. Hujus rei testes sunt: Heinricus prepositus, Ulricus decanus, Egellolfus prepositus sancti Joannis, Rudegerus thesaurarius, Bernardus Canonicus, Rupertus Canonicus, Fridericus de Pruckeberch Canonicus, Ulricus scriba, Marquardus decanus de Chambia, Fridericus filius Palatini ministerialis Ecclesie, Albertus in Heyda et frater suus Hertuinus, Rupertus Kergel, Ekebertus Schultherde, Ernestus de Kelzena, Hertuuicus de Fronouue, Hertuuicus de Manense, Rupertus lupus, Berlochus dapifer, Rupertus frater ejus de Nuzzdorf, Heroldus Abengwelbe, Rudiger de Manense, Albrecht, Engelschalch, Otto, Alfrid, Friderich, duo Conradi et alii quam plures.

Ego Hainricus majoris Eccleie prepositus fs.

Ego Ulricus decanus fs. Ego Heinricus fs.

Ego Beletus Scolasticus fs.

Ego Eglolfus prepositus S. Joannis Eccleie in Traunersee fs.

Ego Hartmannus fs. Ego Rogerius thesaurarius fs.

Ego Lantfridus fs. Ego Fridericus oblajarius fs.

Ego Bertholdus fs. Ego Conradus fs.

Ego Bernardus fs. Ego Ditricus fs.

Ego Hermicus fs. Ego Conradus de Tekendorf fs.

Ego Conradus Cellerarius fs. Ego Rudpertus de Velkirchen fs.

Ego Chunradus Canonicus Eccleie S. Petri et Hohenhaus fs.

Ego Chunradus Columbanus fs.

Ego Chunradus Nobilis Canonicus S. Petri fs.

Ego Bernardus de ponte Judeorum fs.

Ego Altmannus de Gislingen fs.

Ego Hilprandus de Valkenstein fs.

Actum anno dominice incarnationis 1194. indictione XII. XV. Kal. Octobris.

**Num. CCXCVI. 1194. 22 Nov. Ex Originali:**

Coelestini Papae III. Confirmatio jurium ac Privilegiorum monasterii Scotorum S. Jacobi Ratisbonae. Celestinus Epus servus servorum Dei. Dilectis filiis Patricio abbati monasterii beati Jacobi Ratispon. ejusque fratribus tam presentibus, quam futuris regularem vitam professis in perpetuum.

*Reliquus tenor verbotenus concordat cum Protectorio Lucii Papae III. eidem Coenobio 1185. 10. Aprilis concessio. Vid. supra Num. 285.*

Ego Celestinus catholice Ecclesie Epus.

*Sequitur dein subscriptio 16. Cardinalium.*

Datum Rome apud sanctum Petrum per manum Cencii sancte Lucie in Orthea diaconi Card. clni pape camerarii, X. Kal. Decembris, indictione XIII. anno dominice incarnationis 1194. Pontificatus dni Celestini pape III. anno quarto.

*Plumbum: Celestinus PP. III.*

**Num. CCXCVII. Circa annum 1196. Ex Originali.**

Elocatio vitalitia areae inter tonsos Ratisbonae.

Notum sit tam presentibus, quam futuris, quod Heinricus Grelle obellarius, Canonicus veteris Capelle cum consensu seniorum Concanonicorum suorum, mediante Pernbardo custode Ecclesie Sci Emmerami fratribus ejusdem loci aream inter tonsos sitam ad spatium vite trium personarum, quarum nomina sunt Innsfrit, Gozwin, Otto, tali conditione concessit, ut annuatim inde quadraginta denarios persolvant. Testes sunt Otto, Marquardus, Haertwicus, Chunradus Canonici; Chunradus, Wicpertus, Dietricus, Chunradus, Rudigerus, Heinricus, Oulricus, Heinricus, Heimo, Fridericus, Gericus, Erchenbertus Chraz, Chuno, fratres sci Emmerami.

*Duo adpendebant Sigilla,*

a) *veteris Capellae modo avulsum, et*

b) *Conventus sancti Emmerami adhuc extans.*

**Num. CCXCVIII. Circa annum 1198. Ex Originali.**

Donatio Castri et praedii Helfenberg ad Epatum Ratisbon.

Innotescat et presentibus et futuris, quod dnus Comes Ulricus de Velburch abrenuncians omni juri, quod habuit in Castro et predio in Helfenberc, quod Wirnto in possessione habet, et quidam alii ab eodem Wirntone inbeneficiati habent, donavit idem Castrum et predium ad Epatum Ratispon. prout juris est et forme. Quam ob causam ipse Wirnto de suis beneficiis ad estimationem X. librarum resignavit, eaque de manu Comitis inbeneficiatus recepit. Insuper laudavit Wirnto, quod ipso coadjuvante amicabile Compositio fieri debeat inter Comitem, et dnum Albertum de Antse, quam et amici et ministeriales Comitis acceptaverunt super eodem Castro et predio a supradicto Wirntone jam possesso. Hec videlicet est Compositionis forma: dnus Albertus de Antse Wirntone mediante dimittere debet Comiti, quicquid juris habuit dnus Otto pie memorie, olim Comes de Velburc\*) pater istius Comitis in Castro illo, idemque Comes hoc ipsum, quod habuit pater ejus in Castro sepe dicto, Wirntoni debet concedere. Ad hec debet dnus Albertus Comiti recompensare eodem Concambio tantumdem bonorum concessorum et non concessorum, quibus inbeneficiatus fuit Wirnto per ipsum Albertum, quantum pater Comitis vivens possidebat. Quod si contrarius et omnino inflexilis dnus Albertus fuerit in admittenda Compositione, dnus Epus Ratispon. inductus a Wirntone memoratum Castrum et predium Eccleie sue per manum Comitis datum ipsi Comiti in beneficio debet concedere, Comesque Wirntonem eodem Castro et predio debet inbeneficiare. Debet etiam Wirnto ratione laudamenti tantum de bonis dni Alberti ad usus Comitis defendere, quanto ipse fuerat per manum dni Alberti inbeneficiatus, bonorum scilicet, que Comes Otto, dum viveret, possidebat. Ut autem forma laudamenti istius permaneat, Wirnto fidejussores pro 300. marcis dno Comiti hos constituit, Alberonem Lupum pro 50. marcis, Chunradum de Hohenvelse pro 50. marc. Gozuuinum judicem pro 50. marc. Albertum de Scambach pro 50. marc. Henricum de Eberspiunt pro 50. marc. Rudegerum thelonearium pro 55. marc. Si vero per dnum Albertum Compositionis forma prescripta in robur convaluerit, vel non admissa Compositione per manum

\*) Dieser machte 1189. eine Pilgerfahrt nach Jerusalem. Vid. Hrn Gemeiner, Regensburger Chronik I. 279.



dni Epi Concessio facta fuerit, quocunque illorum duorum consummato, sint absoluti fidejussores de cetero, littereque formam istam continentes dno Wirntoni sine difficultate restituantur. Si autem neutrum illorum factum fuerit infra festum beati Martini, fidejussores predicti Pataviam accedant infra festa Sci Andree, donec utrum istorum factum fuerit, aut pecunie summa solvatur, nunquam recessuri: quidquid etiam beneficii Wirnto habet ab ipso Comite, Comes concedere debet, cui Wirnto rogabit.

An der Urkunde hangt ein merkwürdiges Siegel, einen geharnischten Mann zu Fuss vorstellend, in der Rechten einen Speer, in der Linken den Schild haltend; die Umschrift ist nicht mehr erkenntlich, doch so viel abzunehmen, dass es das Siegel des Grafen Ulrichs v. Velburch sey; denn S. Ulrici ist noch zu kennen.

### **Num. CCXCIX. 1199. 5. Martii. Ex Originali.**

Comissorium papale ad tuenda jura Parochi in Riekofen contra Coenobium Walderbach. Innocentius Epus servus servorum dei, dilectis filiis ... abbati Sci Emmerami, E. preposito et G. Canonico Ratisponen. salutem et aplcam Bened. Ex conquestione dilecti filii Wernardi plebani de Lentehoven (hodie Riekofen,) nro est apostolatui reseratum, quod ... abbas et fratres de Walerbach Ratisponen. diocesis mansum unum, qui dos Capelle sue Tagmeringen (Taimering) in illis partibus nominatur, indebite ipsi subtrahunt, et illum presumunt contra justiciam detinere; cumque coram dilectis filiis, Choro Ratisponen. plebanus ipse suam posuerit aliquando questionem, dicto abbate ad appellationis subsidium convolante, quam non fuit siput proponitur prosecutus, suam nondum potuit justiciam obtinere, unde ipse quoque ad octavam Epiphanie, que jam preteriit, aplcam sedem appellans terminum provocationis ab abbate interposite coarctavit: idem etiam abbas dicto plebano super decimis Ville prefate injuriosus existere dicitur et molestus, volentes autem, ut jura sua serventur singulis illibata, cum nobis non constiterit de premissis, causam ipsam vobis duximus committendam per aplca scripta mandantes, quatinus vocatis ad presentiam vestram, qui fuerint evocandi, et inquisita super premissis diligentius veritate, quod canonicum fuerit, remoto appel-

lationis obstaculo, statuatis, facientes quod statueritis per Censuram Ecclesiasticam firmiter observari, nullis litteris veritati et justicie prejudicantibus a Sede aplca impetratis. Quod si omnes hiis exequendis nequiveritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Dat. Lateran. III. Non. Martii, Pontificatus nri anno secundo.

*Plumbum. Innocentius PP. III.*

**Num. CCC. 1200**

Conradus Epus finlt discordiam inter abbatem Windbergensem et Parochum in Schneiding ob decimas Curiae Fürlebach ortam declarando, quod decimae litigiosae spectent ad abbatem, qui vero tenetur, Parocho in Schneiding tria talenta Ratispon. monetae, et porcum unum ad aestimationem trium solidorum, seu loco porci tres solidos omni anno in die Epiphaniae persolvere. Facta est autem haec transactio anno dominicae Incarnationis Domini nostri Ihu Xpi 1200. in Ecclesia de Snudingem.

*Mon. Boic. XIV. 41.*

## S E C T I O   I I I .

*Complexens Monumenta Saeculi XIII.***Num. CCCI. 1201. 29. Maii. Ex Originali.**

Telonium et Passavii et Aclidorfli aboletur.

C. Wolfkerus dei gratia Pataviensis Ecclesie Episcopus, omnibus Xpi fidelibus, Amen. Quoniam ex officio nobis injuncto non solum propriis, verum etiam aliorum hominum, quantum possumus, erratibus revocandis intendere, et quicquid in dampnum et injuriam multorum emergere poterit et durare, studio equitatis sopire debemus. Proinde presenti pagina mandandum decernimus, quod venerabilis dnus et in Xpo frater Conradus Ratisponen. Eccleie Epus in territorio suo, quod Ahdorf vocatur, thelonium quoddam de navibus ferrentibus salem contra justiciam, et sue tantum voluntatis ad arbitrium sibi statuerat. Sepe inde commonitus a nobis, et ab eadem indebita exactione desistere nolens, imperialis equitatem judicii nos interpellare fecit; sed nec isto modo ab incepto suo potuimus eum revocare. Tunc credentes esse potissimum, quod injurie per iujurie vicissitudinem occurreremus, theloneum novum de navibus portantibus pecorum et jumentorum cutes in Civitate nra Patavia instituimus. Postmodum vero supra memoratus Epus tum divini amoris, tum nostre ac Burgensium suorum Ratisponensium petitionis intuitu theloneum suum remisit, et nos nostrum ejusdem prospectu rationis. Quod ut ratum esse debeat et inconvulsum, ita quod naves sub jure antiquo aput nos transeant, nisi nobis et aliis per terram nram navigantibus iterata inferatur violentia, dilectis Civibus Ratisponensibus presentem paginam Sigilli nri impressione roboratam in testimonium concedimus. Datum Patavie in Castello Orthe, III. Kal. Maii, anno incarnationis dominice 1201. anno Pontificatus nri XI.

*Sigillum Epi Wolfkeri adpendet.*

**Num. CCCII. Circa annum 1202. Ex Originali.**

Epus Rat. Conradus III. consentit, ut liberi cujusdam Henrici de Kitzbühel inter suam et Ecclesiam Babenberg. dividantur.

In nomine Domini. Ego Chuonradus dei gratia Ratispon. Ecclesie Episcopus, universis presentem paginam inspicientibus in domino salutem. Notum sit tam posterorum, quam presentium universitati, quod nos Heinrico ecclesiastico de Kitzinspühel, qui est de familia Babenbergensis Ecclesie, concessimus, Irmegardim de Kitzinspühel de familia nostra ducere in uxorem. Et licet pueri per eosdem generati nobis cedere deberent, ad petitionem tamen ejusdem Henrici admisimus, ut puerorum per eos generatorum media pars nobis cedat, et pars altera cedat Babenbergensi Ecclesie ad idem jus, ad quod pater eorum prememoratus tenebatur, Et ne huic scripto quisquam vel ex parte nostra, vel ex parte Babenbergensis Ecclesie malitiose audeat obviare, ipsum nostro Sigillo duximus confirmandum.

*Sigillum illaesum adpendet.*

**Num. CCCIII. 1204. Ex Diplomatano.**

Privilegium Ducis Ludovici Monasterio Reichenbacensi circa jura, possessiones et advocatiam ejusdem concessum.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Ludewicus divina favente gratia Bawarie dux. Inherentes aliquatenus antiquorum Principum exemplis, qui ad laudem et gloriam domini nostri Ihu Xpi, ac pie matris ejusdem semper gloriose Virginis Marie, aut aliorum Sanctorum in suis territoriis Ecclesias aut Monasteria suis sumptibus edificaverunt, ac fratrum ibidem degentium necessitatibus larga manu prospexerunt, cor nostrum propensius eo extendimus, quatenus dilectis fratribus nr̄is in Richenbach clippeum nostre protectionis accomodare velimus, non propter advocatie emolumenta inducti, sed commoditate loci ac coniventia fratrum eorundem, ad quos a tempore foundationis jam dicti monasterii pertinet, advocatum eligere, qui ipsis utilis videbitur. Decernimus itaque, imitantes vestigia Diepoldi Marchionis de Voheburch, qui prememoratum monasterium construxit, ut nec ipsi nos, nec heredes, (si quos habituri fuerimus.) advocatiam eandem preter voluntatem abbatis et Conventus

ipsius habere possimus, nec liceat nobis, de bonis Ecclesie ipsius vel de jure advocatie quicumque inignorare vel aliquam personam infeodare, sed si forte graves et inutiles fuerimus, ipse abbas, qui tunc fuerit, et Conventus eandem advocatiam, cuicumque voluerint, conferre potestatem habeant, qui constitutus si monasterio gravis extiterit, ipsum amovendi et alium accipiendi eque liberam habeant voluntatem. Volumus quoque, ut ipsi heredes nostri, sicut et nos, imitatione paterne dilectionis affectum suum circa idem claustrum inclinent et intentent. Nos itaque ac heredes nostri in perpetuum concedimus, ut quilibet ministerialium nostrorum predia, mancipia, vel quecumque hereditario jure possident, supra memorato Monasterio conferre possint, quod etiam hominibus nostris, cuicumque conditionis fuerint aut fortune, etiam si nostris prediis infeodati sunt, eisdem fratribus ea libere conferre possint, concedimus. De cetero cuncti fideles noverint, advocatiam sepe dictam Romane Sedi traditam et a Calisto Papa venerabili tunc abbati Erchingero ac Successoribus ejus in perpetuum commodatam, quatenus potestatem habeant eligendi advocatum, qui utilis loco fuerit, et si forte gravis aut importabilis extiterit, mutandi habeant facultatem: instar vero bone memorie Marchionis Diepoldi Principis digne memorandi, jura Marchie nostre apud Chamb eisdem fratribus in omnibus possessionibus eorundem, quas in presentiarum possident, aut in futurum quibuslibet justis titulis ex oblatione fidelium nunc et deinceps adipisci poterint, remittimus. Hujus nre Constitutionis testes sunt: Ulricus Capellanus ducis de Hohenheim, Heinricus de Stein, Albero lupus de Lengenvelt, Rupertus frater ejus, Albertus Liutzmann, Ulricus de Toufchirchen, Chunradus Semann, Sifridus de Husen, Ekkebertus de Ekkenmül, Eberhardus et Rudigerus fratres de Curia, Hermannus filius Eberhardi de Curia, Rudigerus, Hertuuicus de Vronowe, Arnoldus de Hergeltishusen, Gozbaldu de Schönenstein, Waltherus de Valchenstein, Otto, Waltherus Fratres de Lengenowe, Otto de Puchperg, Heinricus de Puzelingen, Heinricus Chälbel et frater ejus Conradus, Albertus de Satelpogen, Fridericus de Turdelinge, Ernestus et frater ejus Hertuuicus de Turdelinge, Conradus et Albertus de Waltingen, Ulricus et Conradus Fratres de Pilstein et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnationis 1204. Monarchiam Bawarie tenente glorioso duce Ludewico.

**Num. CCCIV. 1205. 3. Martii. Ex Originali:**

Commissorium papale contra Epum Ratisbon. Conradum IV. super molestatione domus feudalis. Innocentius Epus servus servorum dei. Dilectis filiis abbati sci Hemmerami, decano, et Scolastico veteris Gapelle Ratisponen. salutem et aplcam ben. Sicut dilectus filius W. archidiaconus Ratispon. Eccleie sua nobis insinuatione monstravit, dilectus filius ... Electus Ratispon. ipsum super quadam domo, quam ab Ecclia Ratispon. in beneficium dicitur possidere, contra justitiam aggravat multipliciter et molestat. Quocirca discretioni vre per aplca scripta mandamus, quatinus dictum Electum, ut ab ipsius super hoc gravamine indebito conquiescat, monitione premissa per Censuram ecclesiasticam appellatione remota cogatis. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nihilominus exequantur. Datum Rome apud Scum Petrum, V. Non. Martii, Pontificatus nri anno octavo.

*Plumbum. Innocentius PP. III.*

**Num. CCCV. 1205. 30 Julii. Ex Originali:**

Litterae Concordiae super divisione liberorum ministerialium Ecclesiae Rat. et Ducum Bavariae per regem Philippum factae.

In nomine sancte et individue Trinitatis, Amen. Philippus dei gra Romanorum Rex semper Augustus. Quoniam pro pace diffundenda et statuenda in universis imperii provinciis coronam ac diadema regni suscepimus, facilem assensum prebere principibus merito inducimur ad confirmandum id auctoritatis nre privilegio, quod ab ipsis pro bono pacis novimus institutum. Hujus igitur intuitu rationis notum esse volumus, quod Chunradus Ratisponen, Epus et imperialis aule Cancellarius, et Lodewicus inclytus dux Bawarie pro pace inter Ecclesiam et Ducem confirmanda et perpetuo tenenda inter se in hoc convenerint, quod ministeriales Ecclesie et Ducis tam proprii, quam ducatu attinentes vicissim nubentur et pueri equaliter dividuntur, hoc modo distinguentes, quod primus puer masculus vel femina patrem sequatur, et sit cum sequentibus pueris, si pares fuerint, in equali divisione; si autem impares fuerint pueri, senior patrem sequatur sine divisione, reliquis nichilominus dividendis. Si unum tan-

tum genuerint paenrum , masculum vel feminam, idem patrem sequatur, et nubat hec secundum matrem, pueri, quos genuerit, similiter dividantur. Item si Officialis Epi, velut marscalcus, dapifer, pincerna, camerarius vel alter quilibet uxorem de ministerialibus Ducis duxerit, vel Officialis Ducis ministerialem Epi duxerit, senior filius, qui patrem sequitur, habeat patris Officium, et si solus sit, nubat in potestate dni, cujus erat mater, ita tamen, quod pueri, quos genuerit, dividantur. Si vero solus non est, sed plures fuerint pueri, ipse nichilominus habeat officium, cum reliquis pueris secundum quod supradictum est dividendus.

Hoc igitur statutum ratum habentes, et auctoritate regia approbantes, presentem paginam rei geste Seriem continentera et subscriptione testium roboratam Sigilli nri impressione pro petitione et voluntate partium placuit confirmare. Testes sunt Albertus Comes de Dilingin, Gotfridus Marchio de Rumsperch, Egeno junior Comes de Ura, Bertholdus Comes de Greifispach, Alberius Comes de Calwin, Heinricus dapifer de Walpurch, Heinricus de Smalnecke, Liedo de Raumsperch, Heinricus Camerarius frater ejusdem, Hermannus de Matunsiez, Albero de Jummirowe, Eberhardus de Tanne et Bertholdus frater ejus, et Eberhardus ipsorum nepos similiter de Tanne, Heinricus et Chunradus Egirdiewilrie, Swikerus de Mindilberch, Engilscalcus et Hermannus de Hegeneberch, Chunradus Inannagil, Wirnto de Blankinstein, Chunradus de Hohenvels, Chunradus de Chirhdorf, Chunradus de Zeizinchoven, Chunradus de Gundlinchoven, Chunradus de Wisint, Alhardus Cranz et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnat. 1205. Indict. VIII.

*Signum domni Philippi Romanorum Regis invictissimi. (Monogramma.)*

Ego Chunradus Ratisponen. Epus imperialis aule Cancellarius recognovi.

Data per manum dni Sifridi regalis aule prothonotarii in Civitate Augustensi III, Kal. Aug.

*Sigillum majestatis, laesum adpendet.*

**Num. CCCVI. 1205. Ex Originali:**

Privilegium Regis Philippi datum Epo Rat. Conrado, de rebus mobilibus Ecclesiae suae testandi ac disponendi.

In nomine sce et individue Trinitatis amen. Phylippus dei gra Rom. rex semper augustus. Omnibus quidem in seryicio imperii desudantibus, et maxime, qui nra funguntur legatione ad remotiores partes propter honorem imperii promovendum, laboribus et fortuitis Casibus exponere se non dubitarunt, benignum impertiri debemus favorem, et petitionibus eorum, quas vel animabus suis vel Ecclcis utilitatibus prospiciendo nobis porrexerint, bona voluntate nos decet prebere et assensum. Dilecti igitur et fidelis nri Conradi Ratisponen. Epi imperialis aule Cancellarii, quem ad partes Italie pro utilitate et honore Imperii transmisimus, petitionem, sicut dignum fuit, exaudientes personaliter sibi concedimus, ut de omnibus rebus Ecclie sue mobilibus, que post obitum Epi fisco cedunt imperiali, plenam et liberam, prout voluerit, testandi, disponendi et ordinandi, vel eciam Successori suo relinquendi habeat potestatem, Quamvis jure imperii omnia ad nos pertinere debeant, si eum decedere contigerit, ob ejus tamen dilectionem nichil nobis ex omnibus, que reliquerit, volumus vendicari, quicquid de ipsis ordinaverit, ratum ac firmum habituri. Concedimus sibi preterea, ut possessiones in provinciola Bruts, quas ab Ecclia Ratisponensi in beneficio tenemus, quas nos Gotfrido Comiti pro centum marcis obligavimus, ipse redimat, fructibus, qui exinde proveniunt, tamdiu ad usum Ecclesie percipiendis, donec nos easdem ab Ecclia redimamus, hanc vero Conditionem interponentes, ut quando dictam pecuniam memorato Epo vel Successori suo persolvimus, jure beneficii, sicut prius eas habuimus, nobis absque impedimento remittantur. Ut autem hujus Concessionis nre indulgentia penes nos rata et irrevocabilis permanere debeat, presentem paginam Sigillo nro dignum duximus insigniri. Acta sunt hec anno dominice Incarnationis 1205. Indictione VIII.

*Sigillum majcstat. adpendet,*



**Num. CCCVII. I2o5. Ex Originali:**

Compositio facta inter Conradum Epum Ratisbon. et Ludovicum Ducem Bavariae.

In nomine sce et individue Trinitatis amen. Chunradus dei gra Ratisponensis Epus, imperialis aule Cancellarius. Notum sit tam futuris, quam presentibus, quod cum inter Ratisponensem Ecclesiam, et Ducem Bavarie a longo retroacto tempore graves inimicitie et bellorum asperitates frequenter emergere consuevissent, dominus Ludowicus inclitus dux Bavarie hanc detestabilem insolentiam pro bono terre et intuitu eterni muneris temporibus nri Episcopatus mitigare volens, et tam nobiscum, quam cum nris Successoribus pacem conservare; cum sapientibus Baronibus terre, vasallis suis super Concordia stabili nobiscum facienda nos convenit, cui perlaudabili proposito, quod habuit, benignum assensum prebentes sic amicabiliter sumus concordati, quod nos invicem diligere et auxilium prestare promisimus contra quoslibet, exceptis domino Rege Philippo, et ejus in Imperio Successoribus, et fautoribus Ecclesie Ratispon. Ipse vero Dux pium propositum decorare volens beato memoriali, pro reverentia Ihu Xpi et B. Petri, et anime sue, ac parentum suorum salute in altera parte danubii hec predia, scilicet Castrum Kelheim, et Lutholdum cum pueris et familia et omni posteritate sua, Castrum Lengenveld, Castrum Stauffe, Castrum Steveningen, Castrum Wolfheringen, Castrum Bartesperch, Castrum Durchelburg: ex ista vero parte danubii Castrum Landeshuete cum omnibus ministerialibus et redditibus eis attinentibus et tota familia, si sine prole legitima decesserit, Raiisponensi Ecclesie perpetuo possidenda donavit. Devotione ergo tanta considerata et benigno voto, quo Dux Ecclesiam pie respexerat, pro aliquanta repensione sue bone operationis, ipse in continenti beneficio Landgravii (quod tunc vacansfuit, situm in montanis,) est inbeneficiatus, ita tamen, quod ei non liceat, redditus ejusdem beneficii alicui unquam in beneficio conferre.

Preterea si Dux decedens sine prole legitima, sicut donavit Ecclesie predicta predia, ita etiam Episcopatus ducatum condixit, ipse inbeneficiabitur proximo beneficio, quod vocaverit Ecclesie ab aliquo Principum, exceptis tribus, scilicet beneficio domini Regis, et beneficio advocatie majoris Ecclesie, et beneficio Comitis de Hohenburg, et ei insuper assignabuntur redditus tanti, quanti sibi persolvuntur de beneficio Landgravii, et Curie sue tanta dabitur pecunia

pro consilio, quanta tunc data est, cum sepe dicta predia Ecclesie conierrentur: Dux vero, si hoc facere noluerit, beneficium Landgravii, quod habet, habeat, sed Curie sue non dabitur alia pecunia, quam data est, sibi tamen media pars beneficii, quod ab alio dominorum proximo vacaverit, preter que excepta sunt, est concedenda, et ipse in familiari Consilio electionis Epi, sicut unus ex Canonicis vel Ministerialibus recipiendus est et audiendus. De jure quoque et judiciis in hoc concordavimus, ut quidquid juris in Civitate vel ubique habere debemus ab hominibus nris, quos ad hoc disponendum ordinamus, sine controversia et lite inter se nobis illud conservetur. Preterea conductum simul prestabimus, et lucrum inde acceptum simul dividemus, et quicumque contra velle nostrum aliquem vel aliquos conducere voluerint, illud ambo prohibebimus. Collectas etiam super Civitatem generales equaliter dividemus, hoc excepto, si homo noster vel ducis e converso domino suo singulariter aliquid tribuat, vel pro aliquo delicto gratiam suam acquirat, in quo alter alterum necessarium non habebit ; si vero aliquis nobis attinens se opposuerit, ne nobis serviat, vel Duci attinens simili modo, si servire recusaverit, ambo promisimus, ad serviendum illum compellere, et lucrum simul equaliter dividere, sed hoc fiet secundum consilium et moderationem Epi. Item de manifesto conflictu in Civitate lucrum equaliter dividemus. Item de indicendo foro rerum venalium qualiumcunque, et de omnibus omnibus quarumlibet venditionum modum simul statuemus, et neuter sine altero vel alterius licentia aliquid de his statuet vel mutabit vel remittet: similiter de venditoribus salis dux, quod statuet, aget de consilio Epi. De ordinatione vero pacis provincie sic ambo statuimus, ut quidquid inter nos vel coadjutores nros, vel utriusque Ministeriales emergerit, ex quo concordia et amicitia inter nos facta est, scilicet, quod unus alteri damnum intulerit, damnificatus sine talione sex hebdomadis se contineat et conqueratur Epo, si Ducis est, vel econverso, et plenariam recipiat satisfactionem. Si vero damnificatus hoc transgreditur, ita quod pro injuria sibi illata malum fecerit, factum duplo restituat, et pro sibi illata nullam habeat emendationem; et si damnificatus sine talione injurias suas conqueritur, et sacramentum calumnie premiserit, ille, in quem agitur, damnum restituat confirmatione juramenti trium autenticarum personarum, et si negare voluerit, simili modo negabit. Item si agens in alium sacramentum calumnie premittere noluerit, ille, qui pro reo habetur, sola manu se poterit expurgare. Si vero damnificans pertinacia vel paupertate satisfacere contempserit, excom-

municetur ab Epo, et a Duce proscribatur, et a tali damnatione non liberetur, nisi prius de his, que deliquit, dignam exhibeat emendationem. Talem enim ultra solam noctem vel prandium nullus in doma sua recipiat vel detineat; qui vero eum detinuisse culpatus fuerit, et tertia manu se expurgare noluerit, nec poterit, satisfaciat pro ipso. Item qui satisfacere tenetur pro quocunque facto, citabitur peremptorie a Judice per 6. hebdomadas, et si se die constituto presentaverit, infra 12 dies postea satisfaciat, et satisfactionis certitudinem coram Judice faciat per fidejussores. Si autem se citatum aliquis nescierit et hoc probaverit, non damnetur, sed satisfactio recipiatur ab eo supradicta. Item qui erga alium sine querimonia violenter per reisam insultum fecerit, damnum illatum integre restituat, et pro dedecore insultus 5. talenta reddat. De predictis igitur excessibus, si aliquis coram Epo vel Duce, vel aliis quibuscunque Judicibus, quibus hoc commiserint convenitur, sicut supra constitutum est, et ipsi Judices hoc judicare neglexerint vel noluerint, sine omni occasione et contradictione infra 12. dies satisfaciant loco et vice ejus, qui in causam tractus fuit, et ponent actori fidejussores, et ipsi, qui inimici fuerant, sint amici.

De Castro Chuofstain ambo taliter statuimus, ut vel illud simul habeamus vel destruamus, et simul prohibeamus, ne reedificetur. De moneta Ratisponensi statuimus, quod stabilis sit et nulla unquam post eam fiat, sed si factum fuerit, Dux ad consilium et velle Epi prohibeat et retractet Hec constitutio de concordia et amicitia inter nos et Ducem, et statutum, quod de Civitate statuimus et aliis, durabit, quamdiu simul vixerimus Si vero successor noster in Epatu cum Duce Bavarie hanc amicabilem concordiam conservare voluerit, et hoc apud ipsum impetrare potuerit, quecunque statuta sunt, omnia rata habeantur. T. h. r. sunt Gotfridus major Prepositus, Magr Rupertus Scolasticus majoris Eccleie, dnus Conradus Comes de Mosaburc, dnus Eberhardus Comes de Dornberc, Albero Lupus, Albertus Lutzemannus, Sifridus Choph, Wirnto de Planchenstain, Conradus de Hohenfels, Arnoldus de Schönenvelt, Hawardus de Oüttingen, Wilhelmus super danubio, et alii quam plures. Acta sunt hec anno 1205. Indictione nona.

*Duo Sigilla Epi et Ducis illaesa adpendent.*

**Num. CCCVIII. 1205**

Rex Philippus confirmat priorem Compositionem seu Concordiam inter Epum Ratisbonensem Conradum, imperialis aulae Cancellarium, ac Ludovicum Ducem Bavariae Regis consanguineum initam. Hisce confirmationis Litteris insertus est tenor ipsius concordiae.

His igitur omnibus Ratisponensis Epus, et Chorus, et Ministeriales, quia ad pacem esse videbantur, prebuerunt assensum, Nos vero, tum quia laudabilia sunt hec, quecunque statuta sunt inter Ratisponensem Ecclesiam et Ducem, tum quia ad pacem tendunt totius provincie, approbantes et rata habentes hanc presentem paginam rei geste Seriem continentem Sigilli nostri impressione reddidimus confirmatam.

*Sigillum Majestat. adpendet.*

*Hundii Metrop. I. 155. Edit. Ratisbon.*

**Num. CCCIX. 1207. Ex Originali:**

Conradi Ratispon. Epi Instrumentum super re iudicata a Praedecessore suo inter Capitulum Cathedrale et Wirntonem de Blankenstein respectu quorundam hominum dicto Wirntoni non feudali, sed Capitulo censuali.

In nomine sce et individue Trinitatis amen. Chunradus dei gra Epus Ratispon. et imperialis aule Cancellarius, Capitulo Ratisponensi in perpetuum. Negocia, que per examen iudicum finaliter deciduntur, et si non debeant de jure postmodum in litem deduci contingit tamen, quod importuni litigatores ipsa iterato deducunt in iudicium minus juste, propter quod bene tenetur quilibet iudex negociis coram se sentencialiter diffinitis ad cautelam scripture testimonium adhibere. Notum igitur esse volumus, quod cum dnus Wirnto de Blankenstein Fridericum et fratres ejus Merbotonem et Loutwinum, eorumque cognationem sibi usurpare intenderet, asserens se illos in beneficio ab Episcopatu tenere, iidem tempore predecessoris nri bone memorie Chunradi Epi ad Eccle nre Capitulum recurrentes, injurias, que ipsis in hoc inferebantur, per ipsius Capituli auxilium ad dicti predecessoris nri audientiam deferebant: qui cum super eodem negocio iudicio presideret, partibus in presentia suo constitutis antedictum Capitulum per testes idoneos et librum, qui Salbuch vulgariter ap-

pellatur, rationabiliter probavit, memoratum F. ejusque Cognationem traditos esse Ratisponensi Capitulo ad Censum 5. denar. qui persolvuntur annuatim in festo Sci Emmerami, et donationis hujus caput et principium fuit quedam matrona nomine Pecela, que cum esset libere conditionis, pro remedio anime sue se suamque posteritatem tradidit ad oblationes fratrum Capituli Ratispon. Sed quia idem negocium coram antedicto predecessore nro finaliter determinatum, non fuit scripture testimonio confirmatum, jam dictus Wirnto supradictos homines coram nobis iterum impetivit: illi vero ad presentiam nram vocari rogantes, Eccleie nre Capitulum presente Wirntone iterato probaverunt, rem esse judicatam, seque ab ipsius impetitione sententialiter absolutos; quod cum videret prenominatus Wirnto, omni contra eosdem homines actioni precum interventu voluntarie renunciavit, promittens in presentia nra, quod in nullo deinceps eosdem molestaret: Sed ne sepedicti homines in prejudicium Capli possent iterato vel forte sepius molestari, rogati presentem paginam in testimonium rei geste scribi fecimus, confirmantes eam nri appositione Sigilli, et testibus subnotatis Hec enim sunt nomina hominum, qui attinent Caplo Ratisponensi, et a generatione dne Pecele processerunt: Fridericus de Körben, Hailka de Stoufe, et filii ejus Perhtoldus, Heinricus, Chunradus, Raehwinus, Willebirgis, Fridericus et Rudgerus; Item filii Engelburgis, que soror est Hailce supradicte, quorum nomina sunt hec: Rapoto, Maehtildis. Item filii sororis tercie nomine Jute: Rudigerus, Heinricus, Engela; Jtem filii quarte sororis, dicte Liukardis, quorum nomina sunt hec: Fridericus Wagner, Ditricus cognomine scriba, Albertus, Heinricus, Wentela, Alheidis, Dimudis. Item filii Chunigundis, que est soror Friderici de Körben: Fridericus Haerdaer, Albertus Hardaer, Alheidis, Perhta, Alheidis. Item alterius sororis dicte Chunigundis de Chörben, quorum nomina sunt hec: Alheidis, Tuta, Perhta, Rihtza, Wikfridus, Merboto. Item tercie sororis dicte Chunegundis de Hohenwarte filia Ellis; filii ipsius sunt isti: Ulricus Zihaer, Hainricus Pfarraer, Meingotus, Maehtildis, Dimudis, Gisela: Item sororii Ellis antedicte sunt isti: Chunradus, Alheidis, item Perhtoldus de Harde et frater suus Wolframus et Rihkardis, et sororius ejusdem Rihkardis Altmannus et alii quam plures a generatione ejusdem Pecele procedentes. Testes sunt: Chuno decanus, Hugo de Lerchenvelt, Fridericus Freno, Wernhardus de Iudenbrukke archidyaconus, Chunradus de Suzzenbach cellerarius, Wernhardus de Horbach archidyaconus, Ulricus scriba, Chunradus de Vihbach custos

Heinricus de Mosen, Altmannus de Geiseling, Chunradus Chornbuch, Ulricus de Werde archidiaconus, Hildbrandus de Valkenstein, Fridericus prepositus de Orngov, magr Rubertus scolasticus, Fridericus major plebanus, Ulricus de Sala obellarius, Magr Hermannus Canonicus et in Eugenbach plebanus. Testes sunt laici: Rubertus Chaergel, Haertwicus de Müttna, Rutlandus de Bühse, Poppo de Geltolvinge, Ekbertus scultetus, Rudgerus thelonearius, Albertus de Schambach, Chunradus de Gundelhoven, Albertus de Tispach, Albertus de Teinge, Willehalmus de suburbio, Willehalmus super danubium, Heinricus de Capella et Rudgerus frater ejus, Ulricus Gröppel, Ortwinus de Graeuzzelbach et Wernberus frater ejus, Heinricus de Wisent, Sybotus super danubium, Haertwicus super danubium, Pilgrimus Toemlingarius et Hainricus frater ejus, Rudgerus monetarius et alii quam plures. Acta sunt hec anno incarnationis dni 1207. Indictione decima.

*Sigillum Epi Conradi integrum formae rotundae adpendet.*

**Num. CCCX. 1207. Ex Originali:**

Heinrici Comitis de Lechsgemünde resignatio feudorum in Carinthia possessorum in manus Archiepi Salisburg.

In nomine sancte et individue Trinitatis amen. Phylippus di gra Romanorum rex semper augustus. Quecunque fiunt coram hominum multitudine de quocunque negotio, illa ut majori firmitate gaudeant, solent tam eorum, in quorum fiunt presentia, subscriptione, quam Sigilli et Scripture testimonio roborari. Notum igitur fieri volumus tam post futuris, quam presentibus, quod cum in presentia nra nobilis vir Heinricus Comes de Lechesgemunde in manus dni Eberhardi Salzpurgensis archiepi precise resignaret omnia, que in Karinthia habuit scilicet predia, castra, ministeriales et beneficia, excepto quodam Castro, Leginberch nomine cum uno ministeriali et alia familia attinenti, et prediolis computatis ad redditus 20. marcarum, sic nominatis Itilsdorf, Ursen, et Linte, cultis et incultis, pratis et pascuis. De Castro autem cum predictis omnibus liberam potestatem sibi retinuit, ex eis quodcunque placuit faciendi. Hujus rei testes sunt dnus Conradus Spirensis Epus, dnus Bernhardus dux Saxonie, dnus Didericus Marchio Misnensis, Comes Conradus de Plain, Comes Albertus de Weriginrode, Burcgravius de Megedeburch,

Comes Dietericus de Dorinburch, Heinricus Marscalcus de Chalindin, Heinricus de Walpurch dapifer et frater ejus Fridericus, Heinricus de Ravenspurch camerarius, pincerna de Schipfe, Heinricus de Smalnekke, magister coquine de Rottenburch, Marscalcus ducis Saxonie, Conradus de Wisint, Heinricus Tunzo et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnationis 1207, Indictione XI. *Sigillum majestatis integrum appendet.*

**Num. CCCXI. 1207. Ex Originali:**

Philippi Regis transactio litium inter Archiepum Salisburg. et Comitem de Lechsgemünd. Philippus dei gra Romanorum Rex semper Augustus. Notum sit omnibus, quod in presentia nostra transactio cujusdam litis facta est inter dnum Eberhardum Salzpurgensem Archiepum, et nobilem virum Heinricum Comitem de Lechisgemunde, pro qua ipse Archiepus daturus est Comiti quandam Summam pecunie, scilicet duo millia et octingentas et quinquaginta marcas frisaciensis monete, et tales debent esse denarii, quod 5. valeant unam marcam puri argenti. Hec autem pecunia tota debet persolvi in Civitate Ratisponensi, et assignari Cancellario vel nuntiis, quos ipse ad hoc destinaverit, sive Comes vivat, sive medio tempore moriatur. Si vero Cancellarius moritur ante pecuniam persolutam, ipsa pecunia assignabitur dno Heinrico de Spilberch, et ipsi Comiti in Civitate Werde. Ista autem tempora deputata sunt persolutioni: in purificatione sce Marie proxima dabuntur 1250. marce, postea in penthecoste 1000 marce, postea in festo sci Michaelis 600 marce. Ut autem predicta pecunia persolvatur statutis temporibus, pro Salzpurgensi Ecclesia tali modo fidejussimus, quod sive Archiepus vivit, sive moritur interim, ipsa pecunia nichilominus Cancellario a Successore Archiepo, vel ab Ecclesia pro Comite persolvetur; hoc ipsum etiam juravit Archiepus cum quibusdam suis ministerialibus, Friderico de Petowe, Ekehardo de Tanne, Burcgravio de Salzpurch, Gerhoho de Bercheim, et jurare debent pro eodem facto abbas sci Petri et ex Canonicis regularibus et ministerialibus Eccle, quoscunque ad hoc elegerit Cancellarius Ad faciendam quoque sufficientem cautionem debite pecunie statutum est et firmiter promissum: Si ipsa non per-

solvatur statuto tempore, quod et Archiepus et qui cum eo juraverunt vel adhuc jurabunt, intrent Civitatem Ratisponensem, et nunquam inde recedant, donec debitum reddatur. Hujus rei testes sunt: dnus Spirensis Epus, dux Bernhardus de Anhalt, Marchio Missnensis, Comes Albertus de Weriginrode, Burcgravius de Megedeburch, Comes Dietericus de Dorinburch, Marscalcus de Chalindin, dapifer de Walpurth, pincerna de Schipfe, Camerarius de Ravenspurch, Heinricus de Smalnekke, Fridericus de Walpurch, Magr coquine de Rotinburch, marscalcus ducis Bernhardi, Conradus de Wisint, Hainricus Tunzo et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnat. 1207. Indictione XI.

*Sigillum majestat. adpendet.*

**Num. CCCXII. 1209. 13. April. Ex Originali.**

Commissorium papale contra Comitem de Plain et alios, pactum super Summa pecuniae Epo Rat. solvendae initum impediens.

Innocentius Epus servus servorum dei, dilectis filiis ... majori preposito, ... decano, et ... Scolastico Eisteten. salutem et aplcam bened. Sua nobis venerabilis frater nr ... Ratisponen. Epus conquestione monstravit, njuod nobilis vir ... Comes de Plain, ministeriales Salzeburgen. Eccle, F. de Petowe, ac quidam alii Salzeburgen. dioc. propriis nominibus exprimendi pactionem quandam super quadam Summa pecunie, quam venerabilis frater nr Salzeburgen. Archiepus solvere tenetur eidem, licite initam inter eos in salutis sue dispendium prevaricant et infringunt. Quocirca discretioni vre per aplca Scripta mandamus, quatinus dictum Comitem et alios, ut pactionem ipsam, sicut sine pravitate provide facta est, ab utraque parte sponte recepta, prout tenentur observent, monitione premissa per Censuram Ecclcam appellatione postposita compellatis. Testes autem qui fuerint nominati, si se gra, odio, vel timore subtraxerint, per Censuram eandem appellatione remota cogatis Veritati testimoniura perhibere, Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vrum ea nichilominus exequantur. Dat. Lateran. Id. April. Pontificatus nri anno duodecimo.

*Plumbum: Innocentius. PP. III.*



**Num. CCCXIII. 1209. 17. April. Ex Originali:**

Confirmatio privilegii a Papa Coelestino III. Epo Ratispon. anno 1192. concessi.

Innocentius Epus servus servorum dei, venerabili fratri ... Ratisponen. Epo salutem et aplcam ben. In litteris felicis recordationis Celestini PP. predecessoris nri sic perspeximus contineri: Celestinus Epus servus servorum dei. Venerabili Fri ... Ratisponen. Epo salutem et aplcam ben. Quanto Epli ofEcio plura incumbunt etc. Vide hasce litteras supra sub Num. 290.

Nos igitur tuis precibus inclinati, ut predicta Indulgentia libere uti possis, auctoritate presentium tibi concedimus facultatem. Dat. Lateran. XV. Kal. Maii, Pontificatus nri anno duodecimo.

*Plumbum. Innocentius PP. III.*

**Num. CCCXIV. 1209. 18. April:**

Innocentius PP. III. ad Episcopum Ratisbon. de reformandis abusibus in Clero.

*Ex Baluzii Collectione Epistolarum Innocentii III. Edit. Paris. 1682. II. 312.*

Cum te pastoralis Officii exhortatur, ut circa commissum tibi gregem ita diligenter invigiles, quod non possis de negligentia reprehendi. Sane ad nostram noveris audientiam pervenisse, quod Plebani de rure tuae diocesis et quidam eorum Decani, qui eos deberent corrigere et ad poenitentiam revocare, cohabitationibus manifestis polluti, cum ad generalem synodum singulis annis accedunt, excessus suos nequiter occultantes, et se invicem confoventes, nihil inter se denuntiant, et sic in detrimentum animarum suarum et scandalum plebis in suo peccato permanent pertinaces. Praeterea Milites quidam, qui se asserunt de suis excessibus non debere sacerdotum iudicio subiacere, adulteria, incestus, et alia peccata committunt impune, nec etiam corriguntur. Plurimi etiam virorum, mulierum, ac puerorum, qui pro sacramento confirmationis percipiendo ad episcopalem sedem non consueverunt accedere, indifferenter decedunt sine susceptione huiusmodi sacramenti. Cum igitur eorum diocesanus existas, et ex injncto tibi officio tuam debeas parrochiam visitare, ac tanquam proprius medicus, unde illae infirmitates eveniant, cognoscere tenearis, fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus per te ipsum ad inquisitionem infirmitatum huiusmodi, et curationem ipsarum sollicitudine dili-

genti procedas; quia si putredinem vulneris apertione non eicis, sana caro nequaquam in loco putredinis coalescet. Ceterum cum Nemo teneatur suis stipendiis militare, nec bovi os claudi debeat trituranti, praesentium tibi auctoritate concedimus, cuatinus cum propter hoc tuam duxeris diocesim visitandam, liceat tibi moderatam procurationem percipere, ita quidem, quod ex hoc ecclesiae non graventur, sed potius per adventum tuum suscepisse se gaudeant tam in spiritualibus, quam in temporalibus incrementa. Datum Laterani XIV. Kalend. Maii, Pontificatus nostri anno duodecimo.

**Num. CCCXV. 1209. 18. April:**

Innocentius PP. III. ad Epum Ratisbon. de clericis non residentibus.

*Ex eadem Baluzii Collectione, II. 312.*

Ex parte tua fuit propositum coram nobis, quod Ratisponensis Ecclesiae ac aliorum Episcopatum Canonici, qui nolunt in parrochiis suis, quas habent in tua diocesi, residentiam facere, ut tenentur, vicarios instituunt in eisdem; qui cum nec ad Archidiaconum vel Decanum respectum habeant, correctionem nolunt aliquam pro suis excessibus sustinere. Quare nobis humiliter supplicasti, quod, ne ipsae ecclesiae debito servitio defraudentur, tibi licentiam concedere dignaremur, ut auctoritate nostra fraternitati tuae liceret instituere vicarios in eisdem. Gurn igitur honori sit onus annexum et exequi debeat officium, qui beneficium est sortitus, fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus Canonicos ipsos ad debitam in eisdem parrochiis residentiam faciendam, vel saltem idoneos Vicarios instituendos in illis, per quos dictis parrochiis debita servitia impendantur, monitione praemissa, per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellas. Datum Laterani XIV. Kalend. Maii, Pontificatus nostri anno duodecimo.

**Num. CCCXVI. 1209. 25. Oct. Ex Originali.**

Translatio mancipii ad Ecclesiam Ratisbon.

In nomine sce et individue trinitatis. Cunctis Xpi fidelibus tam futuris, quam presentibus innotescat, Comitem Fridericum de Peilstein Alheidem ministerialis sui Aeschwini de Aeliube ad aram Sci

Petri Ratispon. Eccleie ad petitionem ipsius et amicorum suorum jure ministeriali in Pechelaren presente Ulrico de Salach, et aliis ministerialibus Eccleie contulisse, tali tamen Conditione suljuncta, ut primus ex eadem nascens sit Eccleie, secundus prenominati Comititis, sequentes omnes sine contradictione Eccleie attinere dinoscantur. Ne autem per decursum temporis ab aliquo forte attemptetur infringi, Sigillo prenominati Comititis et Epi jussimus insigniri. Acta sunt hec anno ab incarnatione dni 1209. VIII. Kal. Nov. rege Ottone regnante, anno VI. Epatus Ratispon. Chunradi secundi. Hujus rei testes sunt Ulricus de Salach, Dietmarus de Pechlarn et Wernherus, Dietmarus senior et filius suus Chunradus, Henricus Ostermann et universitas burgensium in Pechlarn, et Siboto de Durrenberc, Otto de Holtzarn et ministeriales prenominati Comititis, Albero de Schorbach, Hartmannus Jubort frater predicte dne, et Aeschwinus, et Fridericus fratres sui, Siboto de Oede, Otto de Kalcbrunne, Otto de Raudeke, Chunradus de Stoeten et alii quam plures.

*Duo Sigilla adpendent.*

**Num. CCCXVII. 1210. 17. Aprilis:**

Compositio Maehtildis Comitissae de Hohenburg facta cum Conrado Epo Ratisponensi super Castro Hohenburg in Nordgovia. Acta sunt haec anno ab incarnatione Domini 1210. Indictione XIII. Idus Aprilis apud Hohenburch: sunt aulem confirmata Ratisponae XVIII. Kalend. Maii, imperante dno Ottone anno I. dat. apud Ratisponam XV. Kalend. Maii.

*Ex Autographo impressum extat hoc diploma in meiner Geschichte der Grafen von Hohenburg, Markgrafen auf dem Nordgau 1812. pag. 80.*

**Num. CCCXVIII. 1210. Ex Diplomatario:**

Donationes factae domui teuton. Ratisbonensi a Duce Ludouico.

In nomine sancte et individue Trinitatis amen. Ego Ludouicus dei gra dux Bauuarie omnibus Xpi fidelibus in perpetuum. Ea, que locis conferuntur religiosis, tanto firmiter rata debent consistere, quanto magis per ea sustentationi Deo servientium, ac pauperum consulitur necessitati. Et sicut in donando pia fuit devotio, ita ad quietem

et tranquillitatem eorum provida fore debetur discretio in confirmando; notum igitur universis Xpi fidelibus facimus, quod nos Ecclesiam sancti Egidii Ratispone, vineam quandam in Orte sitam, et mansum in villa apud Civitatem Ratispon. Ecclesiam sancti Georgii et Ecclesiam in novo foro Chambe, Ecclesiam Aichach Augustens. dyoc. cum omnibus attinentiis et cum omni jure, quod nos in hiis habuimus, et predecessores nostri, ex quorum ad nos devoluta sunt successione, in ipsis habuerunt, hospitali Teutonicorum militie sancte Marie Jerosolimitan. in ultramarinis partibus dedimus libere pro remedio anime nostre et parentum nostrorum absque contradictione perpetuo jure possidenda. Et hanc nostram donationem presenti scripto cum Sigilli nostri impressione ac testium denominatione confirmamus et corroboramus. Sunt autem testes hi: Gebhardus Lantgravius de Liukenberge, Wernherus de Laber, Albertus de Liutzmanstein, Chunradus frater ejus, Heinricus marscalcus de Calentin, Berhtoldus de Schiltperch, Rutoldus uz der Owe pincerna ducis, Otto der Fyz, Sifridus der Choph, Eberhardus de Witilinesbach, Otto de Rore. Acta sunt hec anno ab incarnatione Domini 1210. Indictione XIII.

**Num. CCCXIX. Circa annum 1210. Ex Original:**

Conradus Epus Ratisbon. declarat, Ecclesiam Weyhmichel filialem esse Parochiae Neuhausen. In nomine sancte et individue Trinitatis, omnibus in Xpi Ecclesia fidelibus Chunradus Sce Ratisponen. Ecclesie Epus salutem in perpetuum. Notum esse volumus omnibus tam futuri, quam presentis temporis fidelibus, quod dnus Eberhardus abbas loci Sci Emmerami, sentiens se suam Ecclesiam debilo jure, quod in Parochia Niwenhusen habere videbatur, violenta subtractione filie in Wihmichel a Comite Cadeloho pregravari, injurias suas ad presentiam nram proclamavit, et cum consensu adverse partis diem hujus litis decisioni competentem prefixit. Cum ergo dies prefixus advenisset, jam dictus abbas Sci Emmerami cum instrumentis suis et testibus omni Exceptione majoribus in presentia nra comparuit, ibique jus Ecclesie sue in supradicta filia nemine contradicente legitime comprobavit. Nos igitur probationem in presentia nra tam solempniter celebratam, ne in posterum, quod absit, in irritum ab aliquo revocari possit, conscribi et

Sigilli nri impressione confirmari precepimus, anathematis perpetui innotacione ipsum percellentes, qui huic nre Confirmationi aliquatenus contraire temptaverit. H. r. t. sunt: Werinhardus de Judenbrukke, Ulricus Vicedominus, Fridericus summus plebanus, Magr Hermannus, Eberhardus Scolasticus, Chunradus decanus de Kirchperch, Ulschalcus decanus de Pigendorf, Guntherus, Magr Eberhardus, Rudigerus de Ufhusen, Suuikerus plebanus de Walde, Wernherus Stoege, Dietricus Vicednus, Gelpfradus, hii sunt clerici. Laici: Chunradus de Zeizhoven, Chunradus de Gundelhoven, Heinricus der Saeclaer, Fridericus der Chelnaer, Rapoto der Chameraer, Heidenrich de Scambach, Fridericus de Nuwenhusen, Pero de Prukperch, Albertus de Niwenhusen, Fridericus der Choufmann, Chunradus der Mayr, Chunradus der Vorstaer, Pertholdas der Stok, Rudigerus von Widem, Kilbrant de Aiche, Hertwicus de Aiche, Werinhard von Wiaer, Rupertus de Engelstorf, Werinher de Obern-Niwenhusen, Walchun der Mulnaer, Engilpertus der Mulnaer, Fridericus de Hazehoven.

*Sigillum Epi adpendet.*

**Num. CCCXX. Circa annum 1210. Ex Originali:**

Imiga de Hohenfels renuntiat omni juri praetenso in praedio Seulnhoven.

Ego Chunradus dei gra Ratisponensis Eccleie Epus, omnibus Xpi fidelibus in perpetuum. Notum sit tam futuris, quam presentibus, quod cum quedam Ymiga quondam uxor Rihperi de Hohenvels ob remedium anime sue praedium quoddam in Seilnhoven donasset ad hospitale Sci Johannis Ratispon. et quedam Rihza de Seilnhoven racione consanguinitatis, que inter ipsam et priorem Ymige maritum fuerat, illud sibi vendicasset, et pauperes ex longo tempore in eo inquietasset, tandem excommunicata pro tali violencia, recognoscens, quod injuste moveretur, transactionem fecit et in predictum praedium omni juri sue violencie, quod in eo habere videbatur, coram nobis publice renunciavit, et sic est ab Excommunicacionis vinculo absoluta. Hujus rei testes sunt: Willielmus ante urbem, Cbunradus Kambaere, Ulricus de Salaht, Dietricus de Schönenvelt, Ulricus de Talmäzingen, Chunradus de Diethohskirchen, Fridericus cellarius de Stoufe, Chunradus Hardaere et alii quam plures.

*Sigillum Epi adpendet.*

**Num. CCCXXI. 1211. Ex Originali:**

Conradi Epi Ratisbon. litterae super praedio Seulnhoven hospitali S. Joannis donato.

Chunradus dei gra Ratisponen. Eccleie Epus, universis Xpi fidelibus salutem in perpetuum. Notum sit omnibus Xpi fidelibus tam futuris, quam presentibus, quod Imma uxor Rihperi militis de Hohenvels devota, et dum viveret, salutem anime predeliberans, allodium suum, Curiam unam et unum molendinum liberum ab omni impetitione in remedium anime sue testamentum faciendo hospitali sci Johannis in Ratispona ad usus pauperum ibidem tunc presentium et futurorum pie ac libere donavit in Villa, dicta Silinhoven collocatum, eaque decedente predictus vir ejus Rihperus per manum legatoris illius allodii Chunradi nobilis viri de Liuuansdorf, quemadmodum ipsa fecerat, et per maritum ejus quoque fieri petierat, ne posset haberi suspectus in posterum, uxoris sue donationem tractavit et tractatum confirmavit, Igitur quia donationem illam Chunrado de Liuuansdorf ejusdem allodii legatore nobis et Choro fidem faciente, ac Civibus Ratispon. presentibus factam esse scimus, ne super ea in posterum aliqua possit oriri calumpnia, presentem paginam Sigillo nro et Sigillo Chori atque Sigillo Civium Ratispon. et subscriptione testium, qui interfuerant, fecimus roborari, Testes hii sunt: Rubertus Kargili, Heinricus apud Capellam, prepositus de Bilstingen, Wernhardus de Judenbrugge, Heinricus de Mosine, Herandus, Chunradus, Marquardus de veteri Capella, Chunradus, Wernhardus in Heida, Fridericus, Hartuuicus niger, Rudigerus, Heinricus Saccus, Hermannus der Sinzingare, Wicgerus, Zeizfridus, Wittmarus, Heinricus Chribel et frater ejus Muto in foro, Rupertus des Herren Hiltmars Eninkel, Ulricus sartor, Chunradus de Schrotshoven, Chunradus pincerna, Chunradus marscalcus, Chunradus de Diethoheskirchen, Hartuuicus de Egilolfesheim, Heinricus Ostermann, Herbordus de Sulzpach, Fridericus cellerarius, Berhtoldus, Ulricus, Ludewicus fratres hospitalis, Ergehardus Eccleus, Ulricus de Salah, Chunradus filius thelonearii, Liutwin Bocsteche» Anno dni nri Jhu Xpi 1211. scripte sunt littere iste.

*Tria Sigilla illaesa adpendent; Sigillum Civium repraesentat simpliciter S. Petrum.*

**Num. CCCXXII. 1213. 16. Febr. Ex Originali:**

Rex Fridericus II. Monasteria S. Jacobi, et S. Petri Scotorum Ratisbonen. in mundiburdium recipit. In nomine sancte et individue Trinitatis, Fridericus divina favente clementia Romanorum Rex semper Augustus, et Rex Sicilie. Si viris religiosi favoris et munificentie gratiam impenderimus, temporalium et eternorum bonorum retributionem indubitanter consecuturos esse speramus. Quapropter notum sit omnibus Xpi fidelibus tam futuris, quam presentibus, qualiter monasterium Scotorum Ratispone ante portam occidentalem constructum, necnon Ecclesiam in Wihi sancti Petri vulgo dictam in orientali ejusdem Civitatis suburbio ad idem monasterium sci Jacobi Scotorum attinentem secundum tenorem firme libertatis privilegiorum antecessorum nostrorum Rom. Imperatorum et Regum Henrici III. Henrici IV. Lotharii et Friderici, ob honorem dei et venerationem beatorum Apolorum Petri ac Jacobi, rogatu Matthei abbatis et fratrum ejusdem monasterii, atque fratrum Ecclesie Sci Petri supplicatione, que Scotis monasterii Sci Jacobi subdita esse probatur, cum omnibus bonis et possessionibus, quas modo habent rationabiliter, et quas in posterum specialibus nominibus designabimus, aut in futurum justis modis sunt habituri, in mundiburdium defensionis nre suscipimus, eo scilicet tenore, ut sicut constitutum est a supradictis Imperatoribus, idem monasterium sci Jacobi ac Ecclesia sci Petri, nec non et bona sibi attinencia, ac ibidem solummodo Scoti inhabitantes, et nulli alii perpetuam habeant libertatem, nec ab aliqua persona magna vel parva graventur, nec quicquam servicii, nisi soli deo et Sanctis ejus reddere cogantur, neque aliqua persona major vel minor in eos aut in bona eorum qualemcunque dominacionem habeant preter nos et Successores nros reges vel imperatores, sed securi maneant absque omni contradictione vel perturbatione, orantes pro se et pro statu imperii, ac tocius Ecclesie salute. Nomina autem possessionum hec sunt: Manzpach, Caltenberc, Tegernheim, Gundolfingen cum piscaturis, Riut, Kindenhus, Gebelchoven, Wernsingen, Kneuting cum Vineis suis et Capella sua, Bochefrüke cum Capella sua et decimis, Trublingen, Tietelndorf superius et inferius cum silvis et piscaturis, ceterisque appendiciis circumquaque sibi adjacentibus, Marcstet, Mahtenvelt, Tessenhül, Obrekof, molendinum apud Sinzingen, Gristet cum Capella, silvis, piscaturis, molendinis, Ansidel,

Dietfurt, Halthus, Fogeltal, Gundolshus, Büze cum Capella, Lienberc, Gravenberc, Obergundolvingen, Jachenhusen, Chuelsdorf, Fingental, Westenholz, molendinum apud Brunne, duo molendina apud Laber, Ezinberc, Bercstet, Hunthahen, Helmbuhel cum appendiciis suis, Harde, Chemnat, Hunberc, Riut, Stetenhove, Surchhusen, Girhusen, Kaertin, Tremelhusen, Warmansdorf, due vinee ad pedem pontis Ratisponen. Manslo, Lyrndorf, Hutenhof, Munechriut, Chanstein, Bülnhove (ad Naabam.) Chalbesingen, Schiltern, Krapfenhof, Sneithart, Trübenhoven, Bondorf, Stocka, Alta, una Curia apud Pfaeter, Hagenbuch, Chager, Herizhoven, Rudelingen, Chölnpach, Hochdorf, Eiche, Heide, Schyr, Friesheim, due vinee juxta Chruchenberc, Winzer cum molendino, et due vinee apud Ibspurc, et area una apud Lersenbeuge, et duos mansus in Satze et sex mansus apud Schottingen, Sneithart occidentalis. Preterea decernimus, ut nulli liceat, advocaciam eorum concedere, habere aut dare, nisi per nos et nros Successores, reges vel imperatores, et cum consciencia abbatis Scotorum, nec non et vetamus et Sigilli nri impressione precipimus, ne alicui eorum advocato liceat, bona eorum usurpando aut emere, aut renovando addere, sed solis Scotis tantummodo de bonis suis, prout melius vel utilius potuerint, disponere liceat, sicut hactenus temporibus antecessorum nostrorum noscitur observatum, Advocati vero, quibus commissa fuerit a nobis advocacia, vel a nris Successoribus, regibus vel imperatoribus, et hoc rogatu Scotorum, obmissis omnibus collectionibus a Villicis nil violenter accipiant, nisi secundum solam veteris justicie mensuram. Si quis autem hanc libertatem eis infringere presumpserit, CCC. marcas auri compositurus banno nro subjacebit, medietatem Camere nre et medietatem supradicte Eccle. Ut autem hec nra Concessio rata et intemerata in perpetuum permaneat, presentem paginam scribi, et eam majestatis nre Sigillo precepimus communiri. H.r.t. sunt: Sifridus Magunt. Archiep. Otto Frising. Epus, Cunradus Ratisponen. Epus, Hartuuicus Eistet. Epus, Mangoldus Patavien. Epus, Fridericus Trident. Epus, Odacrius rex Boemie, Hermannus Lantgravius Duringie, Ludewicus dux Bawarie, Lupoldus dux Austrie, Heinricus Marchio Moravie, Comes Albertus de Eberstein, Heinricus Marscalcus et alii quara plures.

*Signum domni Friderici secundi Rom. Regis invictissimi, et Regis Sicilie*

*(Monogramma.)*



Ego Chunradus Metens. Epus, imperialis aule Cancellarius vice dni Sifridi Magunt. Archiepi et tocius Germanie Archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice Incarnationis 1212. Indictione I. regnante Dno Friderico secundo Roman. rege glorioso, et rege Sicilie, anno regni ejus Romani I. regni vero Sicilie XV. Datum apud Ratisponam, XIII. Kalendas Martii.

*Sigillum majestat. vix non laesum appendet.*

**Num. CCCXXIII. 1213. 19. April. Ex Originali:**

Conradus Epus Ratispon. donat Hospitali sancti Joannis Ratisbon. allodium Höhenberg cum Ecclesia et attinentiis.

In nomine sce et individue Trinitatis amen. Ego Chunradus dei gra Ratispon. Epus, omnibus in perpetuum. Quia vitium oblivionis ex processu temporis et fragilitate mortalium acta hominum utilia sepelire solet frequentius, salubriter adinventum est scripture remedium, ut que forte tolleret vel evacuare posset oblivio, per scripture beneficium hominum memorie reserventur. Hac sane consideracione universis Xpi fidelibus tam futuris, quam presentibus notum esse volumus, quod nos animadvertentes dignum placandum fore interdum deum, quem non solum sepe, sed semper offendimus, ob reverenciam gloriose Virginis Marie et Sci Johannis Baptiste in remedium anime nre allodium Höhenperg cum Ecclia, hominibus, vinetis, pratis et nemoribus et agris, et omnibus attinenciis extra terminos et infra, cultis et incultis, cognitis et incognitis hospitali sci Johannis Ratispone, ubi deus in suis minimis honoratur, nullo prorsus contradicente libere donavimus, presentibus Choro et Ministerialibus, atque Burgensibus, aliisque quam pluribus hominibus cujuscunque condicionis. Igitur ne quis in posterum huic nre donacioni contraire, vel eam aliquo modo infringere possit vel debeat, hanc paginam Sigillo nro et testium subscriptorum subnotacione fecimus communiri. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, Judicis nacionum Ihu Xpi, et gloriose genitricis sue, beatique Johannis Baptiste et omnium Electorum dei se noverit incursum iram. Tes<sup>f</sup>es autem hii sunt, clerici: Gotfridus major prepositus, Chuno decanus, Eberhardus Comes de Abensperg archidiaconus, Ulricus de Werd archidiaconus, Wernhardus de Juden-

bruke archidiac. Fridericus de Brukke prepositus de Oringaw, Hainricus de Mosen prepositus sci Johannis, Magr Robertus Scolasticus, Conradus prepositus de Pilsting, Magr Hugo, Conradus de Sussenpach celerarius, Ulricus de Salach custos et Vicednus, Diethericus de Schönfeld, Hugo de Lerchenfeld, Fridericus puer, Ulricus scriba, Albertus de Grindenlach, Ulricus de Talmassing, Magr Hermannus, Fridericus major plebanus, Eberhardus de Reussing, Guntherus, Conradus Westenburger, Eberhardus notarius noster. Laici: Conradus de Hohenfels, Ratoldus de Berge, Heinricus de Eberspiunt, Arnoldus de Schönfeld, Hainricus, Conradus et Ortlibus fratres de Seirching, Hainricus de Lichtenperg, Conradus et Wernhardus fratres in Haidaw, Rudgerus prepositus et thelonearius orientalis partis, Robertus Kärigl judex, Karolus Kargl marscalcus, Hainricus, Rudgerus fratres apud Capellam, Rudgerus et Leutwinus et Ulricus filii Hainrici apud Capellam, Leupoldus Pragarius, et alii quam plures. Acta sunt hec anno gratie 1213. Nonas Marcii, datum Ratispone Indictione quinta, XIII. Kalendas Maii, Epatus nri anno XIII.

*Sigillum adpendet.*

**Num. CCCXXIV. 1213:**

Compositio inter Conradum Epum Ratisponen. et Ludovicum Ducem Bavariae Circa vetera jura in Civitate Ratisbonensi utrique competentia, respective fusior Expositio Tractatus anno 1205. initi. (*Vid. supra Num. CCCVII.*) Acta sunt haec anno dominicae Incarnationis 1213. Indictione prima.

*Hundii Metrop. I. 167. Edit. Ratisbon.*

**Num. CCCXXV. Circa annum 1214. Ex Originali.**

Conradus Epus Ratisbon. transfert Hospitale sancti Joannis Ratisbon. e domo Ecclesiae S. Joannis contigua in domum ad opus pontis habitam.

In nomine sancte et individue Trinitatis amen. Ego Chunradus dei gra Ratisponensis Epus, omnibus Xpi fidelibus salutem in perpetuum. Noverit tam futurorum, quam presencium Universitas, quod cum circa domum hospitem Ecclesie sci Johannis contiguam nostra sollicitudo attendisset incommoditates pauperum, et communicato Ci-

vium nostrorum assensu et beneplacito domum cum area ejus ad opus pontis hucusque habitam per concambium alterius domus conquisivissemus tum propter aërem, tum propter aquam, tum propter quam plures commoditates egrotantium ad infirmariam ibidem edificandam, domum prenominatam, que prius hospitale fuit, pauperumque receptaculum, statuimus eorum usibus inseparabiliter servituram. Ne igitur Successorum nostrorum Eporum aliquis vel alius quicumque domum prelibatam usibus novi hospitalis, et pauperum ibidem commorantium alienare presumat vel attemptet, hanc presentem paginam munimine Sigilli nri, et subscriptione saniorum, qui huic nre institutioni suum adhibuerunt pium assensum, fecimus corroborari: dnus Karolus in Judenbruke, Heinricus apud Capellam, Conradus Gränsel, et frater ejus Karolus, Rupertus Judex, Rudolfus Rouzäre, Ulricus Greppel, Albertus de Tigenen, Willielmus super danubio, Gözwinus judex, Gözwinus Näbeger, Willielmus et Paldwinus fratres ante urbem, Heinricus Galm, Lutwinus in Pruneleit, Liupherus, Dietmarus super danubio, Hartwicus super danubio, Wolframms, Razo, Wichpertus, Zeizfridus, Otto in Foro, Paldewinus Nüzel, Ekepertus causidicus, et alii quam plures.

*Sigillum Epi illaesum adpendet.*

**Num. CCCXXVI. 1215. 3. Februarii. Ex Diplomatario:**

Episcopus Conradus concedit Monasterio Prülensi Ord. sancti Benedicti Ecclesias in Weihenloh et Talmässing.

In nomine sancte et individue Trinitatis amen. Ego Chunradus dei gratia Episcopus Ratispon. omnibus in perpetuum. Presentis pagine testimonio donationem a nobis Ecclesie Prulensi factam ad relevandam ejus inopiam confirmantes, omnibus Xpi fidelibus notum esse volumus, quum eadem Ecclesia ab advocatis, et raptoribus, et pluribus infortunatis eventibus ad tantam inopiam esset redacta, ut sustentationem necessariam etiam in victualibus habere non posset, nos illius necessitati subvenire, sicut decuit, cupientes, Ecclesias Wihenloch et Talmaezingen cum omnibus attinentiis suis, in quibus eadem Ecclesia jus habuit presentandi, pleno jure possidendas cum consensu Capituli nostri contulimus, salvo jure pastoris, qui pro tempore hujus donationis easdem Ecclesias possedit, ita videlicet, ut eodem pastore defuncto aut sponte cedente abbas et conventus Pru-

lensis jus et potestatem plenam habeant, in eisdem Ecclesiis sacerdotem aut sacerdotes seculares et idoneos instituendi, et si necesse fuerit destituendi, cui vel quibus de proventibus Ecclesiarum competens et honesta pro sua sustentacione ac pauperum receptione portio relinquatur, unde etiam et nobis et Successoribus nostris Episcopis, archidiacono et decano in jure suo valeat vel valeant respondere, et quecunque residua fuerint aut secundum deum esse poterint, per dispensatorem predicti Collegii, quem ad hoc deputaverint, ad communem fratrum sustentacionem colligantur, ut ex hiis sue necessitatis habeant subsidium, et deum pro nobis et antecessoribus atque successoribus nostris Episcopis, nostrisque parentibus specialibus missis et statutis orationibus cottidianis debeant devocius exorare. He autem oraciones tales erunt: quilibet sacerdos illius Ecclesie omnes collectas, quas per horas canonicas dicet, concludat hac conclusione „et famulum tuum Epum nostrum ab omni adversitate custodi;" quilibet etiam sacerdos in qualibet missa preter pro defunctis, quum plures collecte sunt dicende, hanc pro Epo dicat collectam; „Omnipotens sempiterne deus, qui facis mirabilia magna solus etc." Preterea quilibet sacerdos liber a statutis et ebdomadalibus missis qualibet septimana preter a vigilia Nativitatis domini usque ad Epiphaniam, et a dominica palmarum usque ad octavam Pasce, et a vigilia Pentecostes usque ad octavam ejusdem festivitatis, celebret tres missas, unam videlicet de sancto Spiritu, aliam pro salute vivorum, terciam pro fidelibus defunctis; annuatim quoque nostrum anniversarium consueta peragent commemoratione, Statuimus itaque, ut semper abbate mortuo et altero electo privilegium hoc in conventu recitetur, propterea ut idem abbas oraciones has statutas pro nobis et antecessoribus atque successoribus nostris Episcopis, nec non et parentibus nostris faciat ita sfabiliter peragi, ne pro earum negligentia vel ommissione in die iudicii constringatur reddere rationem. Dedimus etiam hoc privilegium sine prejudicio cujusdam privilegii, quod ante dedimus super quibusdam debitis solvendis Ecclesie parochiali sancti Pauli (Ratisbon.) de Ecclesia Hunenchoven. Ut autem hec nostra salubris donacio firma et ir retractabilis a quoquam permaneat, presentem paginam Sigilli nostri et Sigilli Chori appensione, et testium subnotacione duximus roborandam. Testes autem hii sunt: Chuno decanus, Wernhard de Horbach prepositus et archidiac. Fridericus de Bruckeberch prepositus, Heinricus de Mosen prepositus, Ulricus de Werde archidiac. Wernhard de Judenbruke

archidiaconus. Magister Robertus scolasticus et archidiaconus. Ulricus custos et Vicedominus, Fridericus major plebanus, Chunradus prepositus de Pilstingen, Chunrad de Suzenbach cellarius, Hugo de Lerchenvelt, Fridericus puer, Magister Hugo, Eberhard de Abensperch, Ulricus scriba, Albertus de Grindeloh, Magister Hermannus, Chunrad de Toufchirchen, Albertus plebanus sancti Pauli, Eberhardus de Rustingen, Robertus Häbiger, et alii quam plures. Acta sunt anno ab incarnatione domini MCCXV. Indict. III. Dat. Ratispone per manus Eberhardi notarii nostri tertio Non. Februarii, anno Episcopatus nostri undecimo.

**Num. CCCXXVII. 1215. 26. April. Ex Diplomatario:**

Innocentius Papa III. confirmat Monasterio Prül Ecclesias in Weißenloh et Talmassing. Innocentius Episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis abbati et conventui monasterii in Prule Ratisponen. diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Solet annuere Sedes apostolica piis votis, et honestis petentium precibus favorem benevolum impertiri. Eapropter, dilecti in domino filii vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu Ecclesias in Weißenloh et Talmazing cum pertinentiis earundem, quas venerabilis frater noster Ratispon. Episcopus cum consensu Capituli sui vestro monasterio pia liberalitate donavit, sicut eas juste ac pacifice possidetis, vobis et per vos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Lateran. III. Kal. Maii, Pontificatus nostri anno XVIII.

**Num. CCCXXVIII Circa annum 1215. Ex Originali:**

Consensus Ducis Zaeringiae ad Concambium inferioris et sup. Monasterii pro Villis Noerding et Orngau.

In nomine Domini. Ego Berhtoldus di gra dux Zaeringie. Noverint tam futuri, quam presentes, quod dnus nr Fredericus Rom. rex

et Sycilie, considerans, quomodo ex antiquo per imperium fundate, ditate, atque sublimate sint Ecclesie, piam et laudabilem antecessorum consuetudinem imitatus, cum Ecclia Ratisponen. ex ejus merito, et maxime pro utilitate imperii, de inferiori et superiori monasteriis pro villis Noerdelingin, et Orengow fecit concambium et permutationem, cui concambio, quia tum ex adiacentie commoditate, tum etiam ex potioribus redditibus magis est utile imperio, quam Ecclie Ratisponen. assensum nrum adhibemus, ratum ipsum habentes, et assensum nrum presenti scripto et Sigillo nro publice protestamur.

*Sigillum equestre integrum adpendet, habens a tergo aquilam simplicem ob officium.*

**Num. CCCXXIX. Circa annum. 1215. Ex Originali:**

Leopoldi Ducis Austriae Consensus ad Concambium de inferiori et sup. Monasteriis pro Villis Noerdling et Orngau.

In nomine dni. Ego Liupoldus dei gra dux Austrie, Styrieque. Noverint tam futuri, quam presentes, quod dnus noster Fredericus rex roman. et Sycilie, semper augustus considerans, qualiter ex antiquo per imperium fundate, ditate atque sublimate sint Ecclie, piam et laudabilem antecessorum consuetudinem imitatus, cum Ecclia Ratisponensi ex ejus merito et maxime pro utilitate imperii de inferiori et superiori Monasteriis Ratisp. pro Villis Noerdelingen et Orengo fecit concambium et permutationem, cui Concambio, quia tum ex commoditate adiacentie, tum etiam ex potioribus redditibus magis est utile imperio, quam Ecclesie Ratispon. assensum nrum adhibentes, ratum ipsum habemus, et assensum nrum presenti scripto et Sigillo nro publice protestamur.

*Sigillum equestre vix non laesum adpendet.*

**Num. CCCXXX. 1215. 22. Dec. Ex Originali:**

Rex Fridericus II. dat Epo Ratisbonensi pro Noerdling et Orngau Monasteria Ober- et Niedermünster. In nomine sce et individue Trinitatis, amen. Fridericus secundus Dei gratia Rex Romanorum et Sicilie, semper Augustus,

omnibus Xpi fidelibus in perpetuum. Cum ex debito Majestatis nre Regie dilectos fideles nros Principes benevolentia, quemadmodum ipsi nos fidelitate, pie respicere teneamur, dignum animadvertimus, ut rationabilibus eorum petitionibus annuamus et profectibus, maxime in causis, que ad honorem et profectum tam imperio, quam ipsis videntur petentibus provenire. Igitur cum Ecclesia Ratisponensis habuisset villas quasdam proprias Nordelingam et Orngouue, usibus imperii commodas, et imperium habuisset Ratispone duo Monasteria, inferius scilicet et superius, claustra Sanctimonialium usibus similiter Ecclesie Ratisponensi commoda, considerata fidelitate ac devotione, quas Ecclesia Ratisponensis progenitoribus nostris felicis memorie avo, patri, ac patruo nostro in imperio frequenter exhibuit; consideratis quoque laboribus et gravibus expensis, quas Electe predictorum Monasteriorum fecerunt hactenus propter imperium pro jure ipsarum suscipiendo; considerato etiam precipue commodo imperii, cui tenemur intendere, consilio Principum, qui presentes erant, et Curie nostre, de predictis Civitate videlicet Nordelinga et villa Orngouue cum prepositura ejusdem loci, et de pretaxatis Monasteriis cum venerabili Ratisponensi Epo Chunrado dilecto Consanguineo nostro fecimus permutationem et concambium; ipse enim Epus civitatem Nordelingam et villam Orngouue cum prepositura ejusdem loci et advocatia utriusque, cum omni jure proprietatis, sicut Ecclesie sue attinuerunt, imperio donavit, et nos e converso illa duo Cenobia Ratispone, inferius Monasterium et superius Monasterium donavimus Ecclesie Ratisponensi cum proprietate atque advocatia, et omnibus attinentiis, et cum omni eo jure, quod imperium in eis habuit, ut vacantibus abbatiis in predictis Monasteriis Electe ipsorum temporalia et omnia jura alia, que hactenus requisierunt ab imperio, deinceps perpetuo requirant ab Ecclesia Ratisponensi, et Epus ejusdem Ecclesie, quicumque tunc fuerit pro tempore, illa donet et conferat sine impedimento. Ut autem hec nostra permutatio et concambium rata permaneant in perpetuum, et deinceps nec per oblivionem, nec per calumniam cujusquam cedere possint in irritum, presentem paginam Sigillo nostre Majestatis et subnotacione testium fecimus roborari. Testes ii sunt: Chunradus Metensis et Spirensis Epus, imperialis aule Cancellarius, Otto Dux Meranie, Chunradus Burcgravius de Nurenberch, Poppo Comes de Hennenberch, Comes Albertus de Ebersteine, Marchio de Baden, Gebhardus Lantgravius de Liukenberge, Henricus de Niffen, Wernherus de Laber, Anshelmus Marscalcus de

Justingen, advocatus de Raprehtswilaer, Wolframus et Chunradus fratres de Franchespereh, Albertus Rindesmoul, Siboto de Tanhusen, Chunradus de Werde, et alii quam plures.

*Signum Dni Friderici Romanorum Regis invictissimi secundi, et Regis Sicilie. (Monogramma.)*

Acta sunt hec anno dominice incarnationis 1215. Indictione IV. Data apud Egram per manus Chunradi Metensis et Spirensis Epi. imperialis aule Cancellarii, XI. Kalend. Januarii.

*Sigillum Majestat. illaesum adpendet.*

**Num. CCCXXXI. 1216. 13. Mau. Ex Origmalis:**

Rex Fridericus II. renuntiat Consuetudini, occupandi defuncti Epi vel Abbatis res mobiles et redditus. In nomine sce et individue Trinitatis. Fridericus secundus di gra rex Romanorum et Sycilie, semper augustus. Illud Privilegium, quod rex regum et dominus dominantium in memoriam Ecclce libertatis pretiosissimo sanguine suo scripsit, ita regio decet custodiri favore, ut nunquam in eo quicquam appareat, quod illius gratie videatur obtenebrare decorem, que a tanto procedit auctore. Ut ergo post terreni regni fastigia securius expectare possimus ab ipso felicitatis eterne coronam, cum nre devotionis ministerio permanserit in sue integritatis gloria sponsa Xpi, grata sui status debet a nobis incrementa percipere potius, quam ipsius quasi sub specie quadam servitutis probrose sinamus indumenta discerpi; ideoque veterem illam Consuetudinem detestantes, quam Antecessores nri Romani Imperatores et Reges in Cathedrales exercuerunt Ecclias, et abbatias, que manu regia porriguntur, quod videlicet decedentibus Epis, et Prelatis earum non tam reliquias rerum mobilium eorundem consueverant occupare ac convertere in usus proprios occupatas, quam et redditus et proventus per totius primi anni Circulum ita prorsus auferre, ut nec solvi possent debita decedentis, nec succedenti Prelato necessaria imministrari ; eidem Consuetudini sive juri, vel quocunque Vocabulo exprimatur, renunciavimus penitus ob reverentiam Crucifixi, cujus in nro corpore bajulamus insignia, illud eisdem Ecclis perpetuo jure donantes, et auctoritate regia statuentes, ut Eccliarum omnium libertate integra



semper in omnibus permanente, res et redditus hmoi in solvenda debita decedentium

Prelatorum et in alios Eccliaium usus per manus legitime succedentium libere convertantur.

Obsecramus igitur easdem Ecclias et in Viriute Altissimi contestamur, quatenus ob hanc munificentie nre gram nrum apud dnum supplere dignentur piis orationibus imperfectum, et post terminum Vite nre obitus nri diem anniversarium in perpetue Commendationis memoriam retinere. Ut autem hec omnia, sicut a nre bone Voluntatis liberalitate procedunt, perpetuis temporibus maneant inconvulsa, presens inde privilegium conscribi precipimus, et nre Imaginis impressione muniri, statuentes, ut quisquis contra hec aliquid attemptare presumpserit, centum libras auri pro pena cornponat, quarum medietas fisco cedat, et pars altera illis, quibus fuerit injuria irrogata. Testes sunt hii: Albertus Meideburgen. Archiepus, Otto Frising. Epus, Chunradus Ratisponen. Epus, Otto Herbipolen. Epus, Sifridus Augusten. Epus, Siboto Havelbergen. Epus, Engelbertus Colon. Electus, Ulricus Patavien. Electus; Henricus Hersveldensis abbas, Chuno Elwacensis abbas, Hartmannus Fuldensis Electus; Lodowicus palatinus Reni dux Bawarie, Liupoldus dux Austrie Styrieque, Otto dux Meranie, Hermannus Marchio de Baden, et frater ejus Fridericus, Anshelmus Marscalcus, Werenherus dapifer de Ponlandia, Waltherus de Schipfe pincerna aule regalis et alii quam plures.

*Signum domini Friderici secundi Regis Romanorum invictissimi, et Regis Sicilie.*

*(Monogramma.)*

Ego Chunradus Metensis Epus vice domini Sifridi Moguntini Archiepi, totius Germanie Archieancellarii, Imperialis aule Cancellarius recognovi. Acta sunt hec anno dominice Incarnationis 1216, Indictione IIII. regnante domino Frederico Romanorum rege gloriosissimo, et Rege Sycilie. Data Herbipoli per manum Berhtoldi regalis aule protonotarii, III. Id. Maii, anno regni regis Frederici quarto.

*Sigillum majestat. adpendet.*

**Num. CCCXXXII. 1216. 15. Mali. Ex Originali:**

Rex Fridencus II. Concambium cum Epo Rat. de infer. et sup. Monasteriis initum retractat, et sententiam de inalienatione Principatum confirmat.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus II. Dei gratia Romanorum Rex, et semper Augustus. Cum ad summam instantiam precum dilecti Principis nostri Chunradi Ratisponensis Episcopi, cum ipso Episcopo nomine Ecclesie sue quoddam concambium fecissemus de duobus Principatibus, scilicet de inferiori et superiori Monasteriis in Civitate Ratispona constitutis, pro quibusdam aliis prediis et possessionibus ad prenominatum Episcopum et Episcopatum suum pertinentibus; accedens ad presentiam Regie excellentie nostre in curia solempni Herbipoli Domina Tuta, inferioris Monasterii Abbatissa personaliter, nec non Domina Gerdrudis, superioris Monasterii Abbatissa per suum procuratorem cum aliqua honesta utriusque capituli parte, coram Principibus et Baronibus, atque tota curia nostra gravi querimonia protulit, se et Ecclesias suas indebite a nobis fuisse gravatas, et super hoc adiutorium et sententiam Principum postularunt, proponentes firmiter, nullum Principatum posse vel debere commutari, vel alienari ab Imperio, vel ad alium Principem transferri sine voluntate presidentis Principis illius Principatus, et de plano consensu ejusdem Ministerialium. Super quo facta a nobis inquisitione, per sententiam Principum, et subsecutionem tam Nobilium, quam Baronum, atque Ministerialium, et omnium, qui aderant, iudicatum est, nullum Principatum posse, vel debere nomine concambii vel cujuscunque alienationis ad aliam personam transferri ab Imperio, nisi de mera voluntate, et assensu Principis presidentis, et Ministerialium ejusdem Principatus. Nos igitur justitie protectores, nullo conamine juri reniti volentes, sententiam ipsam duximus approbandam. Et quod contra memoratas Ecclesias et earum Principes pro Episcopo et Ecclesia Ratisponensi minus debite feceramus, omnino retractamus in continenti, presente Episcopo prefato. Et ne de cetero similia contingant, decernimus et perpetua firmitudine observandum iudicamus, quod non liceat ulli successorum nostrorum, Romanor. Regi seu Imperatori, Principatum aliquem, ut superius sententiatum est, ab Imperio aliquo modo alienare, sed omnes Imperii Principatus in suo jure et honore illesos observare. Ut itaque dilecta fidelis nostra Gerdrudis, et successores ejus Abbatisse, nec non xegalis Ecclesia superioris Monasterii hac sententia gaudeant

in antea, et glorientur in perpetuum, hoc scriptum eis indulsum Sigillo Majestatis nostre roboratum. Hujus rei sunt testes: Albertus Magdeburgensis Archiepus, Engilbertus Electus Coloniensis Archiepus, Otto Wirzeburgensis Epus, Otto Frisingensis Epus, Sifridus Augustensis Epus, Ulricus Pataviensis Electus, Chuno Cluniacensis Abbas, Ludouuicus Dux Bauuarie Comes Palatinus, Hermannus et Fridericus fratres Marchiones de Baden, Gerardus de Diez, Otto Dux Meranie, Hermannus et Ludouicus Comites de Wirtenberch, Berhtoldus Nobilis de Niffen, et filii sui Heinricus et Albertus, Gerardus Comes de Rinek, Anshelmus de Justingen marscalcus Imperii, Waltherus pincerna imperii, Wernherus dapifer de Bonlandia, Diet. de Ravenspurch camerarius imperii, et alii quam plures.

*Signum dni Friderici Roman. R.egis invictissimi II. et Regis Sicilie. (Monogramma.)*

Ego Chunradus Metensis, et Spirensis Epus, imperialis aule Cancellarius vice dni Sifidi Moguntini Archiepi, totius Germanie Archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec Herbipoli anno Domini 1216. regnante gloriosissimo Domino Friderico Dei gratia secundo Romanor. Rege et semper Augusto, et inclyto Rege Sicilie, anno regni Romani ejus IV. Sicilie vero XVIII. feliciter.

Datum per manus Perhtoldi de Niffen regalis aule Prothonotarii, anno prenotato, Id. Maii, Indictione quarta.

*Cum Sigillo Majestat. valde laeso.*

**Num. CCCXXXIII. 1216. 28. Maii:**

Conradus Ratisponensis Epus contra plebanum majoris Eccliae Ratisbon. adjudicat Monasterio Rohr decimas tam Vinearum, quam agrorum praedii sui in Winzer. Testes annotantur. Gotfridus major prepositus, Chuno decanus, Hugo de Lerchenvelt, Heinricus prepositus sci Johannis, Magr Robertus scolasticus, Udalricus scriba, Udalricus de Talmäzzingen, Eberhardus de Rustingen, Magr Hermannus, Heinricus obellarius. Laici: Chunradus de Hohenvels, Chunradus de Schroteshoven, Heinricus Wallaer, Herwinus sculteta, Willelmus ante urbem judex, Karo-

lus de Judenbruke, Heinricus de Seirichingen, Heinricus apud Capellam, Rudgerus frater ejus,  
Leopoldus Pragaer, Rudegerus Thelonearius et alii.

Acta sunt hec anno incarnationis dominice 1216. Indictione IIII. Episcopatus nostri anno tertio decimo.  
Data Ratispone per manus Eberhardi notarii nostri quinto Kalend. Junii.

*Mon. Boic. XVI. 113.*

**Num. CCCXXXIV. 1216. 28. Jul. Ex Originali:**

Decisio, quod Ecclesia in Pfreimd non sit subjecta Parochiae Persen scu Naabburg.

In nomine dni. Chunradus dei gra Ratisponensis Ecclesie Epus, Gotfridus prepositus, Chuno decanus, totumque ejusdem Ecclesie Capitulum omnibus Xpi fidelibus in perpetuum. Longinquitate solet evenire temporis, ut in dubio versetur origo veritatis, que quanto plus a memoria cedit hominum, tanto magis difficultas augetur questionis, et in laborintum erroris ducuntur litigantes, donec cognitionem veritatis patefaciat industria sollicite discussionis. Cujus rei experimenlo fatigati, litem diu movimus dne Heilwige\*) super Ecclesia Pfrime (modo Pfreimd), dicentes, quod licet eadem Ecclesia legitimum habere deberet possessorem, in tantum tamen matricem Ecclesiam Persen respicere teneretur, ut idem ad eam presentatus possessor a plebano de Persen velut ei subjectus recipere deberet investituram; quod predicta dna instanter negavit, asserendo, quod eadem Ecclesia a prima sui fundacione collegiata fuit, sicut ex vestigiis edium dirutarum, et ex forma Ecclesie superstitis, que omnia in modum claustrum ordinata consistunt, et aliis multis rationibus perpendi posset evidenter, unde nostram infringere conabatur intentionem, cum nullum Collegium a plebano consueverit investiri. Post has demum controversias longo tempore habitas liti simul cum plebano de Persen cessimus, et omnimode eam esse liberam concessimus, ita, ut presentatus ad eam possessor ab Epo investiri debeat, sicut alie parochiales Ecclesie, diocesano; et hoc ob favorem ecclesiastice libertatis et petitionem dilecti confratris nostri Eberhardi filii ejus, qui de suis possessionibus Ratisbon. honorare decrevit Ecclesiam, et hoc quasi incipiens de domo quadam unam libram annuatim ei solvendam constituens, ita, ut cum de patrimonio suo tantum Ecclesie nostre contu-

\*) Landgräfin von Leuchtenberg.

lerit, quod sine lite et absque contradictione fratrum et coheredum suorum annuatim unam libram Ratispon. reddat, et census de domo prenominata ammodo non exigatur, nec prestare cogatur. Et hec sicut acta sunt Sigillorum nostrorum roboravimus impressione. Testes: Gotfridus prepositus, Chuno decanus, Vicedominus, Scolasticus, Hugo de Lerchenvelt, Magister Hugo, prepositus Fridericus, Wernhardus et Wernhardus et Ulricus archidiaconi, magister Hermannus, magister Eberhardus, Ulricus scriba, Eberhardus de Russinge. Acta sunt hec anno incarnationis Dni 1216. quinta Kalend. Augusti.

*Duo Sigilla Epi et sui Capituli illaesa, adpendent.*

**Num. CCCXXXV. 1216. 13. Octobris. Ex Originali:**

Amicabilis Compositio inter abbatissam Monasterii superioris et abbatem sancti Jacobi Ratisbonae super constituendo Priore in Weih Sanct Peter Prioratu vacante.

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Ego Chunradus Dei gratia Ratisponen. Ecclesie Epus, omnibus in perpetuam memoriam. Licet sepius inter dominam abbatissam et Conventum superioris Monasterii ex una parte, et ex altera inter abbatem et conventum sancti Jacobi amicabilis intercesserit compositio super electione ac institutione Prioris sancti Petri et aliis juribus, que in eodem Prioratu et ejus pertinentiis uterque predictorum Conventuum, et Prioratus ad Conventum superioris Monasterii se contendebant habere, tamen nunc nostris temporibus occasione cujusdam aree, in qua Lantgrafius quondam domicilium edificaverat, resuscitare conantur lites super eisdem. Nos itaque pro commoditate Ecclesiarum earundem, et ut graves expensas et labores graviores vitarent, iterum ad amicabilem eos induximus compositionem, instaurare cupientes et magis exprimere, si que vel omissa, vel minus in prioribus compositionibus expressa fuerant super eisdem. Cujus formam compositionis sicut eam de consilio fratrum nostrorum, de bona voluntate patrum ordinavimus, sic ab eisdem confirmatam et approbatam presenti pagina declaramus presentium et futurorum eam memorie commendantes, que talis est: Quando Prioratus sancti Petri vacabit Priore, abbatissa superioris Monasterii veniens ad abbatem et Conventum sancti Jacobi

et Deum pre oculis habens petat aliquem Scotum de ipso Conventu vel de Fratribus sancti Petri idoneum sibi dari Priorem, et si bonus ac idoneus est, quem postulaverit, dandus erit in Priorem Ecclesie prenominate. Si vero abbas et Conventus sancti Jacobi, vel major et sanior pars ejusdem, bona fide ac sana secundum Deum conscientia, et in salute animarum suarum meliorem et utiliore inter se poterunt abbatisse demonstrare, hunc sibi (si presens est) demonstratum, vel absentem denominatum, a primo recedens abbatisse postulet, recepturum primo de manibus ejusdem temporalia tantum, que ex beneficio superioris Monasterii ad Prioratum sancti Petri noscuntur pervenisse, quibus receptis abbas solempniter ipsum investiat spiritualibus et cura Prioratus, ut ex hiis ad abbatem principaliter salvo jure nostro respectus habeatur. Aream quoque, quam olim habuisse dicitur Lantgravius juxta Ecclesiam sancti Petri, eadem Ecclesia ad suos usus, quoscunque sive edificando, sive plantando, sive colendo, vel alio modo ex ea consequi poterit, perpetualiter habeat ad censum 40 denariorum annuatim in Vigilia vel in die sancti Emmerami abbatisse vel conventui sub pena et lege consuetudinis Civitatis persolvendum, ita tamen, quod nec abbatisse, neutrique Conventui liceat, aream predictam aliquo titulo alienare a sua Ecclesia, nec Censum alicui persone singulari constituere, vel obligare, vel vendere, vel infeodare, quoniam si hoc contingeret, gravamen Ecclesie possit oriri, et ista compositio perturbari. Statuimus ad hec, quod si forte aliquis litem moverit predictis fratribus Scotis super eadem area, aut eam indebite usurpare contenderit, abbatisse, que tunc pro tempore fuerit, cum ipsis et pro ipsis principaliter in judicio defendendo se inquietationi eorum opponat, quantum possit, sicut pro ceteris attinentiis ejusdem Ecclesie monasterii superioris. Hujus rei testes sunt: Clerici, Magister Robertus Scolasticus, Werenhardus de Judenbruke archidiaconus. Ulricus custos et Vicedominus de Salah, Fridericus major plebanus, Magister Hermannus, Chunradus Mozinger plebanus de Parcsteten, Eberhardus notarius noster: Laici, Chunradus de Gebelhoven, Chunradus de Salah, dictus Pullaer, Henricus apud Capellam, Liupmannus Hofmeister, Gumpertus et Hartuicus officiales superioris Monasterii, Berhtoldus Honullus, Henricus, Claudius Ecclesiasticus sancti Petri ad Scotos, et alii quam plures. Hanc quoque compositionem de consensu partium super predictis ordinatam atque acceptatam ab eisdem, tam nostri, quam predictorum Conventuum Sigillorum appositione, (ut ex eis possit redar-

gui falsitatis, siquis aliquando dicere vellet, se non consensisse, cum publice et absque  
 cujusque contradictione de consensu omnium apposita sint,) confirmamus, sub pena  
 Excommunicationis precipientes, ut firmiter in perpetuum observent, ita, quod si quisquam contra eam  
 venire attemptaverit, omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit  
 indignationem incursum. Acta sunt hec anno dominice Incarnationis 1216. indiclione IIII. Datum  
 Ratispone III. Idus Octobris, Episcopatus nostri anno tertio decimo.

*Tria Sigilla appensa valde laesa sunt.*

**Num. CCCXXXVI. 1216. 17. Octobris. Ex Originali:**

Ordinatio Epi Conradi super praebendam a Monasterio superiori ad Prioratum S. Petri consecrati  
 dandam.

In nomine Domini. Chunradus Dei gra Ratisponen, Epus, omnibus in perpetuum. Cum super diversis  
 articulis controversia moveretur inter Conventum superioris Monasterii, et Conventum sancti Jacobi,  
 nec non et fratres sancti Petri, tandem appellatione, quam fecerant dicti fratres, remissa in nos  
 eompromiserunt fide data confirmantes, ut ratum haberent et firmum, quidquid super hiis statueremus.  
 Determinatis itaque gravioribus articulis de prebendis aliisque consolationibus, quas sepe dicti fratres  
 sancti Petri sibi, debitas ex longa consuetudine a superiori monasterio esse dicebant, questio sola  
 remansit, super quibus dicti fratres narrationem suam et jus suum proposuissent, Conventus superioris  
 monasterii coram nobis respondens confessus est, et nominatim expressit, quid et quantum ex longa  
 consuetudine dictis fratribus dedisset et animo libenti dare non recusaret, videlicet victualia integraliter  
 unius prebende regine fundatricis dne Hemme, carnibus exceptis, de quibus non esse dandum dicebat,  
 nisi tantum, quantum plebano, vel aiteri ejusdem monasterii Sacerdoti daretur, et unum panem  
 prebendam, preter panem prebende supradicte se solvisse et adhuc se velle dare affirmabat; de  
 consolatione vero, quam ex obitu morientium dominarum dictis fratribus exhibere consuevissent et  
 exhibere deberent, ira confesse sunt, quod cum dnarum aliqua decederet, ea die medietatem omnium  
 prebendarum dictis fratribus dare deberent et 30. denarios, reliquam ve-

ro medietatem secundum placitum cujusque domine liberum esset in elemosina erogare Adiecerunt etiam, quod hec, et non plura dare deberent, et hec per officiales claustrum, qui talia ministrassent, ad jurandum super hiis paratos probare volebant. Nos itaque confessioni hmoi fidem adhibentes statuimus, sicut in nos compromiserant, quod hec omnia, de quibus confesse fuerant, adhuc ammodo absque contradictione donarent fratribus sepedictis. Et hec, sicut acta sunt, ad majorem cautelam et futurorum memoriam presenti scripto notata Sigilli nostri appensione roboramus, precipientes sub pena Excommunicationis, ut firmiter observentur, et quicumque contra hec agere attemptaverint, quod absit, indignationem Dei, et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverint incururos. Hujus rei testes sunt, Magister Rubertus, Wernhardus de Judenbruke archidiaconus. Ulricus de Salach custos et Vicedominus, Fridericus major plebanus, Magr Hermannus, Wolframmmus plebanus superioris monasterii, Chunradus Mozinger plebanus de Parchsteten, Eberhardus notarius noster, Heinricus apud Capellam, Ghunradus de Gebelhoven, Chunradus de Salach dictus Pullaer, Liupmannus Hofmaister, Gumbertus et Haertnidus officiales superioris monasterii, Perhtoldus, Honullus, Heinricus, Claudius Ecclesiasticus sancti Petri apud Scotos. Acta sunt hec anno dominice Incarnationis 1216. Indictione IIII. datum Ratispone XVI. Kal. Novembris.

*Sigillum Epi fractum adpendet.*

**Num. CCCXXXVII. 1217. 22. April. Ex Originali:**

Protectorium Conradi Epi Rat. Hospitali S. Joannis Ralisbon. concessum.

In nomine sce et individue Trinitatis amen. Ego Chunradus dei gracia Ratisponensis Ecclesie Epus omnibus in perpetuum. Meritorium quidem est atque salubre, ad omnes fideles manum pietatis extendere, maxime tamen profectui eorum intendere nos oportet, quos mutuo respectu specialis jurisdictio nobis obligat et obedientia, ipsisque in quantum possumus protectionis nostre gratiam impendere, ac provisionis sollicitudinem adhibere. Igitur hospitale situm Ratispone apud Ecclesiam sancti Johannis habundans pauperibus, tenue autem in redditibus, per quod Deus clementer suis fidelibus providit, ut videlicet ipsi suis elemosynis sustentando pauperes ibidem



confluendo peccata sua deleant, unacum redditibus hiis, prediis scilicet Hoehenberch, Housingen, Wiaer et prediolo Reitenbuch, et predio Kansteine, et una Curia et una huba et 9. areis Alburch, et huba Troubelingen, et una Curia Sunchingen, et huba Oprehtkofen, et huba Helmkofen, et huba Leichelingen, vinea una Wisent, vinea una et dimidia et orto Pfaffensteine, Curia Krappenhoven, Curia Seilenhofen, quatuor hubis et quinque areis Loug, Curia Poucehoven, Curia Holtzluten, area Reinhousen, domo et ejus area, item area apud Aehkirchen, orto in orientali parte et orto in occidentali parte Ratispone, et cum omnibus aliis ejus attinentiis atque possessionibus juste possessis, et in futurum juste possidendis, sub beati Petri et nostram protectionem suscipimus specialiter, preter generalem providentiam, qua sumus aliis obligati, inhibentes sub pena excommunicationis, ne quis possessiones dicte domus pauperum habitas et habendas comburendo, depredando, injuste impetendo, vel obligando, vel aliquo modo debeat vel audeat invadere, minuere vel auferre. Siquis autem hanc nostre protectionis formam sua temeritate infringere attemptaverit, indignationem omnipotentis dei et beati Petri, et excommunicationis nostre sententiam se noverit incursum, Successores quoque nostros, quos per nomen Dni et tremendum diem judicii adhortamur, ut et ipsi prelibate domni hanc nostre specialis protectionis gratiam conservent et impendant, per conservationem hujus nri statuti suis statutis robur firmiter facientes. Acta sunt hec anno dominice Incarnacionis 1217. Indictione quinta. Data Ratispone decimo Kalend. Maii, Epatus nri anno tertio decimo.

*Sigillum Epi illaesum adpendet.*

**Num. CCCXXXVIII. 1219. 1. Junii. Ex Originali:**

Constitutio Regis Friderici II. circa advocatias Obermünstrenses.

Fridericus Secundus dei gra Romanorum rex semper Augustus, et rex Sicilie, notum facimus universis Imperii fidelibus tam presentibus, quam futuris, quod cum dilecta nostra Maehtildis abbatissa superioris monasterii in Ratispona coram nobis per sententiam Principum advocatias de Tegirnbeim, Buolinhoven, Otmaringin et Nancingin cum aliis advocatiis, quas Ulricus de Bentlingin et

quidam alii injuste sibi vendicaverant, liberas et absolutas et esse evicisset, nos easdem advocatias de consensu et ad preces prememoratae abbatissae concessimus et commisimus dilecto consanguineo nostro Ludewico, illustri duci Bavarie, palatino Comiti Rheni tenendas et protegendas secundum sententiam, et tenorem privilegiorum ipsius Ecclesie, et quod de ipsis advocatiis infeudando, obligando, seu alio aliquo modo nil unquam licitum ipsi distrahere vel alienare. Ad cuius rei evidentiam presentem paginam conscriptam Sigillo nostro jussimus communiri. Testes hii sunt: Chunradus Meten. et Spirensis Epus, imperialis aule Cancellarius, Ulricus Patavien. Epus, Bernhardus dux Carinthie, Hermannus Marchio de Badin, Eberhardus de Ebirstein, Comes Kalhohus de Kirchperc, Henricus de lapide, Gotefridus de Arnisperc et alii quam plures. Datum apud Nurnberg, anno dominice incarnationis 1219. Kalend. Junii, Indictione VII.

*Sigillum Majestat. non nihil laesum adpendet.*

**Num. CCCXXXIX. 1219. 4. Nov. Ex Originali:**

Testimonium de Venditione possessionum in Motzing Henrico de Eberspeunt facta.

Liupoldus dei gra dux Austrie ac Styrie. Notum sit omnibus, quod cum Ratispone fuisset revertentes a Curia dni Regis apud Nurenberch celebrata, Wernherus de Motzinge in presentia nra ibidem constitutus publice confessus fuit, se vendidisse omnia predia sua, que habuerat apud Motzinge, consanguineo suo dno Heinrico de Eberspiunte pro 170. marcis argenti, pro qua pecunia consanguineus noster dnus Ratisponen. Epus eidem Wernhero in ducatu nro Austrie apud villam Ruste de hubis ibidem constitutis obligavit 10. carradas Vini, que singulis annis sibi reddentur, donec predicta pecunia persolvatur, tali tamen conditione, quod si in futura festivitate Sci Michahelis 70 marce sibi non persolventur, tres carradas vini recipiet, et si ex tunc in purificatione beate Marie centum marce sibi non reddentur, tunc de cetero semper in festo sci Michahelis de hubis Epi, quas ad solutionem illam deputabit, 10. carradas vini recipiat, donec pecunia sibi pretaxata restituatur, que dum persoluta, fuerit, dnus Epus bona sua quiete possidebit sine omni inpeticione dicti Wernheri. Postulavit autem a nobis idem W. confessionem

suam coram nobis factam presentis scripti serie et Sigilli nri impressione ac testium subscriptione nos confirmare. Testes autem hii sunt: Comes Conradus de Pleien, Chuno decanus Ratispon. Ulricus archidiaconus de Werde, Wernhardus archidiaconus de Judenprukke, Ditricus de Scoenvelt, Ulricus Vicednus, Heinricus de Capella, Rudigerus et Carolus thelonearii, Willehalmus super danubio, Conradus marscalcus et alii quam plures. Acta sunt hec anno dni 1219. Indictione VIII. ad Ratisponam II. Nonas Novembris.

*Sigillum ducis equestre laesum adpendet.*

**Num. CCCXL. 1219. 15. Nov. Ex Originali:**

Rex Fridericus II. Conrado Ratisbon. Epo omnia jura Ratisbonae et in dominiis confirmat, praesertim coquendi Salis, et fodiendorum metallorum.

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Ego Fredericus dei gratia Romanorum rex semper Augustus, et rex Sicilie in perpetuum. Licet dilecti fideles nostri principes fidelitate obligati sint majestati nre regie, decens tamen et honestum fore reputamus, ut specialibus eos exhibicionibus et benefactis excitemus ad diligendum nos sincerius; nam lentescere solet affectus, quem non fovet familiaritas et non firmat beneficium aut benivolencia singularis: pensantes ergo ardua obsequia, que Ratisponensis Ecclesia progenitoribus nris et nobis impendit fideliter, recompensanda ea duximus sue devocioni beneficio speciali. Sane omne jus, quod Episcopus Ratisponensis quiscunque hactenus in Civitate Ratisponensi ab Imperio habere consuevit, et honestas Consuetudines, quas Cives ejusdem Civitatis eventu qualicunque ad nram potestatem retorserant, dilecto Consanguineo nostro Chunrado Ratisponensi Episcopo recognovimus et plene restituimus, volentes eandem Civitatem universaliter sub antiquo jure ipsum respicere Imperio conservandam: fontes quoque salinarum et cathimas,\*) sive materias auri et argenti, plumbi, Cupri sive aliorum metallorum cujuscunque generis in possessionibus Eccleie Ratisponensis vel in fundis quocunque jure dominatus aut patronatus ad eandem Ecclesiam Ratisponen. pertinentibus inventas et inveniendas ipsi Ec-

\*) Kobolt, Erzstein in Bergwerken.

clesie Ratisponensi perpetualiter contulimus, inventas autem et inveniendas in fundis hereditarii patrimonii ipsius Epi Chunradi sibi specialiter contulimus jure feodi, et eas ut predistinctum est utriusque, tam Eccleie videlicet, quam ipsius Epi usibus presenti scripto nre majestatis inviolabiliter confirmavimus, sicut et firmum volumus permanere. Propter majorem autem firmitatem nomina testium, qui huic nro facto interfuerunt, duximus esse subnotanda. Testes autem hii sunt: Otto dux Meranie, Comes Guncelinus de Krozuk, Anshelmus Marscalcus, Eberhardus de Sluzzelberch, Ratoldus de Perg, Liupoldus et Hildepoldus fratres de Grindelah, Hawardus de Outingen, Goezwinus apud portam, Chunradus de Schrotshoven, Henricus de Eberspiunde, Rudigerus thelonearius, Liupoldus Pragaer, Baldwinus ante urbem et alii quam plures.

*Signum dni Friderici secundi Romanorum regis invictissimi, et regis Sicilie.*

*(Monogramma.)*

Ego Chunradus Metensis, et Spirensis Epus, Imperialis aule Cancellarius vice dni Sifridi Moguntini Archiepi et totius Germanie Archicancellarii recognovi. Acta sunt hec anno dominice Incarnationis 1219. Indictione VIII. regnante dno Frederico secundo Roman. et Sicilie rege glorioso, anno regni ejus in Germania VII. Sicilie vero XXII. Datum apud Nurenberch, septimo Kal. Decembr. Indictione rescripta.

*Sigillum majestat. appendet.*

**Num. CCCXLI. 1220. 26. April. Ex Originali:**

Norimbergensibus prohibetur, monetas facere imaginem monetarum Ratispon. habentes, sed aliam, et quidem in favorem Ducis Bavariae, Epi et Civitatis Rat.

In nomine sce et individue Trinitatis amen. Fredericus secundus di gratia Romanorum Rex semper Augustus, et Rex Sycilie omnibus in perpetuum Quia frequenter edictum speciale serpere solet in detrimentum universitatis, et quod statuitur ad tempus, observatur in evum, indempnitati omnium atque singulorum secundum equitatis normam prospecturi, nichil, quod equitati obviet et fidelibus nris dampnum seu gravamen subroget, statuere volumus, immo taliter a nobis vel a quocunque statutum, irritare semper studebimus,

maxime cum de majestatis nre gremio non solum emanare non debeat quicquam juri contrarium, verum limen equitatis et justicie a nobis cum decenti districtione summo firmitatis robore ampliari. Sane inducti ipso equitatis Zelo, ac prece, obsequiisque dilectorum Consanguineorum et fidelium nrorum Chunradi venerabiliis Epi Ratispon. et Lodewici illustris Comitis palatini Reni, ducis Bawarie, imaginem monete Nurenbergensis, quam secundum imaginem monete Ratisponensis fieri permiseramus, immo statueramus, omitti et deleri fecimus, statuentes, ne de cetero neque temporibus nris, neque postea apud Nurenberch moneta fiat, que contineat imaginem similem imagini monete Ratispon. sed aliam ab ista tam alienam, ne aliqua similitudo imaginum contuentibus de ipsis ingerat ambiguitatem. Idem quoque districte inhibemus per omnes Civitates Bawarie sub pena severe ultionis, nolentes alios fovere in injuriis, a quibus ipsi desistimus, maxime cum in talibus similitudinibus et tanquam indempnitatibus monetarum dampna lateant universalia et ex ipsis generalius proveniat dispendium provinciis et hominibus, quam ex gwerra vel causa aliqua temporis sive aëris particulari. Ut autem hujus nre gratie beneficium tam prefatis fidehbus nris et eorum Successoribus, et Civitati Ratispon. quam etiam toti Bawarie ratum permaneat in perpetuum et irrevocabile ab omnibus nris heredibus et Successoribus in Imperio, presentem paginam inde conscribi fecimus, eamque subnotatione testium et nri Sigilli munimine roborari. Testes hii sunt: Sifridus Moguntinus Archiepus, Theodoricus Treviren. Archiepus, Engelbertus Colon. Archiepus, Albertus Meideburgensis Archiepus, Hugo Leodien. Epus, Ekebertus Babenberg. Epus, Hartwicus Eichsteten. Epus, Heinricus Wormatiensis Electus, Otto Traiecten. Epus, Engelbardus Niuuenburgen. Epus, Heinricus Basileien. Epus, Heinricus dux Brabantie, Heinricus de Niffen, Anshelmus Marscalcus de Justingen, Chunradus de Werde, et Ulricus de Liren aule nre regie Cammerarii, et alii quam plures.

*Signum dni Friderici secundi Roman. regis invictissimi et regis Sycilie. (Monogramma.)*

Ego Chunradus Meten. et Spirensis Epus, Iniperialis aule Cancellarius vice dni Sifridi Moguntini Archiepi et totius Germanie Archicancellarii recognovi.

Acta sunt autem hec anno dominice incarnationis 1220. Indictione IX. regnante domino Frederico secundo Romanorum et Sycilie

rege glorioso, anno regni ejus in Germania VIII. in Sycilia vero XXIII. Data apud Frankenfort sexto Kalend. Maii, Indictione prescripta.

*Adpendet Bulla aurea Regis Friderici II.*

**Num. CCCXLII. 1220. 26. Sept. Ex Originali:**

Statutum circa absolutionem et juramentum incendiariorum.

Honorius Epus semis servorum dei. Venerabili fratri. Epo Ratisponensi salutem et aplcam ben. Ex parte tua fuit nobis humiliter supplicatum, ut cum propter guerrarum discrimina in diocesi tua incendiarii tot existant, quod vix in ea Sacerdos aliquis inter ipsos secure possit divina officia celebrare, ipsorum consulentes saluti, juxta formam Ecclie ipsos faceremus absolvi, ita quod absolvendus prius prestet corporaliter juramentum, quod infra annum, postquam fuerit absolutus, aplco se conspectui presentabit, super hoc mandatum aplce Sedis humiliter recepturus: Nos ergo de discretiane tua gerentes fiduciam plenioram, fraternitati tue per aplca Scripta mandamus, quatinus de nra permissione talibus tue diocesis juxta modum predictum beneficium absolutionis impendas, illos in pristnam Sententiam reducturus, qui presumpserint transgredi hmoi juramentum. Dat. apud Urbem veterem VI. Kal. Octobr. Pontificatus nri anno quinto.

*Plumbum: Honorius PP. III.*

**Num. CCCXLIII. 1220. 21. Octobris:**

Conradus Epus Ratispon. confirmat arbitramentum, quo pensio a Parocho Geckingensi quoad denarios, decimas et Kirchträcht Monasterio Weltenburgensi annuatim danda determinata fuit; ac simul Epus donat dicto Coenobio tres mansus in Staubing in proprietatem.

Ne igitur in posterum hec aliquo turbentur ofiendiculo, presentem inde paginam conscriptam Sigillo nostro, etiam subnotacione testium ifecimus insigniri. — — Acta sunt hec anno incarnationis domini 1220. indictione VIII. Datum Ratlspone XII. Kalend. Novembris.

*Mon. Boic. XIII. 360.*

**Num. CCCXLIV. 1220. 18. Nov. Ex Originali:**

Fideiussio monasterii S. Petri Salisburg. ad 200 marcas argenti pro Archiepo sue quas hic Epo Rat. pro  
emtis bonis debet.

In nomine dni. Ego Symon Abbas unacum Collegio Sci Petri Salzburgen. omnibus in Xpo credentibus  
notum esse volumus, quod nos ad petitionem dni nri Eberhardi Salzburgen. Archiepi in parte preeii,  
quod ipse daturum se constituit pro prediis a dno Chunrado Ratispon. Epo emtis, obligavimus nos pro  
ipso dno Archiepo nomine fidejussionis, et principales nos constituimus debiteres in 200 marcis puri  
argenti, solvendis Salzburge in festo sci Johannis Baptiste proxime venturo sub pondere Salzburgen.  
sed sub periculo suo, Archiepi videlicet, usque Tyspach conducendis ita, quod si dnus nr Archiepus  
dictam pecuniam eodem termino non solverit, nos eam, ut de jure principales debitores, prefato Epo,  
vel cui ipse disposuerit, Salzburge sub memorato pondere sine dolo solve, ac Tyspach sub periculo  
nro conducere teneamur a predicto termino infra mensem sub hac pena, quod dno Aplco 100. raarcas  
argenti, er totidem Curie Romane solve teneamur tociens, quociens ultra mensem idem debitum  
detinuerimus contra voluntatem Epi memorati, et tamen nichilominus ipsi Epo in pretaxato suo debito  
teneamur. Acta sunt hec anno dominice incarnationis 1220. Indictione nona, XIII. Kal. Decembris.  
*Sigillum ablatis adpendet.*

**Num. CCCXLV. 1220. Ex Originali:**

Locatio vitalitia bonorum apud Wisendorf facta Hawordo de Aeutingen erga annum unius librae  
Censum.

In nomine dni amen. Ego Hawardus de Outingen (Eitingen prope Geislhoering) notum fieri volo, quod  
cum dni mei, Capitulum Ratisponense, quedam haberent bona apud Wisendorf, tres videlicet Curias et  
unum molendinum cum pertinentiis suis, cultis et incultis, que dna Elisabet vidua de Stumprehtsdorf  
pro remedio anime sue donaverat eisdem, et quidam miles Henricus de Wihse, et Dietricus  
cognominatus Ygel, et quidam alii eadem bona jure hereditario ad se dicerent pertinere, petivi ab eis,  
quatenus michi illa concederent ad tempus vite mee pro censu unius libre in festo sci Martini

singulis annis persolvende, promittens fide data et Sactamento confirmans, quod ipsa bona infra spatium duorum annorum a dictis H. de Wihse, et D. cognominato Ygel absolverem, sicut et feci. Siqui vero alii ea impeterent, ego justitiam illis coram iudice et iudicio exhiberem, et si necessarium haberem testimonium dnorum meorum de Capitulo super hoc negotio, quod ipsi michi astare deberent, et se pretendere auctores coram iudicio de bonis memoratis, adjiciens, quod post terminum vite mee neque uxor mea, neque filius meus, vel alii liberi mei aliquid juris haberent in ipsis bonis, sed libere atque sine omnium contradictione cum omnibus mobilibus ibidem existentibus, equis, bobus, porcis, ac rebus aliis redirent in predicti Capituli potestatem. Promisi etiam, me bona fide velle providere, ne post obitum meum aliquis meorum de bonis sepedictis se intromittat, de mobilibus ibidem existentibus aliquid diripiat, quoniam ipsa mobilia pro testamento et anime mee remedio, sicut promisi, relinquere teneor, et volo fideliter observare.

Insuper ad hoc me obligavi, si predictus Census in festo Sci Martini non redderetur Capitulo prememorato, et ego super hoc commonitus infra 15. dies postmodum ipsum non persolverem, quod omne jus amitterem in bonis antedictis, et dni mei, Capitulum de illis me consentiente, nec contradicente se intromitterent, et eis de cetero deservirent. Dni vero mei, Capitulum pro dilectione, quam ad me habuerunt, petitioni mee prebentes assensum sepedicta bona michi contulerunt ad tempus vite mee juxta seriem supradictorum tali conditione, quod eis instrumentum de contractu inter ipsos et me facto, Sigillo dni mei Epi, et dni ducis Bawarie, et Comitis de Abensberch, in cujus Comitatu sunt ipsa bona, et Civitatis Ratispon. et meo traderem confirmatum. Unde quia simpliciter et sine fraude cum eis procedere intendo, presentem paginam contractus mei confessionem continentem cum Sigillis predictis et testibus ipsi Capitulo reddidi consignatam. Testes sunt: Gotfridus major prepositus, Chuno decanus, Magr Rupertus scolasticus, Wernhardus de Horbach archidiac. Eberhardas de Abensberch archidiac. Ulricus scriba, Ulricus de Werde archidiac. Chunradus prepositus de Pilstinge, Dietricus de Schonnevelt, Magr Hugo, Ulricus Vicednus, Magr Hermannus archidiac. Albertus plebanus sancti Pauli obellarius, Heinricus de Capella, Gozwinus de porta, Liupoldus Pragarius, Fridericus Stolz, Ortlibus in Haida, Hawardus de Pfaeter, Hawardus de Grüzzinge, Syboto super danubiuin, Rudgerus thelonearius, Hawardus Chastnaer et alii



quam plures. Acta sunt hec anno incarnationis dni 1220. Indict. VIII. Pontificatus dni  
Chunradi Epi anno XVII.

*Tria Sigilla adpendent, Sigillo Comitis de Abensberg avulso.*

**Num. CCCXLVI. Circa annum 1220:**

Conradus Epus Ratisponensis confirmat et innovat statutum Henrici praedecessoris sui anno 1143.  
Coenobio Prülensi circa advocatiam limitatam datum, eoquod novissime Henricus miles de Randeck  
praenominati Coenobii advocatiam a Gebhardo nobili virro, Comite de Chregling jure feudali se  
accepisse asserit, eundemque locum insaetis perturbat vexationibus.

*Mon. Boic. XV. 163.*

**Num. CCCXLVII. 1221. 3. Febr. Ex Originali:**

Commissorium papale vi cujus Comes de Ortenberg satisfaciat Epo Rat, ob damna per suos homines  
bonis Epatus illata.

Honorius Epus servus servorum dei, dilectis filiis... abbati de Walderbac, et ... de Howe, et ... de Garz  
prepositis Ratisponen. et Salzeburgen. dioc. salutem et aplcam ben. Venerabilis frater nr ... Epus  
Ratisponen. sua nobis conquestione monstravit, quod homines nobilis Viri Henrici Comitis de  
Ortenperc Patavien. dioc. diripientes bona Eccle sue dampna ei gravia irrogarunt et irrogant  
incessanter, quos ad satisfaciendum eidem et ad cessandum ab hmoi gravaminibus Comes ipse non  
curat compellere multotiens requisitus; ideoque discretioni vre per aplca scripta mandamus, quatinus  
dictum Comitem moneatis prudenter, et efficaciter inducatis, ut de dampnis ab ejus hominibus ipsi  
Eccle irrogatis eidem satisfieri faciat competenter, et ipsos homines ab ejusdem Ecelie indebita  
vexatione compescat; quod si facere non curaverit, vos homines ipsas ad id monitione premissa per  
Censuram Ecclesiasticam appellatione remota ratione previa compellatis, Quod si non omnes hiis  
exequendis potueritis interesse, duo vrum ea nichilominus exequantur. Dat. Lateran. III. Non.  
Februarii, Pontificatus nri anno quinto.

*Plumbum. Honorius PP. III.*

**Num. CCCXLVIII. 1221. 18. Febr. Ex Originali:**

Commissorium ac mandatum papale, quod Archiepus Salisburg. et fidejussore sui teneantur promissa praestare circa bona ab Epo Rat. Archiepo vendita.

Honorius Epus servus servorum dei. Venerabili fratri ... Eisteteten. Epo, et dilectis filiis ... de Waltsahsen et ... de Hailsbrunne abbatibus Cistercien, ordinis Ratisponen. et Eisteteten. dioc. salutem et aplcam ben. Venerabilis frater nr ... Ratisponen. Epus sua nobis petitione monstravit, se quasdam possessiones jure ad eum hereditario pertinentes venerabili fratri nro ... Salisburgen. Archiepo vendidisse apposita ex parte ipsius Epi certa pena et fidejussoribus datis, si pretium earundem non solveretur terminis constitutis; unde petiit, ut Archiepum ipsum et fidejussores ejus ad observationem prenotati Contractus cogere dignaremur. Quocirca discretioni vre per aplca scripta mandamus, quatinus vocatis, qui fuerint evocandi, et auditis hinc inde propositis, quod justum fuerit appellatione postposita statuatis facientes, quod decreveritis, auctoritate nra firmiter observari. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, tu frater Epe! cum eorum altero ea nichilominus exequaris. Dat. Laleran. XII. Kalend. Martii, Pontificatus nri anno quinto.

*Plumbum. Honorius PP. III.*

**Num. CCCXLIX. 1221. 20. Martii. Ex Originali:**

Confirmatio papalis reddituum, quos Epus Rat. in Parochiis Münster et Pilsiting possidet.

Honorius Epus servus servorum dei, Venerabili fratri ... Ratisponen. Epo salutem et aplcam ben. Justis petentium desideriiis dignum est, nos facilem prebere consensum et Vota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter venerabilis in Xpo frater Epe tuis justis postulationibus grato concurrentes assensu, redditus, quos in Eccliis de Munster et de Pilstingen nosceris obtinere, sicut eos juste possides et quiete, auctoritate tibi apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Dat. Lateran. XLIII. Kal. Aprilis, Pontificatus nri anno quinto.

*Plumbum. Honorius PP. III.*

**Num. CCCL. 1221. 9 Jun:**

Conradus Epus Ratisbon. decidit litem inter abbatem Prüensen, ei plabanum in Perkam ob Capellam sancti Viti, ejusque oblationes ortam, ita, quod abbas sui que Successores ipsam Capellam restaurare debeant in aedificiis, cum necesse fuerit, et clavis Capellae cum areis et aedificiis Coemeterii in ipsorum semper debeat permanere potestate, ita tamen, quod plebanus cum decimis, oblationibus et reliquis ad jus spirituale pertinentibus pacifice haereat et quiete, et officialis abbatis in dedicatione Ecclesiae et in festo sancti Viti de panibus et caseis, qui de duabus Curiis offeruntur ad Capellam, plebano cum tribus vel quatuor personis in sero et in mane procuracionem exhibeat competentem ; praeterea quidquid offertorium ad altare in die sancti Viti, dividatur secundum antiquam consuetudinem. Acta sunt haec anno incarnationis Domini 1231. indictione IX. Datum Ratisponae V. Idus Junii.

*Mon. Boic. XV. 179.*

**Num. CCCLI. 1221. mense Dec.**

Imp. Friderici II. variae Sanctiones contra Civitatum Statuta, contra haereticos circa Libertatem et jura Ecclesiae, circa Navigia etc.

*Ex Copia per Conradum Archiepum Salisburg. 1. Oct. 1294. vidimata.*

Fridericus secundus divina favente clementia Rom. Imperator semper augustus, et Rex Sicilie. Ad decus et decorum christianitatis nichil magis videtur accedere, quam ut expurgatis quorundam erroribus, et iniquis quorundam statutis penitus destitutis de cetero Ecclesia plena quiete vigeat, et secunda gaudeat libertate. Sane adeo infidelium quorundam et perversorum iniquitas habundavit, ut non dubitent, contra aplcam disciplinam et sacros Canones sua Statuta confingere adversus Ecclcas personas et Ecclesie libertatem. Cum ergo Ecclia, que nihil debet propter bonum appetere dispositione faciente divina, nihil velit, quod nobis eodem consensu voluntatum non placeat, hac edictali lege irritamus et precipimus irrita nuntiari omnia Statuta et Consuetudines, que Civitates, vel loca, potestates, consules, vel quecunque alie persone contra libertates Ecclie ac personas Ecclcas edere vel servare temptarunt adversus canonicas vel Imperiales Sanctiones, et ea de Capitularibus suis mandamus infra duos menses post hmoi publicationem Edicti penitus aboleri; et si de cetero similia attemptaverint, ipso jure decernimus esse nulla, et eos sua

Jurisdictione privatos, nec non locum, ubi deinceps talia presumpta fuerint, banno mille marcarum precipimus subjacere, potestates vero, Consules, Rectores, statuarii et scriptores dictorum statutorum, nec non Consilarii locorum ipsorum, et qui secundum statuta vel consuetudines memoratas judicaverint, sint ex tunc ipso jure infames, quorum sententias et actus alias legitimos statuimus aliquatenus non tenere, qui si per annum hujus nre Constitutionis inventi fuerint contemptores, bona eorum per cunctas provincias mandamus inpune ab omnibus occupari, salvo nichilominus aliis penis contra tales in generali Concilio promulgatis. Item nulla Communitas vel persona publica vel privata collectas sive Exactiones, angarias, vel perangarias Ecclis, aliisque piis locis, aut Ecclis personis imponant,<sup>6</sup> aut invadere ecclca bona presumant, quod si fecerint et requisiti ab Ecclia vel Imperio emendare contempserint, triplum refundant, et nihilominus banno Imperiali subjaceant, quod absque satisfactione debita nullatenus remittatur. Statuimus autem, ut nullus Ecclcam personam in criminali questione vel civili trahere ad Judicium seculare presumat contra constitutiones Imperiales, et canonicas Sanctiones; quod si fecerit actor, a jure suo cadat, judicatum non teneat, et Judex sit ex tunc judicandi potestate privatus. Sancimus etiam, ut si qui clericis vel personis Ecclcis justitiam denegare presumpserint, tertio requisiti, suam Jurisdictionem amittant. Porro Catheros, Patarenos, Leonistas, Sporonistas, Arnaldistas circumcisos, et omnes hereticos utriusque sexus, quocunque nomine censeantur, perpetua dampnamus infamia, diffidamus atque bannimus, censentes, ut bona talium confiscentur, nec ad eos ulterius revertantur, ita, quod filii ad Successionem eorum pervenire non possint, cum longe sit gravius, eternam, quam temporalem offendere majestatem. Qui autem inventi fuerint sola suspicione notabiles, nec ad mandatum Ecclie juxta considerationem suspicionis, qualitatemque persone propriam innocentiam congrua purgatione monstraverint, tanquam infames et banniti ab omnibus hebeantur, ita quod si sic per annum permanserint, ex tunc eos sicut hereticos condemnamus. Statuimus etiam hoc Edicto in perpetuum valituro, ut potestates et Consules seu Rectores, quibuscunque fungantur officiis, pro defensione fidei prebent publice juramentum, quod de terris sue Jurisdictioni subjectis universos hereticos ab Ecclia denotatos bona fide pro viribus exterminare studebunt, ita quod amodo, quicumque quis fuerit in potestatem sive perpetuam vel temporalem assumptus, hoc teneatur Capitulum juramento

firmare, alioquin neque pro potestatibus, neque pro Conulibus habeantur, eorumque Sententias decernimus ex tunc irritas et inanes. Si vero dnus temporalis requisitus et amonitus ab Ecclia terram suam purgare neglexerit ab heretica pravitate, post annum a tempore monitionis elapsum, terram ipsius exponimus Catholicis occupandam, qui eam exterminatis hereticis absque ulla Contradictione possideant, et in fidei puritate conservent, salvo jure dni principalis, dummodo super hoc nullum prebeat obstaculum, nec aliquod impedimentum apponat, eadem nihilominus lege servata contra eos, qui non habent dnos principales, credentes preterea, receptatores, defensores et fautores hereticorum bannimus, firmiter statuentes, ut si, postquam quilibet talium fuerit Excommunicatione notatus, satisfacere contempsit infra annum, ex tunc ipso jure sit factus infamis, nec ad publica officia seu consilia, vel ad eligendos aliquos ad hmoi, nec ad testimonium admittatur, sic etiam intestabilis, ut nec testamenti liberam habeat factionem, nec ad hereditatis successionem accedat. Nullus preterea ei super quocunque negotio, sed ipse alii respondere cogatur: quod si forte judex extiterit, ejus Sententia nullam obtineat firmitatem, nec cause alicue ad ejus audientiam proferantur; si fuerit advocatus, ejus patrocinium nullatenus admittatur: si tabellio, Instrumenta confecta per ipsum nullius penitus sint momenti. Navigia quocunque locorum pervenerint, si quo Casu contingente rupta fuerint vel alias ad terram perveniant, tam navigia ipsa, quam navigantium bona illis integre reserventur, ad quos spectabant, antequam navigium hmoi periculum incurrisset, sublata penitus omni Consuetudine locorum, que huic adversantur Sanctioni, nec alia sint navigia, que piraticam exerceant, aut sint nobis vel christiano nomini inimica. Item quecunque Communitas vel persona per annum in Excommunicatione propter libertatem Ecclie violatam persistit, ipso jure banno Imperiali subjaceat, a quo nullatenus extrahatur, nec prius ab Ecclia beneficio absolutionis obtento. Transgressores autem hujus nre Constitutionis bonorum publicatione mulcentur, et si res exegerit, eorum audacia juxta mandatum nrum modis aliis compescatur. Omnes peregrini et advene libere hospitentur, ubi voluerint, et hospitati si testari voluerint de rebus suis, ordinandi liberam habeant facultatem, quorum Ordinatio inconcussa servetur. Si vero intestati decesserint, ad hospitem nihil perveniat, sed bona eorum per manus Epi loci tradantur si fieri potest heredibus, vel in pias causas erogentur; hospes vero, si aliquid de bonis talium contra hanc nram Constitutionem habuerit,

triplum Epo restituat, quibus visum fuerit assignandum non obstante Statuto aliquo aut Consuetudine, seu etiam privilegio, que hactenus contrarium inducebant. Si qui autem contra presumpserint, eis de rebus suis testandi interdiciamus facultatem, ut in eo puniantur, in quo deliquerunt, alias prout culpe qualitas exegerit puniendi. Agricultores et circa rem rusticam occupati, dum Villis insident, dum agros colunt, securi sint quacunq̄ parte terrarum, ita ut nullus inveniatur tam audax, ut personas, boves, agrorum instrumenta, aut siquid aliud sit, quod ad operam rusticam pertineat, invadere, capere aut violenter auferre presumat. Siquis autem statutum hmoi ausu temerario violare presumpserit, in quadruplum ablata restituat, et infamie notam ipso jure incurrat, Imperiali animadversione nihilominus puniendus. Dat. anno dominice incarnationis 1221. mense Decembris, Indictionis none.

**Num. CCCLII. 1221. Ex Originali:**

Promissum Ekeberti de Ekmül advocati Capituli Cathedr. Rat. quod in posterum bona et homines Capituli non molestabit.

In nomine domini amen Per Capitulum Ratisponense notum sit omnibus presentem paginam inspecturis, quod cum dnus Ekebert dapifer de Eckenmül excommunicatus fuerat pro diversis et injustis exactionibus et angariis, quas exercere consueverat pro voluntatis sue impetu in bona et in homines nostre Ecclesie, quorum est advocatus, sub forma subscripte compositionis obtinuit, ab Excommunicationis Vinculo enodari; astrinxit enim se data fide in manu dni Chunradi decani nri vice Sacramenti, sicut ante in manu dni Golfridi prepositi nri, ut deinceps preter servicium sibi ratione advocatie ex antiquo jure et approbata consuetudine institutum de unaquaque Curia villicali nre Eccleie nullo anno plus exigat, quam Scaffam tritici, et de unaquaque huba non plus, quam modium siliginis, qui modius in vulgari Hofmute consuevit generaliter appellare. Promisit similiter, quod nullum auxilium in equis vel curribus a nris bonis et hominibus exigat, si eum contigerit, in Expeditionem aliquam proficisci, et ratione tabernarum nostrarum in Oelntheim et in Illenchoven, quia legitime sunt et ex antiquo tempore approbate, exigere nichil debet, de quibus inceperat duo integra boum corpora, sed tamen sine pellibus extorquere. Siquis tamen ibidem alia uti taberna voluerit,

siquid ratione illius ab ipso exegerit, in hoc contra suum non faciet laudamentum. Obligavit se insuper, quod de nullis bonis nris et hominibus postulet messorum vel fossorum ad vallandum Castra sua, vel ullos alios operarios ad resecandum vel colligendum fenum, ad arandum agros, ad excutiendum sive triturandum fruges, vel ad faciendas sepes, vel ad ullum opus suum, quocumque nomine nuncupetur, nisi quis velit de voluntate propria operari. Item in homines nros non institutos in huba vel Curia excellenda penitus nullum jus assumere sibi debet. Item in Oelntheim et Illenchoven nullo anno plures procuraciones dictas in vulgari Nahtselde, quam sex debet exigere, ita quod utrobique tantum tres, pro quibus, si placuerit sibi habere denarios, pro unaquaque procuracione plus talento dimidio non habebit. Si vero pro utilitate nra prepositum ipsum ad bona nra venire et in eis prandere vel per noctem manere contigerit, nequaquam venire debet cum pluribus, quam tribus vel quatuor equitaturis, totidemque personis, et in nulla Exactione et angaria debet homines molestare. In confirmationem et testimonium compositionis premissae et laudamenti a dno Ekeberto predicto prestiti, suum ille Sigillum simul cum nro pagine presenti apposuit, testibus pariter annotatis. Testes sunt dnus Chunradus decanus, Eberhardus vicednus, Magr Hugo, Ulricus de Talmaizze, Chunradus de Veltkirchen, Heinricus Semann, Alhardus de Hütte, Gelpfradus Capellanus dni Epi, Gozwinus de porta, dnus Chunradus de Chirchperch, Ulricus Cancellarius, Albertus obellarius, Magr Johannes, Magr Siboto, Chunradus de Lauterhoven, Heinricus de Lerchenvelt, Perhtoldus de Oberndorf, Ekebertus de Ekenmül, Heinricus Schevelinus, Heinricus Lurtze, Heinricus Rohe et alii quam plures. Acta sunt hec anno incarnationis domini 1221.

*Duo Sigilla appendent: Secundum habet Circumscriptionem: † S. Ekeperti dapiferi. de Hailspere.*

**Num. CCCLIII. 1223. 11. Decembris. Ex Diplomatario:**

Ulricus et Poppo de Geltolfing recuntiant praedio in Talmassing ab ipsis impetito. In nomine sancte et individue Trinitatis amen. Chunradus dei gracia Ratisponensis Ecclesie Episcopus omnibus in perpetuum. Tractatibus auctoritate nostra confirmandis provisum contra oblivionis

errorem et hominum calumpnias, scriptis eos tanto lucidius commendatos exponimus, ut ea illis contra presentes tutamen et contra posterios sint cautela. Igitur cum venerab. in Xpo frater Rapoto abbas et conventus Ecclesie Prulensis predium quoddam in Talmaezingen emissent apud honestum militem Ekebertum de Ekenmul dapiferum ducis Bawarie, sororii ejusdem. Ulricus et Poppo fratres de Geltolvingen impetere ceperunt eos pretexto hereditatis materne, asserentes, quod mater ipsorum juri, quod in eodem predio habebat, nunquam renunciasset, et ex hoc ipso constaret, eos in eodem predio jus habere. Predicti vero abbas et conventus fugientes lites, licet renunciatio probari potuisset et licet dictus Ekebertus abbatem et conventum et eorum Ecclesiam eximere debuisset et potuisset a predictorum fratrum impetitione, tamen eligentes minus malum fore, pacem abquanta pecunia comparare, quam litigando per expensas et alias lesiones majora dampna incurrere, prenominitis fratribus de Geltolvingen dederunt XVII. libras denar. et ipsi versa vice remmciaverunt omni juri, quod habebant vel habere se putabant in predio pretaxato. Acta sunt autem hec publice coram, nobis et illustri Palatino Rheni, duce Bawarie Ludowico in placito ejusdem Niwenhusen anno incarnationis dominice MCCXXIII. Indict. XI. et ut rata permaneant in perpetuum nullius unquam perturbanda dolo aut violentia, presens scriptum inde confectum Sigillis nostro et Ducis predicti et subnotacione testium fecimus muniri. Testes autem hii sunt, Clerici: Ulricus Vicedominus, Heinricus de Lerchenvelt Canonici Ecclesie nostre, Rudiger de Ufhusen Canonicus vet. Capelle, Haertwicus Schükel Canonicus sancti Johannis, Chunradus Metzinger. Laicis: Kalhohus Comes de Kirchperc, Comes Otto de Mosen, Henricus de lapide, Ratoldus de Perge, Poppo de Geltolvingen, Ekebertus dapifer de Ekenmul, Cbunradus de Schroteshoven, Karolus de Egelolvesbeim, Eberhardus de Turtenvelt, Eberhardus de Kirhpach, Fridericus cellerarius de Stouffe, Gebehardus Groul, Henricus Scheffel, Chunradus de Schirlingen et alii quam plures. Dat. Ratispone III. Id. Decembris.



**Num. CCCLIV. Circa annum 1228. Ex Originali.**

Epus Passav. confirmat Commutationem inter Epum Ratisbon. et suum Capitulum de Parochia Pechlarn factam.

In nomine dni amen. Gebehardus dei gra Pataviensis Eccleie Epus, et universum ejusdem Eccleie Capitulum omnibus in perpetuum. Cum Ecclesia Pechlarn ad Capitulum Ratisponense cum jure patronatus, quod eidem bone memorie Conradus Ratisponen. Epus contulit, et concessione Predecessorum nrorum Eccleie Patav. Eporum sic hactenus pertinuit, ut perpetuum Vicarium ad eam a nobis confirmandum presentet, parte reddituum competente eidem relicta, reliquis ad cultum Vinearum ejusdem Capituli vel in alios usus pro sua Voluntate convertendis, postulatum a nobis, quatenus idem jus in dnum suum Conradum Epum Ratisponen. Consanguineum nrum et in Successores commutatione canonice translatum in Ecclesia prenotata eidem Epo suisque Successoribus nri Consensus et Concessionis auctoritate perpetualiter confirmaremus. Quia igitur justis petentium desideriis promptum prebere nos condecet assensum, petitioni dicti Capituli annuentes dictam Ecclesiam venerabili in Xpo fratri Chunrado Epo Ratispon. Consanguineo nro suisque Successoribus sub tenore predicto concedimus et confirmamus ita videlicet, ut perpetuo Vicario ad ejus vel Successorum suorum presentationem a nobis vel nris Successoribus instituto portionem relinquat de redditibus Eccleie, quantum viderit expedire, ordinavimus de residuis, quod Epli mense utile visum fuerit et honestum. Et ut hujus Concessionis rata maneat Confirmatio, Sigillorum nrorum corroboravimus impressione, Testes autem sunt hii: Kalhohus archidiaconus, Hainricus Scolasticus, Sifridus Weiso Archidiaconus et Eberhardus de Johannsdorf.

*Duo Sigilla Epi, et Capituli sui cum S, Stephano laesa adpendent.*

**Num. CCCLV. 1224. 18. Februarii. Ex Diplomatario:**

Conradus Epus Rat. promittit Duci Bavariae, quod advocatiam, quam Feudis Comitis de Dornberg ipsis nuper collatis detraxerat, alio feudo compensare velit.

In nomine domini amen. Chunradus dei gracia Ratisponensis Epus omnibus in perpetuum. Cum ex quodam promisso Duci Bawarie conferendum esset feodum unum, et Epus Ratisponensis, qui-

cunque tunc temporis, quando idem beneficium inciperet vacare, presideret, ad id teneretur, et nos Ecclesiam nostram ab illo promisso absolvissemus per beneficium Eberhardi, Comitis de Dornberch; advocatiam, que Kastvogtai dicitur, que erat de eodem feodo, excepimus, illam Duci recompensaturi per feodum, quod vacare ceperit, ad estimationem 20 tt. quarum 10 sint absoluti redditus, 10 vero infeodate, quod vulgo sonat Mannlehen, hoc autem temporibus nris faciendum relinquendum gratie nre. Si vero temporibus nris factum non fuerit, Successorem nrum ad idem exequendum teneri per scriptum presens profitemur. Adjectum est autem, si feodum idem Duci conferendum estimationem 20 tt. excesserit, quod Dux pro eodem excremento faciet, quicquid Consilarii tam ex parte Epi, quam Ducis ad hoc vocati consuluerint faciendum. Acta sunt hec anno incarnationis domiui 1224. Indictione XII. 12. Kalendas Marcii, dato eo-deru incamatiojais anno.

**Num. CCCLVI. 1224. 28. Martii. Ex Originali:**

Donatio Castrorum conditionate facta a Duce Bavariae Ludovico Ecclesiae Ratisbonensi.

In nomine sancte et individue Trinitatis amen. Lodwicus dei gra Palatinus Comes Reni, dux Bawarie omnibus in perpetuum. Profitemur per scriptum presens, quod nos quandoque in remedium anime nre atque ad placandum Ecclesiam Ratisponen. quam sepius offenderamus, donavimus eidem in altera parte danubii Castrum Khelheim, et Liutoldum cum pueris et familia cum omni posteritate, Castrum Lengenvelt, Castrum Stouff, Castrum Steveningen, Castrum Wolferingen, Castrum Parsperch, Castrum Durchelnburg: ex ista vero parte danubii Castrum Landeshut cum omnibus ministerialibus et redditibus ipsis attinentibus et tota familia cum omni jure proprietatis, si sine prole legitima decederemus, possidenda. Promittebatur quoque tunc nobis e converso de parte Ecclesie Ratisponensis, quod Epus, quicumque tunc ei pro tempore presideret, nobis conferret in feodo beneficium principis, quod proxime post donationem istam vacare inciperet, exceptis tribus, scilicet beneficio dni regis, et beneficio advocatie majoris Eccleie Ratispon. et beneficio Comitis de Hohenburch Nunc autem dominus et consanguineus noster dilectus Chunradus Ratispon. Epus recognoscens,

in quo nobis ex eodem promisso teneretur, se et Ecclesiam suam absolvit, beneficium Eberhardi Comitis de Dornberch, advocatiam videlicet super Velden et super bonis Canonorum Ecclesie sue, excepta advocatia, que Kastvogtey dicitur, que fuit de eodem feudo, nobis feodaliter conferendo, eo benignius ac cum pleniori benivolentia id faciens, quod confisus est de nobis, ut pro tuendis eisdem bonis jus nostrum clemens moderantia comitetur. Igitur in recognitionem tanti honoris et profectus a dno nro et Consanguineo predicto Epo Chunrado, suaque Ecclia nobis nunc exhibiti donationem de bonis prenotatis prius factam innovavimus et protestati sumus, procurantes et efficientes, quod et filius noster Otto eadem bona donavit super aram beati Petri sub forma prescripta, sub qua et nos ea prius sibi donaveramus hoc adjecto, si dictus filius noster heredes habuerit, et illi forte sine herede vel heredibus decesserint, quod dicta bona ad proprietatem Ratisponen. Eccleie devolvantur. In robur autem et testimonium ejus, quod Ecclia Ratispon. a promisso illo est absoluta, et quod in nullo feudo nobis tenetur, preter recompensationem feodi, quod exceptit, Kastvogtey videlicet, quam nobis recompensare tenetur, beneficio estimationis XX. librarum, X. urbor. X. Verliheng, et in robur donationis nre ac filii nri presentem paginam inde conscriptam Sigillis, nro videlicet et filii nri Ottonis, et subnotatione testium, qui interfuerunt, fecimus communiri. Testes autem sunt hii: Clerici, Eberhard de Abensperch archidyaconus, Hermannus Scolasticus, Ulricus de Sala custos et Vicednus, Theodericus de Schönvelt, Albertus obellarius, Gelfradus, Eberhardus de Russingen, Chunradus de Taufkirchen, Chunradus de Velchirchen, Hainricus de Lerchenvelt, Magr Johannes, Kalhohus de Hove Canonici Ratisponenses; Laici vero, Perhtoltus Comes de Liubenoe, fratres Comites de Mospurch, Kalhohus Comes de Kirchperch, Hainricus de Starcholshoven, Hoholdus de Woltmoutsa, Ratoldus de Perge, Wallarius, Liutoldus uz der Ouue, Ulricus Marscalcus de Srovenhusen, Ekkebertus de Ekkenmul, Ulricus Kof, Otto Fuz, Heinricus Tieme, Conradus de Hohenvels, Haw arduus de Oetingen, Gozwinus apud portam Ratispon., Reimarus de Prennenberch, Hermannus de Lihtenberch, Ulricus de Geltolfingen, Wirin de Helfenberch, Hainricus unter den Walhen, Chunradus de Zeizhoven, Hainricus de Wihs, Heidenricus dapifer, Fridericus de Perge, Harpreht de Aheim, Gotfridus Pockel, Magens de Lihtenberch, Chuno de Bernberch, Leutwin apud Cappellam, Engelbertus Zuf, Gebehardus de Lanzingen, Chunradus Mülnaer,

Heinricus de Klammenstein, Rudiger Grans, Albertus de Kuniswart, Hainricus Klafsinke et alii  
 quam plures. Acta sunt hec anno Incarnationis domini 1224. Indictione duodecima, XII. Kal. Marcii.  
 Datum eodem incarnationis anno aput Stroubingen V. Kal. Aprilis.

*Duo Sigilla equestria adpendent integra.*

**Num. CCCLVII. 1224. 23. Maii. Ex Originali:**

Exemptio a theloneo hominibus Epi Rat. ex territorio Pechlarn a Duce Austriae erga annum Censum  
 concessa.

In nomine dni amen. Liupoldus dei gra Dux Austrie ac Styrie, omnibus in perpetuum. Cum consuetum  
 foret et sit, in Villa, que dicitur Medelicum, ab universis ibidem ementibus et vendentibus, sive  
 undecimque venientibus et ibidem mercandi proposito transeuntibus vectigalia sive thelonea, que  
 vulgo Zol et Moutte nuncupantur, exigi et persolvi, ob reverentiam et dilectionem dni et consanguinei  
 nri Chunradi Ratisponen. Epi hominibus Eccle sue universis predio et territorio Bechelarn attinentibus  
 fecimus hanc gratiam, ut nobis sive officialibus nris in Medelico coustitutis annuatim solvant duas  
 libras monete Wiennensis in die sci Cholomanni aut postea infra 14. dies proxime sequentes, et  
 deinceps semper et in perpetuum ibidem emant et vendant, transeant, veniant et redeant libere ac quiete  
 sine omni exactione, aut solutione vectigalis, thelonei, aut tributi. Hec autem tantum de parte nra  
 dicimus, jura abbatis ejusdem loci excludentes. Ut autem hec gratia nra sive Constitutio Eccle  
 Ratisponen. et suis hominibus predistinctis a nobis et nris heredibus atque Successoribus et iudicibus  
 predicti loci servetur illibata, ipsam presenti scripto et Sigillo nro perpetuavimus, in perpetuum  
 duraturam. Acta sunt hec anno dominice Incarnationis 1224. Indictione XII. Dat. Wiene X. Kal. Junii.  
*Adpendet Sigillum Ducis equestre illaesum.*

**Num. CCCLVIII. 1234. 13. Oct. Ex Diplomatario:**

Ulricus miles de Oppersdorf donat Parochiae Heimsacker Vineam, quae vendita fuit domui Teuton.  
Ratisbonae.

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Conradus dei gra Ratispoa. Epus omnibus in perpetuum. Cum brevis sit etas hominum et labilis memoria, ipsa scriptorum egent subsidio, per que memorie presentium ac notitie futurorum commendentur acta utilia et honesta. Cum igitur Ulricus miles felicis memorie de Operchtesdorf moriens Vineam quandam jacentem in Operchtesdorf suam, quidem propriam, sed obligatam pro 12 tt. denar. in remedium anime sue nomine testamenti donasset Ecclesie parochiali Heimesaker et Sanctis ibidem in domino quiescentibus, ita, ut plebanus ejusdem Ecclesie, quicumque ille foret, cui facultas suppeteret, eam redimeret ad Ecclesie sue usus. Bernhardus plebanus dicti loci, cum non haberet, unde Vineam eandem redimeret, taxans ut vir prudens, minus utiliter aliquid sine fructu possidere, de bona voluntate ac consensu nostro et Conradi prepositi de Pilstingen patroni ejusdem Ecclesie, ac totius Capituli Ecclesie nostre vendidit eam domui Teutonicorum, que attribuitur beate Virgini sancte Marie, emente ipsam nomine dicte domus Heinrico confratre ipsius dicto de Wildenouue, qui tunc temporis prefuit Capelle sancti Egidii Ratispone; emente dicimus pro 16 tt denar. Ratispon. monete, quarum 12 cedere debebant in redemptionem Vince, quatuor vero residue dicto plebano in amminiculum Vinee cujusdam, quam ipse plantaverat in agro memorate sue Ecclesie, vinee videlicet percolende ad usus ejusdem Ecclesie eique presidentium in recompensationem Vinee vendite, ut est dictum, Ut ergo eadem coemptio rata permaneat in perpetuum et inviolabilis ex oblivione aut etatum Successibus, presmtem paginam inde conscribi fecimus, eamque Sigillis, nostro videlicet et Chori nostri ac subnotatione testium communiri Testes sunt: Rupertus decanus, Conradus prepositus de Pilstingen, Ulricus custos et Vicedominus, Albertus obellarius, Conradus de Tufkirchen, Ulricus de Talmaezzingen, Alhardus de Hütte, Heinricus de ponte Judeorum et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice Incarnationis 1224. Indictione XII. Datum eodem anno, III. Idus Octobris.

**Num. CCCLIX. 1224. 20. Nov. Ex Originali:**

Conradus Epus Ratisbon. incorporat Collegiatae ad veterem Capellam Ecclesiam parochialem S.  
Cassiani Ratisbonae.

In nomine sce et individue Trinitatis amen. Chunradus dei gra Ratisponen. Ecclesie Episcopus omnibus in perpetuum. Consideraturi status Ecclesiarum nos respicientium ex officio nobis injuncto, colletari quidem tenemur eis, que statui per dei gratiam gaudent bono, compati autem oppressis et quassatis in adversitatibus, easque, quantum dnus concesserit, intendere succursui et quieti. Sic utique conspicientes Ecclesiam sce Marie Ratispon. dictam vulgariter antiquam Capellam ex frequentibus turbationibus provinciarum et temporum, et ex adversitatibus provisorum suorum, et litibus gravibus et innumeris declinare in rerum necessariorum penuria, et statum ejus tranquillum et honestum vergere ad occasum consuete libertatis et habundantie: Vacante nostris temporibus Ecclesia sci Cassiani, que est parochialis Ecclesia dicte veteris Capelle, in qua Conventus ejusdem Capelle veteris jus presentandi habet, miserti fuerimus ac dolentes, si sub nobis desolari eam continget, in succursum subsistentie ipsius dictam Ecclesiam parochialem sci Cassiani cum pleno jure omnium attinentium et accidentium ipsi ac Conventui fratrum Canonicorum deo in ipsa servientium de consilio et assensu dnorum Canonicorum de Choro nostro donavimus propter reverentiam beate Virginis Marie, gloriosissime dei genitricis, ut singulis diebus sabbatorum ab octava Pentecostes usque ad adventum dni, quando plenum officium proprium et speciale non obstiterit, ibidem ejus commemoratio in Vesperis precedentis diei, ac horis canonicis, et missarum officiis a Conventu in Choro solempniter celebretur, et dies anniversarii nostri ac progenitorum nostrorum, patris videlicet et matris agantur a confratribus annuatim. Ne autem error super procuratione sacerdotis eujuslibet in Ecclesia sci Cassiani instituti et instituendi, et distributione temporalium inter confratres oboriri valeat, hoc modo singula duximus distinguenda, ac distincta confirmanda, ne aliquorum malitia vel levitate in deterius immutentur. Sacerdos confrater et Canonicus veteris Capelle nobis vel Successoribus nostris Episcopis ad Ecclesiam sci Cassiani vacantem a Conventu veteris Capelle presentatus Curam animarum recipiet, et annuatim solvet Conventui octo libras denar. Ratispon. monete, gaudens de residuis ejusdem Ecclesie attinentiis pleno jure; jurabit autem idem Sacerdos, quod, pretaxatas 8. libras

solvat annuatim statutis terminis, quatuor videlicet in festo sci Jacobi, et quatuor in festo sci Michahelis, hanc formam in juramento exprimens, quod si pensionem eandem non solvit, sicut predistinctum est, Ecclesia vacet Conventui, et ipse quoque ut periurus dampnetur, debitor nichilominus retentorum. Predicta vero pensio assignata uni Confratrum, quem Conventus ad hoc deputavit, sic distribuetur inter fratres, cuilibet eorum presenti, singulis diebus sabbatorum ab octava Pentecostes usque ad adventum dni tres denarii, quibus denariis per totum tempus pretaxatum simul computatis, quod supererit usque ad perfectionem totalis Summe, videlicet 8 librarum tripartitum equaliter secundum tres anniversarios inter fratres presentes dividetur tempore, quo singuli anniversarii peragentur. Sane ne forte cessante consolatione cesset devotio, statuimus et sub intimatione tremendi iudicii inhibemus, ne memorata pensio propter aliquam necessitatem quantumcunque grandem convertatur ad aliquod negotium aliud, quam ad quod in scripto presenti est superfus deputata. Igitur ne hoc nostrum salubre statutum sive donum a quoquam Successorum nostrorum, vel quocunque alio revocari aut minui, aut in deterius immutari queat aut debeat, presens inde scriptum confectum impressione Sigillorum, nostri videlicet et Chori nostri fecimus communiri. Acta sunt hec anno dominice incarnationis 1224. Indictione XII. Datum Ratispone XII. Kal. Decembris.

*Duo Sigilla Epi, et sui Capituli adptndent.*

**Num. CCCLX. 1224. 20 Dec.**

Conradus Epus Ratisbon. incorporat Monasterio Rott ad Oenum a suis progenitoribus fundato, florenti quondam in religione, ac in necessariis competenter abundant, nunc autem ex turbatione temporum et malitia hominum fere usque ad eversionem attenuato Parochiam Koetzting; et Sacerdos ad hanc Parochiam praesentatus Monasterio annuatim inde solvat pensionem secundum loci et temporis qualitatem.

In robur autem hujus nostre donationis, ne quis eam in posterum infirmare vel retractare possit vel debeat, presentem inde paginam conscribi fecimus, eamque Sigillis nostro et Chori nostri, et subnotatione nominum eorum, qui interfuerunt, more solito communi-

ri. — — Acta sunt hec anno Incarnationis Domini 1224. Indict XII. Dat. Ratispone eodem Incarnationis anno, XIII.. Kalend. Januarii.  
*Mon. Boic.I. 307.*

**Num. CCCLXI. 1225. 5. Martii. Ex Diplomatario:**

Concessio vitalitia hubae in Weichs factaConrado de Weichs.

In nomine domini amen. Chunradus dei gratia Ratispon Epus. Notum sit universis presens scriptum recitari audientibus, quod ven. in Xpo frater Rapoto abbas de Prul cum consensu conventus sui hubam in Wihs, dictam Künigshube concessit coram nobis Chunrado ministeriali nostro de Wihs ad censum denominatum, dimidium videlicet talentum anniatim inde solvendum in die sci Emmerami. Concessit quippe ad terminum vite sue sub tali conditione, si videlicet in praefato die sci Emmerami predictum censum non solverit, huba vacet Ecclesie Prulensi sine qualibet difficultate. Hujus rei testes sunt: Goezwinus apud portam, Heinricus inter latinos, Heinricus Sinwel, Goezwinus bi der Wer, Heinricus Kroeningaer, Heinricus Vohentalaer, Rudigerus de Wihenloh, Chunradus de Tiufenbrunne, Heinricus camerarius et alii quam plures. Acla sunt hec anno incarnationis domini 1224. Indict. XII. Datum autem anno incarnationis domini 1225. Indict. XIII. Tertio Nonas Martii.

**Num. CCCLXII. 1226. Ex Originali:**

Conradus Epus Rat. concedit Monasteriis inferiori et superiori bona sua in Haselbach, et Ecclesiae S. Pauli partem Curiae in Sünching.

Chunradus dei gra Eccle Ratisponen. Epus, omnibus in perpetuum. Quia que aguntur in tempore, labuntur cum tempore, et cum pereuntibus pereunt, nisi scriptis et testibus confirmentur; hinc cum pro honestate et utilitate Eccle nre causa fuerimus multarum et magnarum expensarum Ecclesiarum superioris et inferioris monasterii, in recompensationem qualemcunque illis dedimus bona nostra in Haseibach, que pro 60 libris emimus, ad oblationes dnarum deo



inibi famulantium, ita, ut abbatisse utrique cedant 60 den. tanquam matrifamilias, reliqua dentur dnabus, et ipse celebrent nrum anniversarium annuatim cum debita devotione. Idem statuimus in Eccli sci Pauli, cui dedimus partem Curie in Sünchingen, ut pari privilegio gaudeat et consolatione. Ut autem hec nra Constitucio rata permaneat, nec ab aliquo possit et debeat irritari, scriptis nris et Sigillo, et subscriptione testium roboramus. Testes sunt: Gotfridus major prepositus, Magister Rubertus major decanus, Ulricus de Werde archidiaconus, Ulricus Vicednus, Gelpfradus Canonicus, dnus Chunradus de Hohenvels, dnus Gozwinus juxta portam, Reimarus de Prennberc dapifer, Hainricus inter latinos et alii quam plures. Acta sunt anno dni 1226. Indictione XIV.

*Sigillum Epi adpendet.*

**Num. CCCLXIII. 1226. Ex Originali:**

Ordinatio Epi Conradi de dominio super hospitale S. Joannis Ratisbon.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Chunradus dei gra Ecclesie Ratisponen. Epus, omnibus in perpetuum. Ubicunque ab Epis ad honorem dei aliqua ordinantur, ne in oblivionem veniant hmoi ordinationes, nedessarium est, eas scripture testimonio confirmari. Noverint igitur universi presentem paginam inspecturi, quod nos Hospitale sci Johannis nostre Civitatis in pontis pede situm ordinamus et esse volumus semper in potestate dominorum nostrorum de Choro Canonicorum, ita tamen, quod principalem in eo semper potestatem habeat quilibet Successor noster Epus Ratisponensis. Precipimus etiam, quod semper respectus habeatur dispensacionis circa idem Hospitale ad pauperes per quatuor Canonicos majoris Ecclie, et totidem Laicos; Canonicos, scilicet majorem prepositum, majorem decanum, custodem, et majorem plebanum, quicumque fuerint pro tempore in iisdem officiis substituti; Laicos vero ad presens ibi ordinamus dnum Gozwinum juxta portam, Ainwicum et Utonem in foro Burgenses, Hartwartum Kastenaer: et si contingat, unum eorundem discedere, septem residui octavum de communi consensu sibi eligant adiutorem. Statuimus eciam, quod idem Hospitale a dominio Canonicorum majoris Ecclie nunquam alienetur, sed semper ad eam spectet, et pascantur ibi semper ad minus centum pauperes, exceptis

his, qui officiis presunt. Si autem contingat, locum in divitiis augmentari, augmentetur et numerus pauperum in eodem loco juxta discretionem personarum, ad quas respicit idem locus. Volumus quoque ad habundantem cautelam, ut ipsum Hospitale pari modo sit sub dominio Ratisponensium Burgensium, ita, ut semper dicatur Hospitale Ratisponensium Civium, ut, si quisquam illud alienare vellet ab Ecclia Ratisponensi, omnes potestatem habeant contradicendi. Ut autem hec constitutio nra firma esse debeat, nec ab aliquo Successore nro aliave persona possit in irritum revocari, presentem paginam nri appensione Sigilli et Chori majoris Ecclie, ac Civium Sigillis, testiumque subscriptione duximus confirmandam. Testes sunt Gotfridus major prepositus, Magr Rupertus major decanus, Ulricus de Werde archidiaconus, Ulricus Vicedominus, Hermannus Scolasticus, Gelphradus, Gozwinus juxta portam et Wernto filius suus, Otto de Cheveringe, Luitpoldus Pragaer, Gozwinus bi der Were, Karolus Grans, Karolus telonearius, Engilbertus Ruffe, Hawardus Castenaer, Fridericus cellerarius, Eberhardus de Schönaiche et alii quam plures. Acta sunt hec anno ab Incarnacione domini nri Ihu Xpi 1226. Indictione XIII. Ratispone.

*Tria Sigilla adpendent.*

**Num. CCCLXIV. 1226. Ex Originali:**

Conradus Epus Rat. recipit fratres minores, eisque concedit Capellam S. Salvatoris.

Chunradus dei gra Ratisponen. Ecclie Epus. Volentes animarum providere saluti, vocatos ad nos viros bonos, qui dicuntur fratres minores, quorum vita sanctitatem redolet et mores honestatem, a quibus etiam verbum dei seminatum eo amplius edificat ad correctionem hominum, quanto evidentius hoc ipsum affirmant eorum actiones, quod docere solent ex injuncto sibi officio predicantes, locavimus ad Capellam S. Salvatoris, que jure fundi spectare dinoscitur ad Eccliam S. Joannis Baptiste, ut ibi divinis vacantes obsequiis, predicantes etiam fructuosum Domino prestant famulatum. Ordinavimus autem mansionem eorundem bonorum fratrum in area vicina dicte Capelle, et eidem attinente, in domo sumptibus nostris edificata, ubi Wernherus Ecclie S. Johannis Canonicus, tunc ejusdem Capelle possessor legitimus, aliam domum prius edificaverat, quam Ecclesie predicte S. Joannis pro remedio anime sue tradiderat sub hac forma memorande traditionis, videlicet ut eandem domum quilibet in Capella ejus Suc-

cessor ad opus suum de cetero possideret, eamque vetustate collapsam repararet, solviturus etiam ex ea annuatim in festo beate Katharine V. et M. 60 den. Concanonicis suis festum ipsius beatissime Virginis devote celebrantibus distribuendos. Pro cujus domus et aree recompensatione nos de consilio et bona voluntate Capituli nri donavimus eisdem Canonicis libram unam denariorum solvendam de Ecclesia nostra in Pondorf a Sacerdote, qui nunc preest, et a quolibet, qui in futurum preerit illi Ecclesie, sive vice aut nomine procuratoris, aut perpetui Vicarii jure, aut etiam legitimi pastoris; nec ulla difficultas obstet, aut dilatio, aut prepediens occasio, que possit aut debeat predictae pecunie solutionem singulis annis in festo B. Emmerami de cetero retardare, aut ejus eventui contraire. Nec hoc pretermitti debet a Canonicis, quin annua prenominata solempnitatis executio, sicut preordinata fuerat, de prioris domus pensione ita semper ordinetur de ipsius recompensatione. Concessimus etiam ex gratia nostra ipsis Canonicis, ut de cetero semper habeant ad supplementum suarum prebendarum dotem ipsius Ecclesie, agros quosdam in Villa Altha, unde solvitur annuatim dimidia libra denar. cujus tamen quietam possessionem, et antedictae libre singulis annis perceptionem prenominatus Wernherus, quamdiu vixerit, habebit, sed post mortem ejus cedet ad usus universitatis. Idem etiam tunc agent anniversarium depositionis nre diem Vigiliarum exequiis et Missarum. Si vero fratres minores in eodem loco constitutos aliquo casu emergente abire contigerit, Capella cum attinentiis omnibus ad caput ordinis ejusdem nichilominus respiciet, quamdiu durabit, ut nichil in ejus prejudicium ordinetur, donec totus cessaverit, aut illam noluerint habere Capellam: tunc primum Capella cum suis attinentiis ad Ecclesiam S. Joannis redibit. Attamen libra semper dabitur Canonicis annuatim in termino supra memorato. Ut autem hec Institutio firma semper permaneat, presentem paginam scribi fecimus, nostri Sigilli appositione confirmatam et Sigillo Capituli majoris Ecclesie, cum testibus subnotatis. Testes sunt Gotfridus prepositus majoris Ecclesie, Magr Rudpertus decanus, Ulricus Vicednus, Magr Hermannus Scolasticus, Ulricus de Werd archidiaconus. Eberhardus Comes de Abensberg archidiaconus. Dietricus de Schönenvelt, Ulricus de Talmaezzing, Gelpfradus, Chunradus de Veltkirchen, Chunradus de Tayskirchen, Magr Chunradus de Chirchberch, Albardus de Hütte, Heinricus de Lerchenvelt, Hermannus de Swindesbach. Actum anno dominice Incarnationis 1226. Indictione XIV.

*Duo Sigilla integra adpendent.*

**Num. CCCLXV. 1226. Ex Originali:**

Conradus Epus suo Capitulo donat Vineas et agros, et loco Parochiae Pechlarn ipsi concedit Parochiam  
Altheim:

In nomine sancte et individue Trinitatis amen. Chunradus dei gra Epus Ecclesie Ratispon. omnibus in perpetuum. Cum unusquisque dignitatem habens Episcopalem, ex suo teneatur officio Ecclesias sibi commissas quantum potest promovere, ad illius tamen, ubi Sedes est Episcopalis, tanquam ad specialis filie promotionem pre aliis videtur teneri. Hac igitur ratione inducti notum fieri volumus tam futuris, quam presentibus, quod nos considerantes, dnos nostros majoris Ecclesie Canonicos parum habere vini ad communes usus spectantis, redemimus bonis nostris a potestate laicorum 6 vineas in monte Wihse, in agris ratione proprietatis ad ipsos Canonicos pertinentes, excultas cum aliis quibusdam agellis adtinentibus, donantes tam Vineas, quam agellos eisdem Canonicis, ita decernentes, ut Vinum in illis excrescens appelletur Vinum Episcopale, quod, quando ministratur fratribus, sciatur ex donatione nostra eis esse collatum, et memoria nostri eo respectu penes illos habeatur in bono. Commutavimus eis preterea parochiam in Bechilaren, pro illa ipsis Ecclesiam in Althaim conferentes, quia de Bechilaren propter loci remotionem non multum utilitatis et commodi consequabantur. Ordinavimus etiam de istorum proventibus nostrorum patris et matris annuatim anniversarium celebrari. Ut autem factum donationis nostre de Vineis, et Ecclesie commutatio antedictae apud illos perpetuitatem habeat, nec ab aliquo Successorum nostrorum possit in irritum revocari, presentem paginam scribi fecimus, confirmantes eam nostri appositione Sigilli et testibus subnotatis. Testes sunt Gotfridus major prepositus, Rubertus major decanus, Wernhardus prepositus in Spalte et archidiaconus, Eberhardus de Abensperg archidiaconus, Ulricus scribe, Cunradus prepositus in Pilsting, Ulricus de Werde archidiaconus, Dietericus de Schönenvelt, Hugo magister, Ulricus vicednus, Hermannus scolasticus, Cunradus de Toufkirchen, Albertus obellarius, magister Cunradus de Kirchperg, Eberhardus de Russingen, Gelphradus Capellanus, Alhardus de Hütte, Chunradus de Veltkirchen, Albertus de Grindela, Wernhardus de Gebelhoven, Ulricus de Talmaizingen, Hainricus Semannus, Comes Egeno, Ulricus de Dorenperg et alii quam plures. Acta sunt hec anno incarnationis Domini 1226. Indictione XIII.

*Sigillum Epi illaesum adpendet.*

**Num. CCCLXVI. 1227. 11. Martii. Ex Originali:**

Facultas papalis delegata Epo Rat. absolvendi incendiarios suae Civitatis et Dioecesis.

Gregorius Epus servus servorum dei, Venerabili fratri ... Ratisponen. Epo salutem et aplcam ben. A nobis tua fraternitas humiliter postulavit, ut incendiarios tue diocesis et Civitatis absolvi ab Excommunicationis Sententia, quam propter incendium incurrerunt, cum multi ex eis ad nram presentiam propter varia impedimenta venire non valeant, mandarem: Nos ergo confidentes de tue fraternitatis prudentia et tibi gratiam facientes, fraternitati tue presentium auctoritate mandamus, quatenus hac vice ipsis juxta formam Ecclie in talibus consuetam, nisi adeo eorum sit gravis et enormis excessus, quod merito pro absolutionis beneficio ad Sedem aplcam debeant destinari, beneficium absolutionis impendas, injungens eisdem, quod et de dampnis satisfaciant competenter, et laborem, quem ad nos veniendo subirent, operibus redimant pietatis. Dat. Lateran. V. id. Martii, Pontificatus nri anno primo.

Plumbum: *Gregorius PP. VIII.*

**Num. CCCLXVII. 1227. 10. Jun. Ex Originali:**

Cassatio Electionis Praepositi Gotfridi in Epum Rat. et Confirmatio neoelecti Epi Syfridi Cantoris Moguntini.

Gregorius Epus, servus servorum Dei. Dilectis filiis Ministerialibus\*) Ratispon. Ecclie salutem et Aplcam benedictionem. Electione, que de Gotfrido Ratispon. preposito in Epum Ratisponensis Ecclie per impressionem presumpta fuerat laicalem, a nobis justicia exigente cassata, dilecti filii, ... decanus, Eberhardus, et Hermannus Archidiaconi ac ... Vicednus, et nonnulli alii Canonici ejusdem Ecclie pro se ac aliis, qui electionem impugnabant, eandem in nra presentia constituti de mandato nro ad eligendam sibi Epum secedentes in unum, habito diligenti tractatu, Cantorem Moguntinum, virum scientia, vita, et fama preclarum, qui tunc erat apud sedem Aplcam constitutus, in Epum ipsius Ecclie concorditer elegerunt: qui licet diu

\*) *In alia Bulla dicitur: Prelatis, Clero, Rectoribus ac populo Ratisponen.*

renuerit, Electionem recipere de se factam, demum tamen illam multorum inductus precibus exhortationibusque recepit, Nosque ipsum in Epum consecravimus, firmam spem fiduciamque gerentes, quod Ratisponensis Ecclia per industriam et sollicitudinem ejus temporalibus commodis et spiritualibus proficiet incrementis. Ipsum ergo ad vos cum gratie nre plenitudine transmittentes, universitati vre per Aplca scripta firmiter precipiendo mandamus, quatinus ipsum recipientes hilariter, eique sicut Epo vestro reverentiam et obedientiam devotam et humilem exhibentes, salubribus monitis et mandatis ejusdem intendatis et obediatis humiliter et devote; alioquin sententiam, quam rationabiliter tulerit in rebelles, ratam habebimus, et facientes auctore Deo usque ad satisfactionem condignam firmiter observari. Datum Anagnie IV. Idus Jun. Pontificatus nri anno primo.

*Plumbum: Gregorius PP. VIII.*

**Num. CCCLXVIII. 1227. 2. Julii: Ex Originali:**

Insinuatio Gregorii PP. IX. ad Civitatem Ratisbon. quod Eccliae Rat. viduae Sigefridum ceu Epum praefecerit.

Gregorius Epus servus servorum dei. Dilectis filiis Rectoribus et universis Civibus Ratisponen. salutem et aplcam ben. Recepimus litteras, quas vra nobis prudentia destinavit, et earum continentiam notavimus diligenter, devotionem vestram in domino commendantes, quod de statu Ratisponen. Ecclie matris vestre, ac animarum vestrarum salute solliciti supplicastis, vobis et ipsi Ecclie de Epo celerius provideri. Noveritis igitur, quod supplicationem vestram nostra sollicitudo prevenit, talem personam vobis in Epum providendo, que vos doctrine Verbo et vite informabit Exemplo secundum debitum Officii pastoralis, et per quam Ecclesia ipsa temporalibus commodis et spiritualibus auctore deo proficiet incrementis. Vos ergo eidem Epo, qui expeditus ab Imperiali Curia, ad quam pro utilitatibus ipsius Ecclesie procurandis accessit, ad vos celeriter veniet, tanquam patri et pastori vestro eam devotionem exhibere curetis, ejusque salubribus monitis et consiliis sic humiliter obedire, quod in vobis inveniens filialis devotionis affectu6m, paterno affectu vobis preesse studeat et prodesse. Idem autem Epus super cruce signatorum ve-

strorum negotio diligenter instructus, providebit eis, sicut fuerit providendum. Datum Anagnie VI. Non. Julii, Pontificatus nri anno primo.

*Plumbum: Gregorius PP. VIII.*

**Num. CCCLXIX. 1227. mense Jul. Ex Originali:**

Imp. Fridericus II. irritat et revocat omnes infeuditiones et alienationes honorum Ecclesie Ratisbon. a  
praeposito factas.

Fridericus dei gracia Romanorum Imperator semper Augustus, Jerusalem et Sicilie Rex. Per presens scriptum notum facimus universis Imperii fidelibus tam presentibus, quam futuris, quod accedens ad presenciam nram Sifridus, venerab. Ratisponen. Epus, dilectus Princeps noster exposuit Celsitudini nostre, qualiter prepositus quondam in Ratisponensem Epum intrusus (scilicet Gotfridus) bona ipsius Eccleie enormiter et juxta motum proprie voluntatis infeudavit, obligavit, et multis aliis modis distribuit et distraxit in evidens ipsius Ecclesie detrimentum, alios redditus et proventus ejusdem Ratisponen. Eccleie in usus proprios consumendo, et supplicavit nobis idem Epus, ut indemnitati sue Ecclesie nostra super hoc dignaretur Serenitas providere, Nos autem, quia tenemur juri et indemnitati Ecclesiarum imperii nostri salubriter et clementer adesse, habito super hoc diligenti consilio cum venerabili Babinbergensi Epo, dilecto Principe nro, et aliis fidelibus nri Imperii tunc in Curia nra presentibus et nobiscum assidentibus in negocio supradicto, de consilio et provisione ipsorum, quicquid per supradictum intrusum factum esse dignoscitur, duximus sententionaliter irritandum ; revocantes omnino infeudationes, obligationes, distributiones et distractiones quaslibet factas per eundem intrusum de bonis Ecclesie memorate, ut omnia libere cedere et redire debeant in usus et potestatem Ratisponen. Ecclesie, et Epi supradicti cum fructibus medio tempore perceptis, et percipiendis; et ut etiam prefatus intrusus memorato Epo restituat , quicquid de proventibus Ratispon. Eccleie in usus proprios noscitur expendisse, non obstante concessione aliqua per regem Heinricum, karissimum filium nrum predicto intruso exinde facta , cum idem Romanorum Rex filius noster dolose in hoc circumventus fuisse noscatur, et adpellatio ad audientiam nre Majestatis processerit, quae pendente nihil de jure pote-

rat innovari mandamus igitur, et firmiter inhibemus, quatenus nullus sit, qui contra hanc irritationis et revocationis nre sententiam presumat temere obviare; quod qui presumpserit, indignationem nri culminis noverit incursum. Ad cuius rei memoriam presens scriptum fieri fecimus, Sigillo Majestatis nre munitum. Datum Melfic. anno dominice Incarnationis 1227. mense Jul. XV. indictione. Sigillum Majestat. illaesum adpendet.

**Num. CCCLXX. 1228. 8. Jul. Ex Originali:**

Concessio et oppignoratio reddituum Parochiae S. Udalrici ad triennium facta pro solutione 30 tt.

Ulrico Vicedomino.

In nomine dni amen. Sifridus dei miseratione Ratisponen. Epus universis presens scriptum intuentibus seu recitari audientibus in dno salutem. In robur acti liquere cupimus universis, quod nos habentes parochiam Eccleie nre majoris de gra dnorum Canonicorum ad instaurum necessitatum nrarum et habituri eam integre a festo sci Martini preterito per triennium, fructus ejus et proventus ejus qualescunque dedimus et nos integre de consensu Capituli Ulrico Vicedno percipiendos per predictum tempus in solutionem 30 librarum, quarum pro nobis extitit fidejussor, et si medio tempore ipse decesserit, eos percipiet is, cui eos legaverit percipiendos. Mutationem quoque qualemcunque, si qua circa nos infra evenerit, sibi vel succedenti ei ex sua delegatione ad eosdem proventus percipiendos prejudicare nolumus aut nocere, presertim, cum pecunia, in cuius solutionem cedent, non pro nris privatis, sed pro evidentibus Eccleie necessitatibus sit expensa. Profitemur etiam, si medio tempore super memorata Ecclesia parochiali prefato Ulrico lis forte sumptuosa suscifata fuerit ab aliquo, nos teneri ad solutionem vel recompensationem sumptuum eorundem. Ut autem hoc ratum permaneat per sua tempora prefinita, scriptum presens inde confectum Sigillis, nro videlicet et Chori in signum consentientis Capituli, et subnotatione nominum eorum, qui interfuerunt, fecimus communire. Testes hii sunt: Wernhardus de Horbach archid. Eberhardus de Abensperch archid. Magr Johannes de Richenbach archid. Magr Hermannus scolasticus, Chunradus prepositus Indicen. Eberhardus de Russingen, Ulricus de Dornberch cellerarius, Chunradus de Veltchirchen obellarius, Hermannus de



Windesbach, Gelpfradus, Wernhardus de Gebelkoven; Heinricus de Lerchenvelt, Albertus de Grindeloh, Berhtoldus de Oberdorf et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnationis 1228, Indict. I. Dat VIII., Id. Julii, Pontificatus nri anno secundo.

*Duo Sigilla laesa adpendent.*

**Num. CCCLXXI. 1228. Ex Originali:**

Compositio facta ob Praepositum Gotfridum et suos fautores de damnis Capitulo illatis.

In nomine dni amen. Sifridus sola miseratione divina Epus Eccleie Ratisponensis omnibus presentem paginam inspecturis salutem in Xpo Ihu. Ad sedandum discordiam, que orta fuerit inter Canonicos Eccleie nre super eo, quod prepositus Ratisponen. et sui electores Epatum et ipsos damnificaverant non modicum, quando causam contra eos apud Sedem apostolicam prosequerentur, forma compositionis, que subscripta est nobis mediantibus, intervenit, quam prepositus ipse cum suis fautoribus Canonicis acceptavit; assignaverunt precise in manus nras et Capituli omnia beneficia sua, scilicet parochias, prebendas beneficia choralia, et quecunque insuper habent a Capitulo, sine spe recuperandi ea, quousque nobis et Capitulo de dampnis nris per prepositum, et suos complices Canonicos illatis plene fuerit satisfactum. Si vero nobis placuerit, unum eligere vel plures, qui taxent aliquam competentem summam, quam dictus prepositus et sui complices dent nobis et Canonicis, quibus dampna intulerint, ut sibi sibi possint beneficia rehabere, sub pena sexcentarum marcarum in eosdem arbitros compromittent, hanc quoque formam compositionis observare juraverunt prepositus sui que fautores tali conditione, si a juramento recesserint, quod sint privati tam beneficiis omnibus, quam prebendis, quas habent in Ecclesia Cathedrali, hoc adjecto, quod beneficia choralia pendente lite concessa vacant Capitulo, et in communes usus convertantur. Ut autem hec forma compositionis firma permaneat, presentem paginam de consensu partium scribi fecimus, impressione Sigilli nri et Capituli, nec non et prepositi, suorumque fautorum Sigillis confirmatam, et testibus subnotatis. Testes sunt: Chunradus decanus, Wernhardus de Horbach, Eberhardus archidiaconus, Ulricus Vicednus, Hermannus scolasticus, Eberhardus sacerdos, Gelpfradus sacerdos, Chun-

radus dyaconus, Wernhardus subdyaconus, Heinricus subdyaconus, Berhtoldus subdyaconus ,  
Chunradus prepositus Inticensis, Ulricus subdyaconus et alii quam plures. Acta sunt hec anno dni  
1228. Indictione prima.

*Ex quinque Sigillis tria tantum adhuc adpendent, duobus avulsis.*

**Num. CCCLXXII. 1228. Ex Originali:**

Renuntiatio Praepositurae facta a Gotfrido, reservatis tamen sibi duabus praebendis.

In nomine dni amen. Gotfridus dei gra major prepositus Ecclsie Ratisponen. omnibus presentem  
paginam' inspecturis orationes et in dno salutem. In reconcilitione, quam dnus nr Epus Sifridus, qui  
Ratispon. Ecclie presidet in dignitate pontificali, pia sollicitudine inter nos et dmos nros majoris Ecclie  
Canonicos ad bonum finem perduxit, cum teneremur eisdem dampna restituere, que per nos et  
occasione nri eis illata fuerant, dum essent apud Sedem aplcam constituti, quia non eramus solvendo,  
cum humilitate debita postulavimus, ut paupertatem nram considerantes, propter deum dampna  
remitterent, que persolvere non poteramus: iidem ergo dni nri videntes necessitatem nram et defectum  
in rebus, fraterna karitate circa nos moti, quicquid erat illud, in quo ipsis tenebamur, concorditer  
remiserunt, omni renuntiantes contra nos actioni, quod et nos versa vice fecimus cum maxima  
gratiarum actione. Videntes autem eorum erga nos benivolentiam, et volentes in ipsorum amicitia  
efficaciter perdurare, amministrationi prepositurae non coacti, neque rogati, sed sponte cessimus, sine  
omni conditione vel exceptione, relinquentes in potestate Capituli ordinationem bonorum et reddituum  
prepositurae, institutionem quoque et destitutionem colonorum in bonis, et ut per officiales Canonicos,  
quo Capitulum instituerit, stipendia Canonicis, donec vixerimus, ministrentur, ita tamen, quod duas  
habeamus in Ecclesia prebendas, quarum una Canonicatui nro attinet, alia prepositurae, relicta nobis  
preterea dignitate archidyaconatus, et loco majori tam in choro, quam Capitulo, prout prepositurae  
dignitas obtinuit ex antiquo. Cessimus etiam quibusdam beneficiis, que fenda choralia vulgariter  
appellantur, ut communi mense desserviant Canonicorum, nosque simus pari perceptione cum ipsis  
participes eorundem, sic nobis de cetero cavere volentes, ne temporibus vite nre verbo vel fa-

ctis molestare videamur Universitatem Capituli vel turbare. Quamvis autem necesse non esset, cessionem publice factam scriptis vel testibus confirmari, ad habundantem tamen cautelam presentem paginam ad nri testimonium facti scribi fecimus et Sigillo nro ac testibus duximus confirmandam. Testes sunt: Chunradus decanus, Wernhardus de Rorbach archidyaconus, Eberhardus de Abensberg, archidyac. Magr Hugo, Ulricus Vicednus et major plebanus, Magr Hermannus scolasticus, Magr Chunradus de Chirchperch, Eberhardus de Russinge, Gelpfradus capellanus, Chunradus de Veltchirchen, Albertus plebanus sci Pauli, Magr Johannes archidyac. Wernhardus de Gebelchoven, Ulricus de Talmeizzinge, Heinricus de Lerchenvelt, Heinricus Semannus, Perhtoldus de Oberdorf, Ulricus de Dornberch, Hermannus de Windsbach, Fridericus de Stouffe, Magr Siboto plebanus inferioris monasterii, et alii quam plures. Acta sunt hec anno incarnationis dni 1228. Indictione II. *Sigillum adpendet.*

**Num. CCCLXXIII. 1228. Ex Originali:**

Incorporatio Parochiae Saller faeta ab Epo Sifrido suo Capitulo.

In nomine sancte et individue Trinitatis Amen. Sifridus Dei gracia Epus Eccle Ratisponensis omnibus in perpetuum. Cum Eccle Kathedrales ad hoc institute dinoscantur, quod in eis persone ad servicium Dei electe, tanquam principalia Capitis membra, in parte laboris et sollicitudinis Eporum semper esse debeant prompte in omnibus et devote, bene tenentur Epi circa personas easdem in conferendis beneficiis, ubi locus se offerat, esse liberales. Hac igitur concideracione prehabita, cum vacaret Capella in Sallre, cujus presentacio ad dnos nros majoris Eccle Canonicos immediate spectabat, inclinati precibus eorundem, concessimus ipsfs eandem Capellam, cum villis attinentibus, Wintzer scilicet, et Reinhusen, et Gailnkofen, et Haselbach, et Wichse, et Utzenhofen, et Chärrin, et Rehtal, pleno jure ita possidendam, ut redditus Vini, frumenti et aliorum proventuum, qui de Villis eisdem persolvuntur, ad usus spectent Canonicorum, et defectum compleant, quem in Vino et rebus aliis paciuntur: statuimus quoque, anniversarium nrum per eosdem Canonicos in ipsius donacionis memonam celebrari. Ne autem Successo-

res nri, vel quilibet alii huc Opdinationi ausu temerario possint contraire, presentem paginam in ejusdem facti testimonium conscriptam confirmavimus nri appositione Sigilli, et testibus subnotatis. Testes sunt: Gotfridus prepositus, Chunradus decanus, Wernhardus de Horbach archidiac. Eberhardus de Abensberg archidiac. Ulricus scriba, Dietricus de Schoenvelt, Magister Hugo, Ulricus vicednus, Hermannus scolast. Magister Chunradua de Chirchperch, Eberhardus de Russinge, Gelpfradus Capellanus, Alhardus de Hütte, Chunradus de Veltchirchen, Albertus plebanus S. Pauli, Mgr Joannes archidiac. Albertus de Grindla, Wernhardus de Gebelhoven, Ulricus de Thalmaizzinge, Heinricus Seemannus, Heinricus de Lerchenvelt, Berchtoldus de Oberndorf, Ulricus de Dornberch, Hermannus de Windsparh, Fridericus de Stoufe, Magr Siboto, et alii quam plures. Acta sunt hec anno Incarnationis Dni 1228. Ind. I. Ponificatus nri anno secundo.

*Sigillum Epi adpendet.*

**Num. CCCLXXIV. 1229. Febr. Ex Originali:**

Assumptio fratrum Ord. Praedicatorum in Civitatem Ratisbon.

In nomine sancte et individue Trinitatis amen. Sifridus sola miseratione divina Ratisponensis Epus omnibus in perpetuum. Quia hominum etas brevis est et mutabilis, et labilis memoria, necesse est, ut acta Hominum digna memoria scriptorum muniantur subsidiis, ne vel ex Successione aut mutabilitate, vel oblivionis vitio immutentur. Qua consideratione per scriptum presens notum esse cupimus universis presentibus et futuris, quod cum inspirante dno, qui potens est, dirigere actus hominum ad sua beneplacita, meditaremur plantare atque locare ordinem Predicatorum salubrem et sanctum in Civitate nra Ratispone, nec haberemus locum proprium ordini competentem, queritantes hinc inde, tandem invenimus unum, Eccliam videlicet sci Blasii, que una cum fundo attinebat dnis Canonicis Eccle nre majoris, quibus tamen institimus, quod eum, Eccliam videlicet una cum fundo ipsius, et domum Eccle contiguam una cum area et curte attinente cum omni jure proprietatis libere nobis atque concorditer donaverunt. Igitur et nos eundeia locum, secundum quod superius est circumscriptus, cum ea integritate, qua ipsum a prefatis Canonicis recepimus, cum omni jure proprietatis dedimus ordini Predicatorum irrevocabiliter et

cum assensu Canonicorum perpetuo possidendum. Ut autem hec nra donatio publice ac sine qualibet cujusquam contradictione facta Ordini Predicatorum immutabilis et rata permaneat in perpetuum, nullius unquam ausu perturbanda, ipsam scripto presenti et Sigillo nro firmavimus, nominibus eorum, qui interfuerunt, pro testimonio subnotatis. Testes hii sunt : Chunradus decanus, Wernhardus de Horbach archidiaconus, Eberhardus de Abensperch archidiaconus, Theodoricus de Schoenenvelt, Magister Hugo, Albirtus de Grindeloh, Ulricus de Salah vicednus et custos, Magister Hermannus Scolasticus, Ulricus de Talmaezingen, Wernhardus de Gebelkoven, Magister Chunradus de Kyrhperch, Albertus plebanus sci Pauli, Heinricus Seman, Heinricus de Lerchenvelt obellarius, Eberhardus de Russingen, Gelphradus, Chunradus de Veltchirchen, Ulricus de Dornberch cellerarius, Hermannus de Windesbach, Goezwinus apud portam, Berhtoldus de Oberdorf, Kalhohus de Curia, Alhardus de Hütte, Phylippus Ringravius, Magister Johannes de Riehenbach archidiaconus, Magister Siboto plebanus inferioris Monasterii, Liucemannus Canonici Ecclie nre majoris, et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnationis 1229. Indictione III. Dat. eodem anno Ratispone Kalend. Febr. Epatus nri anno tertio.

*Sigillum Epi illaesum adpendet.*

**Num. CCCLXXV. 1229. 21. April. Ex Originali:**

Papa Gregorius IX. Monasterium superius in protectionem S. Petri et suam suscipit.\* }  
 Gregorius Epus servus servorum Dei. Dilectis in Xpo filiabus Abbatiase et Conventui Monialium superioris monasteni Ratisponen. salutem et aplcam beneficcionem, Cum a nobis petitur, quod justum et et honestum, tam vigor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem Officii nri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecte in dno filie! vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu personas vestras et locum, in quo divino estis obsequio mancipate, cum omnibus bonis, que in presentiarum rationabiliter possidetis, aut in futurum justis modis prestante domino po-

*\*) Idem Protectorium eodem anno et die simul concessum est Monasterio inferiori.*

teritis adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, specialiter autem terras, possessiones, libertates quoque ac immunitates, nec non antiquas et rationabiles Monasterii vestri consuetudines hactenus observatas, et alia bona vestra, sicut ea omnia juste et pacifice possidetis, vobis et Monasterio vestro auctoritate aplca confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nre protectionis et confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei, et beatorum Petri et Pauli aplorum ejus se noverit incursum. Datum Perusii XI. Kal. Maii, Pontificatusnri anno tertio.

*Plumbum, Gregorius PP. VIII.*

**Num. CCCLXXVI. 1229. 5. Nov. Ex Originali:**

Contractus inter Epum Rat. et Ducem Bavariae super satisfactione damnorum alteri ab altero illatorum vel inferendorum facienda.

In nomine dni amen. Lodewicus dei gra Palatinus Comes Reni, dux Bawarie, universis presens scriptum intuentibus salutem in eo, qui est salus et vita. Pro bono pacis servande inter dilectum dnum nrum Sifridum, venerabilem Epum Ratisponen. et nos, ne illa turbetur per dampna oborta vel obortura inter nos, super emendationibus illatorum alternatim exhibendis hoc modo inter nos est firmiter compromissum : Satisfactorus, sive sit ministerialis noster aut Epi, si negaverit factum, expurgabit se tertius, et si non negaverit, satisfaciet, satisfactione secundum quantitatem dampnorum estimata sub juramentis sui ipsius et aliorum duorum, et denominabunt ad hoc 30 de suis, et totidem de nris fide digni, ex quibus eliguntur duo, per quorum juramenta satisfactorus satisfaciet, aut negabit. Si vero ministerialis noster propter nos satisfacere noluerit, nos pro eodem Epo et suis tam clericis, quam laicis satisfaciemus, versa vice, si ministerialis dni Epi propter ipsum nobis et nostris tam clericis, quam laicis satisfacere noluerit, ipse illum et a Castris et ab omnibus suis terminis excludet et nos juvabit contra ipsum. Sed si idem ad Comitem Heinricum de Ortenberc confugerit, ab Epo tamen deserere noluerit, ipse Epus nobis et nostris nichilominus satisfaciet pro eodem, Neuter quoque nostrum ministerialem alterius pro quacunq; causa gratia

sua carentem sibi contra ipsum assumet aliquatenus aut defendet. Constituimus autem inter nos festum sci Martini proxime venturum pro termino, infra quem tales satisfactiones mutue compleantur, et si legitimis occupationibus obstantibus eis complendis intendere nequiverimus, terminum simul prorogabimus sine dolo, laudamentis nichilominus duraturis. Et si ante terminum predictum vel ante illum terminum, in quo post primum convenimus bona fide, satisfactiones non complebuntur, denominavimus pro nobis nobiles viros Heinricum de Mosburch et Meinhardum de Roteneke, et Ottonem de Grünenbach Comites, et Heinricum de lapide, et Liutoldum pincernam de Owia, et Ekebertum dapiferum de Hellsperch, et Albertum de Satelbogen, et Hermannum de Curia, et Berhtoldum pincernam de Oede, et Ortlibum in Heida, et Chunradum de Beierbrunne, et Chunradum de Usenhoven ministeriales nros, qui juraverunt, quod si per nos steterint exhibende satisfactiones, in ipso termino intrabunt Civitatem Ratisponensem, inde nunquam exituri, donec secundum formam prescriptam fuerit satisfactum. Sed si iidem non venerint Ratisponam in ipso termino, vel si venerint et inde recesserint illicentiati ante completas satisfactiones periuri sunt, et denominati ex parte Epi erunt a forma et laudamentis hmoj absoluti. Hec de dampnis illatis ante hanc compositionem. Super dampnis autem postmodum inter nos emergentibus satisfaciemus mutuo bona fide. Hec a nobis non irritanda Sigillo nostro fecimus roborari. Sunt autem acta armo gratie 1229. Indictione II. dat. Ratispone Nonis Septembris.

*Sigillum Ducis equesire adpendet cum circumscriptione:*

† Ludewicus. dei. gracia. Dux. Bawarie.

**Num. CCCLXXVII. 1229. Ex Originali:**

Henrici de Eberspeunt obligatio circa bona in Wiesendorf, ipsi ad dies vitae concessa.

In nomine dni amen. Ego Henricus de Eberspiunt notum fieri volo tam post futuris, quam presentibus, quod cum dni mei Canonici majoris Ecclesie Ratisponensis quedam haberent bona in Wisendorf, tres scilicet Curias et unum molendinum cum omnibus attinentiis suis, cultis et iucultis, a dna Elisabet vidua in Sumbrehtsdorf tra-

dita eis in testamento, dnus Hawordus de Aeutinge bone memorie ipsa bona sibi concedi obtinuit ab antedictis dnis ad tempus vite sue pro quodam Censu, quem ipse persolvit annuatim in festo Martini; et quia talis conditio intervenerat, quod nec uxor ejusdem Hawordi, vel pueri ejus post tempus vite sue quicquam juris haberent in bonis eisdem eodem Hawordo decedente, interventu amicorum, quos inter Canonicos habebam, collata sunt michi eadem bona pro censu 4. librarum, quas persolvere teneor in termino supradicto, quem si non persolvero, ut promisi, carebo eisdem bonis, nec petere debeo, quod iterato miclii concedantur, sed absolute cedam, sine spe, illa rehabendi, relicturus in bonis eisdem equos, boves, jumenta, et oves, et alia quecunque mobilia, que ad agriculturam et usus eorundem bonorum comparavi. Teneor preterea, bona ipsa defendere ab invasoribus quibuscunque, vel si necesse habuero, ut dni Canonici se offerant auctores coram judicio de bonis eisdem, que michi pro Censu, ut ante dictum est, concesserunt, ipsi erunt parati transmittere nuncios, et se auctores pretendere bonorum eorundem in quolibet judicio, ubi super hiis questio fuerit ventilata. Idem vero dni sibi suisque Successoribus et mee saluti providere volentes, ne post tempus vite mee uxor mea vel pueri mei, quos ad presens non habeo, si forte in posterum geniti fuerint, vel quilibet alter michi attinens ipsos dnos turbare possit, bona eorum sibi usurpando, tanquam sit heres eorundem bonorum per concessionem usus eorum, ego igitur hec, que prescripta sunt, volens habere rata, recipiendo Concessionem bonorum, quod observarem omnia, que in presenti scripto sunt expressa, juramento confirmavi. Ut autem, que dicta sunt, a memoria non excidant, nec a me possint interpretationem sumere contrariam veritati, quod deus avertat, me unquam attemptare, scripta est me procurante presens pagina, dni mei Ratisponensis Epi, et dni Ducis Bawarie, et Capituli, et Civium Ratisponensium, et Comitis de Rotenekke, in cujus Comitatu sunt ipsa bona, Sigillis, nec non et meo Sigillo proprio confirmata. Testes sunt: Gotfridus major prepositus, Chunradus decanus, Wernhardus de Horbach archidyac. Eberhardus de Abensberch archidyac. Dietricus deSchönnevelt, Magr Hugo, ULricus Vicednus et major plebanus, Magr Hermannus Scolasticus, Magr Chunradus de Chirchberch, Eberhardus de Russinge, Gelpfradus Capellanus, Chunradus de Veltchirchen, Albertus plebanus sci Pauli, Magr Johannes archydiac. Wernhardus de Gebelhoven, ULricus de Talmeizzing-en, Heinricus de Lerchenvelt, Heinricus Seemannus, Perhtoldus de Oberndorf,



Ulricus de Dornberch, Hermannus de Windspach, Magister Marquardus, Fridericus de Stouffe, Magister Syboto plebanus inferioris Monasterii. Testes sunt Laici: dnus Chunradus Comes de Wazzerburch, dnus Minhardus Comes de Rottenekke, dmis Chalhohus Comes de Chirchberch, dnus Grimoldus de Lapide, dnus Heinricus de Lapide, Chunradus de Hohenvels, Gozwinus de porta, Chunradus de Schrotshoven, Arnoldus de Schönnevelt, Hermannus de Liechtenberch, Paldwinus de suburbio, Heidenricus de Schambach, Ortlibus de Seirchinge, Chunrados de Seirchinge, Gozwinus de Egellofsheim, Perhtoldus de Oede, Ratoldus de Perge, Liutoldus de Owe pincerna, Ekbertus de Ekkemül dapifer, Liupoldus Pragaer, Otto de Cheveringe, Karulus Grans, Engelbertus- Zouffe, Paldwinus Tülse, Karolus thelonearius, Rapoto scultetus et alii quam plures. Acta sunt hec anno incarnationis dni 1229. Indictione secunda.

*Adpendent 6. Sigllla integra, optime conservata,*

*1. Equestre ducis Ludwici, 2. Epi Sigefridi ovale,*

*3. Capituli Cathedralis, 4. Communitatis Civium Ratispon.*

*5. Equestre cum ense in dextra, et circumscriptione:*

*Sigillum. Minhardi. Comitis. de Rotenecke,*

*6. Ovale cum porco, et circumscriptione:*

*† Sigillum. Heinrici. de. Eberspeint.*

**Num. CCCLXXVIII. 1229. Ex Originali:**

Conradus decanus ac Capitulam majoris Ecclesiae Rat. fratribus Praedicat, Ecclesiam S. Blasii assignant.

In nomine domini amen. Chunradus dei gra decanus cum universitate Capituli Ratisponensis omnibus presentem paginam inspecturis orationes et in dno salutem. Dnus noster Ratisponensis Epus piam habens intencionem, in Ratisponensi Civitate plantandi ordinem Predicatorum, quia per se locum non habebat ipsis congruum, petivit a nobis, ut de bona Voluntate nra eis deberet Ecclesia sci Blasii assignari, que ad nos spectabat pleno jure, promittens nobis pro Ecclesia recompensationem facere competentem. Nos vero petitionem

Epi, quia rationabilis videbatur, admisimus, ut Ordini predicto conferretur Ecclesia memorata salvo privilegio Ordinis, et jure Ecclesiarum; sicque dicti Predicatores antedictam receperunt Ecclesiam libere de manu Epi, nobis presentibus et prebentibus assensum. Quia vero hiis, que dicta sunt, necesse fuit, scripture testimonium adhiberi, nos presenti scripto nri appositionem Sigilli impressimus, recipientes a sepedietis Predicatoribus idem scriptum, ut si dubitari contingat super hiis, que presens pagina continet, et quemadmodum in donacione facta verbis fuit expressum, ad ipsius scripti testimonium recurratur. Acta sunt hec anno incarnationis dni 1229. Indictione secunda.

*Sigillum Capituli illaesum adpendet.*

**Num. CCCLXXIX. Circa a. 1229. Ex Originali:**

Statutum Capituli Cathedralis de administratione praehendarum Praeposito ablata et Capitulo attributa. In nomine domini amen. Chunradus dei gra Decanus, totumque Capitulum Ratisponen. Eccleie omnibus in perpetuum. Cum ea, que a Capitulo statuuntur, ex diuturnitate temporis sepius oblivioni tradantur, que tenaci memorie hominum per scripta non commendata fuerint; hinc est, quod tam presentibus, quam futuris duximus significandum, quod cum post obitum Gotfridi prepositi beate memorie in Capitulo resideremus, de substitutione alterius prepositi tractaturi, unanimiter in hoc convenimus et firmiter promisimus, ut quieunque ad presens vel successive in posterum ex nobis in prepositum assumeretur, indulgentiam de administratione prebendarum nostrarum et aliarum rerum temporalium penes Capitulum remanente nobis a Sede aplca factam ratam haberet, nec in aliqua parte sui eam infringere vel impugnare niteretur, sed tantum proventibus prebende, quos prepositi hactenus perceperunt, esset contentus; archidiaconatus vero, qui prepositure est annexus, et aliarum rerum spiritualium, sicut prepositi hactenus habuerunt, plenaria gauderet possessionis libertate, nec sibi in institutionibus vel destitutionibus Villicorum, vel officialium nostrorum, vel in quibuscunque, que ratione administrationis prepositi exercebant, aliquam, nisi tanquam unus Canonicus ex nobis, vendicet potestatem. Item in recompensationem administrationis, quam ex antiquo prepositi habebant, primam Ecclesiam ad presentationem

nam spectantem, quam electus a nobis prepositus acceptaverit, exceptis tamen majori Ecclesia in Ratispona, in Persen, in Wibelstorf, in Innechoven, in Werde, in Althaim et in Tanne Ecclesiis, dignitati prepositure perpetuo adhesuram condonavimus, Ne igitur talis ordinatio nra provida deliberatione prehabita facta per aliquam fraudem subverti vel immutari in posterum possit, quilibet nrum, ut ipsam, Ordinationem inconvulsam conservaret, prebendam suam obligavit, ita videlicet, ut quicumque contra ipsam Ordinationem, que utilitatem Eccleie nre in omnibus respicit, venire attemptaret, ipso facto prebenda sua esset privatus, et a consortio canonice fraternitatis nre deinceps penitus exclusus. Et ut hec Ordinatio nra majori subnitatur firmitatis robore, presentem litteram processum rei continentem conscribi fecimus, et Sigillorum, scilicet dni nri Epi et nri Capituli, et singulorum, qui Sigilla habent, munimine roborari, sepe dicte Ordinationi singuli subscribentes.

Ego Chunradus decanns fs. huic Ordinationi.

Ego Wernhardus prepositus de Spalt fs.

Ego Eberhardus archidiaconus fs.

Ego Magr Hugo fs.

Ego Wernhardus de Gebelchoven fs.

Ego Chunradus de ... fs.

Ego Hainricus Seman fs.

Ego Gozwinus de .porta, fs.

Ego Gelpfradus fs.

Ego Alhardus de Hütte fs.

Ego Chunradus de Veltchirhen fs.

Ego Ulricus archidiaconus fs.

Ego Albertus summus plebanus fs.

Ego Johannes Custos fs.

Ego Sibato Scolasticus fs.

Ego Chunradus de Lütterhoven fs.

Ego Heinricus de Lerchenvelt fs.

Ego Baldwinus fs.

Ego Bertoldus de Oberndorf fs.

Ego Chalhohus fs.

Ego Hermannus fs.

Ego Fridericus de Stouph fs.

*Quorum omnium Sigilla, unacum Capituli Sigillo adpendent isto Epi avulso.*

**Num. CCCLXXX. 1230. 3. Jul Ex Originali**

Facultas papalis data Epo Rat. dispensandi circa Concubenarios.

Gregorius Epus servus servorum dei, Venerabili fratri ... Ratisponen. Epo salutem et aplcam ben. A nobis suppliciter postulasti, ut cum in Clericos concubenarios Civitatis et diocesis Ratisponen. generalem Excommunicationis Sententiam promulgaris et quidam ex ipsis, qui eandem incurrentes Sententiam per simplicitatem et juris ignorantiam divina officia postmodum celebrantes, ad mandatum tuum sint redire parati, dignaremur misericorditer agere cum eisdem, Nos igitur confidentes de fraternitatis tue prudentia, et tibi facientes gratiam specialem, presentium tibi auctoritate concedimus, ut sufficienti cautione recepta, quod non resumant dimissas focarias, et habere alias non presumant, mjuncta quoque ipsis penitentia competenti, eaque peracta, cum eis valeas dispensare, prout saluti eorum videris expedire; eis vero, quos scienter in contemptum Ecclesiastice discipline tibi constiterit celebrasse divina, per biennium ab officii executione suspensis, postmodum, si bone fuerint conversationis et vite, dispensare super hoc poteris cum eisdem. Dat. Lateran. V. Non. Jul. Pontificatus nri anno quarto.

*Plumbum. Gregorius PP. VIII.*

**Num. CCCLXXXI. 1230. 25. Sept. Ex Originali:**

Commissorium papale contra Nobiles de Owe Epum Rat. gravantes.

Gregorius Epus servus servorum dei, dilectis filiis decano, thesaurario, et Magro Salomoni Canonico Herbipolen. salutem et aplcam ben. venerabilis frater nr ... Ratisponen. Epus nobis conquerendo monstravit, quod nobiles viri O. et L. de Owe Augusten. dioc. super advocatia, quam in Ecclia de Broule se habere proponit et rebus aliis injurientur eidem, ideoque discretionis vre per aplca scripta mandamus, quatinus, si est ita, dictos Nobiles, ut ab ipsius Epi super hiis injuria conquiescant, monitione premissa per Censuram Eccliam appellatione remota cognita veritate cogatis: Testes autem, qui fuerint nominati, si se gra, odio vel timore subtraxerint, per Censuram eandem appellatione cessante cogatis, veritati testimonium perhibere: quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea

nichilominus exequantur. Dat. Anagnie, VII. Kal. Octob. Pontificatus nri anno quarto.

*Plumbum: Gregorius PP. VIII.*

**Num. CCCLXXXII. 1232. 19. Martii. Ex Originali:**

Conradi de Hohenvels renunciatio Castri Valkenstein, advocatie in Innkofen et feudi lupi de Lengenveld, et ejus infeudatio Castri Helfenberg facta per Epum Ratisbon.

Sifridus Ratisponen. Epus, imperialis aule Cancellarius omnibus in perpetuum. Notum facimus tam presentibus, quam futuris, quod Chunradus de Hohenvels nre Eccle Ministerialis publice cessit Castro in Valkenstein, excepto quodam loco, quem in eodem Castro se habere asserit in feudo a pluribus predecessoribus nris, et gratum habebit, quod de possessionibus et hominibus Eccle Rat. per eum vel alios deperditis et ablatis diligenter inquiramus et inventa sine contradictione teneamus. Item de advocatia in Unnekoven sic inter nos et eundem Chunradum convenit, ut nos decem personas denominemus, que de jure prefate advocatie notitiam habeant, et per duas ex eis probemus, nos in prefata advocatia jus habere, et Chunradus predictus cedat liti: alioquin idem Chunradus ex totidem personis, quibus notum sit prefatum negotium, duas assumat, et per eas jure sibi attinere probet, et obtineat advocatiam prefatam. Item omnino et publice cessit feodo lupi de Lengevelt, et si possessiones prefato feodo attinentes obligavit aut Vasallos eidem feodo pertinentes ad se traxit, penitus absolvet et Ratispon. Eccle liberos reddet. Item Rimaro de Prenneberc et ceteris ministerialibus Eccle Ratispon. de omnibus rancoribus retroactis amicus erit, et parebit per omnia nobis, ut de ministerialibus nris coram nobis aut recipiat judicium, aut amicabilem Compositionem. Item quedam alia promisit suo loco dicenda, que si non impleverit, Castrum nrum Stoufe intrabit, inde nullatenus exiturus, nisi impleat, quod promisit, et si castrum exiret sine completionem premissorum, omnia feoda, que tenet ab Eccle Ratispon. resignabit in manus nras, ut ad nos redeant pleno jure. Nos quoque sibi versa vice Castrum in Helfenberc in feodo concessimus, nobisque centum libras Ratispon. monete sine contradictione dabit, in festo assumptionis beate Virginis 50. et in festo beati Martini alias 50 tt.

sine contradictione exsolvet, pro quibus centum libris Rat. monete solvendis in terminis memoratis 14. diebus post adventum nrum in Civitate Ratispon, ipsam Civitatem intrabit, non exiturus inde, donec de solutione fidejussores nobis representet. Et ut hec rata permaneant, presentem paginam testibus subnotatis, et Sigilli nri impressione duximus roborandam. Testes sunt, qui fuerunt presentes: Fndericus de Truhendinge, Gerluch de Pudinge, Heinricus de Isenburc, Heinricus de Liebesperc, et ministeriales imperii: Liupoldus, et Liupoldus fratres de Grindela, Wernherus dapifer de Bonlandia, Waltherus pincerna de Lintpurc, Conradus pincerna de Chlingenberc, pincerna de Winterstetten, Scultetus de novo foro, et ministeriales Ecclie: Arnolt de Schonvelt, Heinricus inter latinos, Gerhardus inter rasores, Pruno de Aechirchen et alii quam plures. Acta sunt hec in Augusta, anno dominice incarnationis 1232 XIV. Kal. Aprilis, Indictione quinta.

*Duo Sigilla, Epi, et Conradi de Hohenvels equestre adpendent.*

**Num. CCCLXXXIII, 1232. mense April. Ex Originali:**

Principes Imperii ad instantiam Regis Henrici mediatores agant inter Imperatorem Fridericum II. et Regem praedictum Imperatoris filium.

Nos Bertoldus Patriarcha Aquilegiensis, G. Salzeburgen. et A. Magdeburgen. Archiepiscopi, E. Pabemberg. S. Ratispon Imperialis aule Cancellarius, H. Herbipolens. et H. Wormaciensis Episcopi, C. Electus Frisingensis, C. Abbas sci Galli, A. Dux Saxonie, O. Dux Meranie, et B. Dux Carinthie. Tronus Imperialis, cui velut capiti membra conjungimur, sic nostris insidet humeris, et nostra compage firmatur, ut et Imperium quadam excellenti majestate preemineat, et noster ab eo refulgeat principatus. Nos quoque ad subeunda secum sollicitudinis onera tenemur, qui tranquillum statum et regimen Sedis sue diligimus, pacis et justicie cultibus inherere. Per hoc itaque presens scriptum notum fieri volumus modernis et posteris universis, quod nobis in foro Julii apud Sibidacum assistentibus serenissimo dno nro Friderico secundo dei gra inclito Roman. Imperatori, semper Augusto, Jerusalem et Sicilie Regi dnos Henricus illustris Roman. Rex, filius ejus nos cum multa precum instancia requisivit et requirendo rogavit,

quatenus coram predicto Dno Imperatore genitore suo mediatores essemus pro eo, et juraremus, quod si contingeret, dictum Regem non tenere, nec conservare Capitula, que dicto dno Imperatori patri suo juravit et fide data promisit secundum continenciam scriptorum, que communiter habent, et contra ea venerit, quod absit, nos ad insunacionem et requisicionem, quam dnus Imperator per certos et speciales nuncios et litteras suas nobis faciet, simus cum eo et assistamus ei contra eundem Regem filium suum ad paternum beneplacitum et mandatum, et ex tunc idem Rex a juramento fidelitatis, quo sibi tenemur, absolvit, ut inde simus penitus absoluti. Nos autem pro generali commodo et honore Imperii, et unanimitate ipsorum Dominorum nostrorum ad nimiam instantiam et preces Regis juravimus formam predictam solempniter coram patre, et, sicut tenemur, observabimus bona fide. Ad cujus rei memoriam presens scriptum fieri jussimus Sigillis nostris munitum. Actum apud Sibidacum iri foro Julii (apud Civitatem in Friola) anno dominice Incarnationis 1232. mense Aprilis, quinte Indictionis.

*Octo Sigilla adhuc adpendent:*

1. Salzburg. Archiepi, 2. Sifridi Epi Rat. 3. Hermanni Epi Herbipol.
4. Heinrici Epi Wormat. 5. Cunradi Electi Frising. 6. Cunradi abbatis S. Galli.
7. Equestre Ottonis ducis Meraniae, Palatini Burgundiae, et 8. Equestre Bernhardi Ducis Karinthiae.

**Num. CCCLXXXIV. 1232. mense Apr. Ex Originali.**

Ab Imp. Friderico II. prohibentur communia in Civitatibus consilia, Magistri seu Rectores Civium ac alii Officiales, nec non artificum confraternitates, cum caeteris Civitatuin abusibus.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus secundus divina favente clementia Rom. Imperator semper Augustus, Jeroslm et Sicilie Rex. Cum Romane monarchiam dignitatis ipso auctore, per quem reges regnant, et principes obtinent principatus, qui super gentes et regna constituit, secundum normam principalem teneamus et simus in potestatis plenitudine constituti, Imperatoriam condecet majestatem, eos, per quos cepit et in quibus consistit nostre glorie Celsitudo, qui et vocati suat nobiscum in partem sollicitudinis, cum a no-

stra Celsitudine decus recipiant et decorem, non solum in suis antiquis juribus tueri pariter et fovere, immo quantum equitas sinit et permittit ratio novis et honestis tam juris, quam gratie muneribus decenter et honorabiliter decorare. Sane cum ex defectu juris pariter et neglectu in partibus Alemanie adeo in usum sint redacte quedam consuetudines detestande, ut boni spem preferentes, iniquitatem quodam falso pallient velamento, quibus et principum Imperii nostri detrahitur et honori, et imperialis nichilominus auctoritas per consequens enervatur, nostre incumbit sollicitudini precavendum, ne hmoi consuetudines, quas censemus potius corruptelas, introducantur mora, tempora protrahantur. Volentes igitur, ut libertates et dona, que dilecti nri et imperii principes ex dono nostri Culminis nunc possident, et sunt pro tempore possessuri, latissima interpretatione gaudeant et quietas omnimodis ipsi principes ea possideant libertate, ac nostra edictali Sanctione revocamus in irritum et cassamus omni Civitati vel oppido Alemanie communia consilia, Magistros Civium seu Rectores, vel alios quoslibet Officiales, qui ab Universitate Civium sine Archiepiscoporum seu Episcoporum beneplacito statuuntur, quocunque per diversitatem locorum nomine censeantur, Irritamus nichilominus et cassamus cujuslibet artificii confraternitates seu Societates, quocunque nomine vulgariter appellantur. Item hac nostra Sanctione placuit statuendum, ut in omni Civitate vel oppido, ubi moneta jure cuditur, nec mercimonia, nec victualia aliquo argenti pondere. emanantur seu vendantur, preterquam illis denariis, qui cuilibet Civitati vel oppido communes; sicut enim temporibus retroactis ordinatio Civitatum et bonorum omnium, que ab Imperiali Celsitudine confirmiter ad Archiepos et Epos pertinebat, sic eandem Ordinationem ad ipsorum et eorum Officiales ab eis specialiter institutos perpetuo volumus pertinere, non obstante abusu aliquo, siquis in aliquam Civitate forte continuus extitisset, quod de facto potius, quam de jure censemus. Ut igitur talis omnino removeatur enormitas et abusus, nec auctoritatis aliqua velamine pallietur, omnia privilegia, litteras apertas vel clausas, quas nostra pietas vel Predecessorum nostrorum, Archiepiscoporum et Eporum super Societatibus communibus seu consiliis in preiudicium principum et imperii, sive private persone dedit, sive quilibet Civitati, ab hac die in antea in irritum revocamus et frivola penitus et inania reputamus, protestantes hanc nostre Constitutionis seu Sanctionis seriem exquisitam ex decreto principum et nostra certa Scientia iam forma iudicii processisse. Statuimus igitur et imperiali sancimus



Edicto, quatenus nulla omnino alta vel humilis, Ecclca vel mundana persona huic nostre Constitutioni, seu Sanctioni ullo adveniente tempore aliquatenus contraire vel obviare presumat: quod qui presumpserit, preter indignationem nostram sciat se 40 tt. auri puri pena mulctandum, quas fisco nostro volumus applicari. Ad hujus autem Constitutionis et Sanctionis nostre memoriam et robur perpetuum valiturum presentem paginam fieri et bulla aurea dipario nostre majestatia impresso jussimus communiri. Hujus rei testes sunt B. patriarcha aquilegens. A. Maidburgen. O. Ravennas, P. Panormitanus Archiepus, G. Babenbergen. S. Ratisponen. Imperialis aule Cancellarius, H. WORMATIEN, Brixien. Osnabrigg. Curien. Regium Ymolen. Mutinen. Javentium. Epi; A. Saxonie, O. Moravie et B. Carinthie duces, H. de Orthenberch, H. de Ramsawe, C. de Honenloh, S. de Spanheim et H. frater ejus, L. de Hohenstät Comites, G. de Arnstein, S. Imperii in Italia legatus, G. de Ponlandia, Gunzlinus, Richardus imperialis aule Cancellarius et alii quam plures.

*Signum dni Friderici secundi di gra invictissimi Romanorum Imperatoris semper Augusti, Irlem et Sicilie Regis. (Monogramma.)*

Ego Syfridns Ratisponen. Epus, imperialis aule Cancellarius vice dni Syfridi Moguntini archiepi in Germania Archicancellarii recognovi. Acta sunt hec anno dominice Incarnationis 1232. mense Aprilis, quinte Indict. Imperante dno nostro Friderico II. di gra invictissimo Rom. Imperatore semper augusto, Irlem et Sicilie rege, anno Rom. Imperii ejus XII. regni Irlem VII. regni vero Sicilie XXXIII. feliciter amen. Datum apud Aquilegam anno, mense et indict. prescriptis.

*Sigillum majestat. adpendet in bulla aurea.*

**Num. CCCLXXXV. 1232. mense Majo. Ex Originali:**

Proscriptio Comitum de Wasserburg et suorum Complicum propter spoliationem ministerialium Epi Ratisbon.

Fridricus dei gra Roman. Imperator semper augustus, Jerlem et Sicilie Rex. Per presens scriptum notum fieri volumus universis imperii fidelibus tara preesentibus, quam futuris, quod cum dilectus

Princeps noster Sifridus, venerabilis Ratispon. Epus, Imperialis aule Cancellarius in generali Curia apud Sibidatum presentibus Principibus conquestus fuent coram nobis, Conradum Comitem de Wazzirburg, Gebehart dictum Scichinger, Ottonem de Dedilhem, Ottonem de Aschowe, Karolum de Selehnebe, Srendelim de Rosinheim, Sibotum de Girecke, Gerunc de Leyminigin, Conradum de Alhardingin et complices suos Conradum servum Gebeardi de Sconinstedin et alios apud Ravennam spoliaverint quibusdam rebus. Nos ad querimoniam predicti Principis et Cancellarii nri, et quia id constitit manifeste, predictos omnes Principum approbante Sententia proscripsimus. Ad cuius proscriptionis memoriam presens scriptum fieri iussimus Majestatis nre Sigillo munitum. Hujus rei testes sunt: Patriarcha Aquilegen. Salzeburgen. Magdeburgen. et Ravenas Archiepi, E. Pabinbeig, ... Herbipol. H. Wormac. Epi, Abbas sci Galli, A. Saxonie, O. Meranie et B. Karinthie duces, Marchio de Baden, Comes H. de Ortenberc, Comes A. de Holsac. Guarnerius de Bolandia, G. ei C. de Hohenloe, Guzulmus Riccardus Cammerarius et alii quam plures. Actat sunt hec anno dominice incarnationis 1232. mense Maii, quinte Indict. Imperante dno Friderico secundo dei gra invictissimo Roman. Imperatore semper augusto, Jerlem et Sicilie rege, anno Imperii ejus duodecimo, regni Jerlem septimo, et regni Sicilie trecesimo quarto feliciter amen. Dat. apud Portum Naon. anno mense et Indict. prescriptis.

*Sigillum Majestat. integrum adpendet.*

### **Num. CCCLXXXVI. 1232**

Ludomia ducissa Bavariae vidua ex haereditate parentum suorum cum consensu filii sui Ducis Ottonis fundat prope Civitatem Landeshut in finibus Dioecesis Ratisbonensis pro remedio animarum maritorum suorum Ducis Ludovici, et Adelberti Comitis de Bogen, et pro salute filiorum suorum praedicti Ducis Ottonis, et Comitis Adelberti de Bogen Parthenonem Seeligenthal Ordinis Cisterciensis.

Acta sunt hec anno gratie 1232. Indictione V. presidente Ratisponensi Ecclesie venerabili dno Sifrido, ejusdem urbis Epo, et dilecto filio nostro sepe dicto Ottone ducatum Bawarie et palatinum Comitatum Reni tenente, quorum Sigillorum et nostri testimonio presentem paginam fecimus roborari.

*Mon. Boic. XV. 443.*

**Num. CCCLXXXVII. 1232 16. Febr. Ex Originali:**

Concessio omnium proventuum, Jurisdictionum ac justitiarum Judaeorum Ratisbonae degentium facta  
Epo Ratisbonensi per Regem Henricum.\*)

C. In nomine sce et individue Trinitatis. Henricus septimus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus. Sicut in omnibus imperii negotiis promovendis principes nostros coadjutores habemus, et quasi coherens brachium imperatorie majestatis, ita et nos tenemur eos liberaliter adjuvare muneribus et beneficiis ampliare. Notum igitur fieri volumus universis Imperii fidelibus tam presentibus, quam futuris, quod nos attendentes multa et grata servitia, que dilectus princeps nr Sifridus venerab. Ratispon. Epus, imperialis aule Cancellarius glorioso genitori nro Friderico Romanorum Imperatori semper Augusto, Jerusalem et Sicilie Regi, et nobis dudum exhibuit, et incessanter satagit exhibere, sperantes insuper ab eo recipere gratiora, de innata gratia nra Concessionem et donationem, quamdiu vixerit, omnium proventuum, Jurisdictionum et Justiarum omnium Judeorum degentium et habitantium in Ratispona cum omni jure et integritate, quemadmodum ad nram et Imperii Cameram spectare noscuntur, gratam, ratam habemus et firmam, presentium auctoritate mandantes, quatenus ammodo nulla persona sublimis vel humilis, Ecclca vel mundana contra presentis donationis et concessionis nre pagitiarn venire presumat: quod qui presumpserit, preter offensam nre majestati illatam XX. libras auri puri se compositurum agnoscat, quarum medietas Camere nre, et reliqua parti passe injuriam persolvatur. Ad hujus itaque gratitudinis et rati memoriam presentem litteram conscribi, et majestatis nre Sigillo jussimus communiri. H. r. t. sunt: Cunrad de Schmidelvelt, Eberhardus de Hertingisperge, Henricus inter latinos, Albertus nr camerarius de Rabinstaine, Hawardus de Holzswanc, Rudolf de Fuenenberc, et alii quam plures. Actum anno dominice Incarnationis 1233 XIII. Kal. Martii, Indictione VI.

\*) Epi Ratisponenses ab Imperatoribus super Censu Judaeorum infeudantur annis 1443. 50. 64. 67. 92, 95. 1502. 1510 et 1521. ac 17. Nov. 1522. Cammerarius et Senatus Ratisponensis se Epo obligant ad solvendas annuas 30 tt. denar. Rat. loco expulsorum Judaeorum.

Regnante dno Heinrico Romanorum rege justissimo, anno regni ejus undecimo.

*Signum domini Heinrici septimi, dei gratia invictissimi Romanorum regis semper augusti.*

*(Monogramma.)*

Datum apud Nurenberc, anno, mense et Indictione pretitulatis.

*Sigillum Majestat. Integrum adpendet.*

**Num. CCCLXXXVIII. 1233. 22. Febr. Ex Originali:**

Sifridus Epus Rat, deniacionem Monialibus ad S. Crucem a Civibus Rat. factam confirmat.

In nomine sce et individue Trinitatis amen. Sifridus dei gra Ratisponen. Epus, imperialis aule Cancellarius, omnibus presentem paginam inspecturis eternam salutem in domino. Licet miserator et misericors dominus, cujus misericordia est super omnia opera ejus, venerit in hunc mundum, salvos facere peccatores, cunctisque et singulis unam viam penitencie, que finis legis est, nos generantis in servitum et inicum gracie celestis, cujus beneficientes secundum promissionem heredes sumus et filii, demonstrare: aliquos tamen, ut fortiores resurgant, in peccatum labi permittit, ut eorum conversio aut Sanctorum sit gloria, aut fiat errantium disciplina, allos vero preveniente et comitante uberiori pietatis sue clemencia lapsu peccati mortalis et a corruptione carnis custodit incolumes, ut sicut primi gaudent de restauracione, sic isti de incorruptione letentur, de quibus quidam propter hominum maliciam, quia mundus totus positus est in maligno, non confidentes de Virtute propria, quia qui picem tetigerit, ab illa inquinabitur, arctiori se mancipare custodie sub obedientia degere, in paupertate vivere, hominis fugere decreverunt, ut quasi tacto morticino semetipsos usque ad hujus vite Vesperam sicut in lege veteri in mundos valeant liberius reputare, et tunc lotis vestibus ec candidis castra Sanctorum ingrediantur, panem vite commessuri et precium continencie recepturi, ac alii ut sequantur agnum Virgines permanere, eoquod si mente quis nupserit, carne esse Virginem nihil prodest. Cum ergo pastorem et rectorem Ecclesie sue ob hoc constituerit nos dominus, ut tam bonis, quam reprobis in consolacione et correctione, prout scimus et possumus, spiritalique et corporali

cibo provideamus in tempore, et ne supra cura gregis dominici negligentes reperiamur et tepidi, nocturnis eciam sit vigilandum Vigiliis, precipue tanquam infirmiori Vasculo muliebri sexui vidimus providendum.

Unde notum sit universis, quod dilecti Cives Ratisponenses ad petitionem nram pauperibus sororibus, que ante urbem in nomine domini et de nostra bona Voluntate degunt, quas dudum eciam in nram protectionem recepimus, aream ad edificandam domum cum aliis sibi necessariis super lapidicinam juxta murum interius ad occidentalem partem Civitatis sine conditione qualibet contulerunt, ut quia penitentes Sorores ad Orientem ejusdem Civitatis quasi spiritales custodes locate sunt, ab Occidente eadem Civitas laude dei nominis et spiritali custodia non privetur. Acta sunt hec anno graciae 1233. Indictione VI. Pontificatus nri anno VI. octavo Kal. Martii, presentibus melioribus tam militibus, quam civibus Ratisponensibus, et precipue Gozwino milite de porta, Heinricho milite inter latinos, Baldewino milite ante urbem, Baldewino Tülsone, Luithardo Cive et Curia et multis aliis. Ut autem huic donationi nullus ausu temerario, invidie vel odii stimulatus aculeo possit vel audeat contradicere, dictam aream sub dei omnipotentis et nram recipimus protectionem, presentemque donationis paginam Sigilli nri impressione ac Civium fecimus communiri.

*Duo Sigilla integra adpendent: Sigillum Civium habet S. Petrum simpliciter, et Circumscriptionem inversam.*

#### **Num. CCCLXXXIX. 1233. Ex Originali:**

Albertus Comes de Bogen Curiam suam Ratisbonae fratribus Minor. ibidem donat.

Cum ex longi successu temporis facta mortalium sepe corradat oblivio, ea, que jugi memorie hominum subesse volumus, solemus scripturarum testimoniis commendare. Hinc est, quod ego Albertus Comes de Bogen, voto Crucis assumpto, in viam peregrinationis transmarine me preparans, curiam meam in civitate Ratisponensi, in latere Capelle Sancti Salvatoris sitam, cum omnibus angulis suis et locis, in quibus erant officine tam avi, quam patris mei, videlicet coquine, stupe, solaria, spisegadem, seu alie camerule curie, cum consensu ma-

tris mee, nobilis Ducisse vidue, Ludmie, nec non et fratris nostri Ottonis illustris Ducis Bawarie et Comitis Palatini Reni, super altare ejusdem Capelle, in honorem sancti Salvatoris et omnium Sanctorum, in remedium peccatorum meorum libere delegavi, tam in usum et residentiam fratrum minorum Deo famulantium, quam etiam in alias necessitates ante dicte Capelle perpetualiter devolvendam. Facta est hec mea donatio Anno Dominice incarnationis Millesimo, Ducentesimo tricesimo tercio, in die sci Silvestri, in campo quodam iuxta Bogen presentibus meis hominibus quam pluribus. Publicata est autem postea per me ipsum in locis pluribus. Primo in superiori Stouffe in die circumcissionis Dni coram matre mea predicta; dein in Ratispona in octava beati Stephani in domo Dni Gozwini coram multis civibus eiusdem civitatis. Denique in octava beati Johannis Evangeliste in Abbach coram fratre nostro Duce prefato et aliis multis. Testes huius mee collationis sunt omnes persone supra denominate, nec non et Hoholt de Wolentsa, Alram de Halse, Ortlieb an der Heide, Chunrat de Hohenvels, Ulr. de Liubolfingen, Heinr. de Phullingen Marscalchus, Berloh de Froemlinsberge, Wernbart de Rindesperch, Liutolt Pincerna, Heinrich de Aphalter, Albertus de Nusperch, Liupoldus Pragaer et alii quam plures. Ut autem hec in perpetuum stabilia et inconvulsa permaneant, nec aliqua debeat posthac oriri de eis suspicio, in presenti paginula conscribi ea feci, quam tam mei proprii, quam matris mee et fratris nostri sepepredicti, quam etiam civium Ratisponensium Sigillorum munimine disposui roborari, anno graciae 1233.

*Quatuor Sigilla integra adpendent.*

**Num. CCCXC. 1234. 17. Febr. Ex Originali:**

Conradi pincernae de Wintersteten resignatio reddituum ad 6 libras ex praedio suo Hausen facta Epo Ratisbon.

Henricus di gra Roman. Rex semper Augustus, Universis fidelibus suis presens scriptum intuentibus gram suam et omne bonum. Tenore presentium notum esse volumus universis, quod fidelis nr C. pincerna de Wintersteten dilecto principi nro venerabili Ratisponen. Epo, Imperialis aule Cancellario de predio suo in Husen sex librarum augusten. monete redditus resignavit, et in presentia nra contra-

didit, quos de manu sua pro feodo recepit, ita quod ipse et lieredes sui a prefato Epo et Successoribus suis eosdem redditus feudali jure debeant possidere. Et ut hec rata et firma permaneant, Sigilli nri appositione presentem paginam fecimus communiri. Dat. Franchenfurt XIII. Kal. Martii, Indictione septima.

*Sigillum majestat, illaesum adpendet.*

**Num. CCCXCI. 1234. 1. Sept. Ex Originali.**

Sifridus Epus Rat. et Conradus Comes de Wasserburg ad mutuuum auxillium coafoederantur, Comitique tuenda dantur Castra Engelsberg, Alt- et Neubeyrn, Hohenburg ad Oenum atque Königswart.

In nomine dni amen. Notum sit omnibus presentes Litteras inpecturis, quod nos Sifridus miseratione divina Ratisponensis Epus, Imperialis aule Cancellarius nobilem Virum Chunradum Comitem de Wazzerburch in auxilium nobis et Eccleie nre, quamdiu vixerimus, conquisivimus tali ordine pactionis, quod idem Goijies nobis et Eccleie nre, quamdiu vixerit, contra quoslibet adversarios Eccleie, excepto imperio et duce Bawarie, fideliter coassistet, nec tamen, si inter nos et ducem aliqua dissensio emergeret, ducis erit contra nos et Eccleiam nram aliquatenus coadiutor, immo se pro bono pacis et concordie fideliter interponet. Tuitioni quoque ac defensionis prefati Comitis commisimus Castra nra Engelsperch, ulrumque Pueren, Hohenburch, Chunigeswarte cum universis ministerialibus Eccleie, prediis et proventibus universis, eisdem Castris adjacentibus et attinentibus a quibuslibet adversantibus bona fide pro viribus defensanda, specialiter quoque advocatiam in Absriute sibi commisimus defensaridam bona fide, hac eidem pro ducentis libris Ratisponensis monete obligavimus eandem tali conditione, quod preter advocatiam jus debitum et statutum ea aliquatenus non utatur, et quicquid de ipsa receperit, computabit in solutionem pecunie memorate, reservata nobis absolvendi eandem pro 200 libris libera facultate, quandocumque nobis id fuerit oportunum. Et si idem Comes ante solutionem prefate pecunie decesserit, quicquid de ipsa residuum fuerit, pro remedio anime sue Ratisponen. Eccleie tradidit et legavit. Preterea pro prestando sibi auxilio in negotiis et defensionibus nris ac etiam suis, quas de nra conscientia et consilia disponet, eidem Comiti obligavi-

mus nos premissis, recepta ab ipso econverso ad aram beati Petri Ratispone juratoria cautione de observandis omnibus supradictis. Canonici quoque Ecclesie Cathedralis, quorum nomina sunt hec: Eberhardus major prepositus, Chunradus decanus, Ulricus prepositus sancti Johannis, Magr Johannes archid. Magr Siboto Scolasticus, Hainricus Semannus, data fide juraverunt, quod ad auxiliandum Comiti in rebus et suis negotiis, prout supra est expressum, precibus, monitis et consiliis nos inducent et nos efficaciter Successores. Ministeriales quoque nri, quorum nomina sunt hec: Chunradus et Hainricus fratres de Hohenfelse, Reimarus de Brennenberch, Arnoldus de Shönevelt, Hermanus et Magenso fratres de Lihtenberch, Gozwinus de porta, Otto et Zacharias de Tispach, Fridericus Semannus, auxiliari et idem consulere juraverunt, quamdiu dictus Comes in devotione et auxilio Ratispon. Ecclesie firmus et stabilis perseveret. Ministeriales etiam Comitis, quorum hec sunt nomina: Chuno de Itenbach, Hainricus de Etelingen, Berhtoldus de Laiminge, Siboto et Gebhardus fratres de Schonstet, Albertus de Werberch, Hainricus de Lantchanpf, Hainricus de Trauendorf, Ingelrammus de Sechsenheim, Mengotus pincerna, Chunradus marscalcus, versa vice juraverunt, quod consilium et auxilium bona fide et absque malo ingenio suo dno prestabunt ad predicta omnia fideliter observanda. Et ut hec rata et firma permaneant, Sigillo nro et Sigillo Comitis antedicti presentem paginam fecimus communiri. Testes sunt hii: Perhtoldus abbas sancti Emmerami, Ernestus abbas de superiori Althaha, frater Otto Subprior ordinis Predicatorum, Magr Johannes archid. Ulricus prepositus sancti Johannis, Dietricus de Schonenvelt, Magr Hugo, Albertus obellarius, Hermanus de Windespach, Hainricus Semannus, Gozwinus de porta, Perhtoldus de Oberendorf, Chalhohus de Curia Canonici Ratispon. Laici vero Reimarus de Brennenberch, Gozwinus de porta, Hainricus inter latinos, Ortliebus in Heida, Liupoldus Pragarius, Chunradus de Wichse, Gozwinus apud Were, Hainricus prepositus de superiori monasterio, Paldwinus ante urbem, Carulus marscalcus, Gotfridus magr coquine, Otto marscalcus, Rapoto scultetus, Gerhardus inter rasores, Rudigerus super danubio, Perhtoldus Veslarius et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice Incarnationis 1234. Indictione VII. Kal. Sept. Pontificatus nri anno octavo.

*Duo Sigilla Epi, et Comitis equestre integra adpendent.*



**Num. CCCXCII. 1235, Octobris. Ex Diplomatario:**

Sifridi Episcopi Ratisbon. arbitramentum inter Coenobium Prülense et Goezwinum de Eckmül circa  
praedium in Talmassing.

In nomine sancte et individue Trinitatis Amen. Sifridus dei gratia Ratispon. Epus, imperialis aule Cancellarius omnibus in perpetuum. Oblivionis dolique morbis cogitantes esse salubri scriptorum medicamine occurrendum, per scriptum presens memorie imprimimus presentium, et ad notitiam transferimus futurorum, quod facta quondam coemptione quadam inter abbatem et conventum Prulensem ex parte una, et Ekebertum dapiferum de Ekenmul ex altera de quodam predio in Talmazingen, illaque rite solemnizata per debitam publicationem in indicto placito coram Duce directo iudice terre factam, per quam coemptioni contradicere volentibus data est copia reclamandi, confirmataque nullo reclamante, ut decuit, per Sigilla principum, videlicet antecessoris nostri dni Chunradi fel. mem. Ratispan. Episcopi, virique illustris Ludeuici Palatini Rheni, Ducis Bawar. Eandem elapso tempore aliquanto Goezwinus frater ejusdem dapiferi cepit impetere conventum Prulensem super predio memorato, ipsum ex paterna successione asserens esse suum, et exinde venditionem seu donationem a fratre sine suo assensu factam nihil habere roboris, neque juris. Sed cum partes ita nos respicerent, ut utrique prospicere deberemus, assumptam nobis eandem causam terminavimus in hunc modum: Abbas et Conventus Prulensis, quamquam ex coemptione solempni bene cauta et perfecta pleno jure gauderent, propter quietem tamen et pacem commodius per compositionem, quam per juris examen obtinendam dederunt Goezwino sex libras denar, et Goezwinus e converso consentiens in venditionem seu donationem fratris renuntiaverit omni actioni et impetitioni habitis et habendis tam contra fratrem suum predictum, quam contra conventum et Ecclesiam Prulensem super predio memorato, et omne jus proprietatis, quod in ipso habuit vel habere videbatur, donavit Ecclesie Prulensi, et tam conventum ejus, quam et fratrem proprium proclamavit coram nobis a sua inquietacione absolutos de cetero et quietos. Et quia scripta nuda tam ad facti memoriam non operantur, nec fidem plenam pariunt, nisi et subsidio testimonii et Sigillorum auctoritatibus fulciantur, presentem cartulam in robur hujus compositionis conscriptam nominum eorum, qui interfuerunt, subnotacione pro testimonio, et Sigillo nostro pro auctoritate placuit communiri, Testes autem sunt hii: Eberhardus

de Abensperch major prepositus, Ulricus de Dornberch prepositus sancti Joannis, Magister Johannes de Richenbach archidiaconus, Magister Siboto Scolasticus Canonici Ecclesie nostre majoris. Laici: Goezwinus apud portam, Liupoldus cognomine Pragaer, Henricus inter latinos et alti quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnationis 1235. Dat. Ratispone III. Kal. Novembris, Epscopatus nostri anno decimo, Indict. II.

**Num. CCCXCIII. 1236. Ex Originali:**

Traditio domini ac proprietatis in Geltolfing facta Ecclesiae Rat, ab Ulrico de Geltolfing. Sifridus sola miseratione divina Ratispon. Epus, Imperial. aule Cancellarius omnibus in perpetuum. Quia sepe fit, ut proprietati originis obsistat longinquitas temporis, et ideo bene disposita vel omnino pereunt, vel litigiosa fiunt; ne id subrepat in presenti negotio, noverit omnis etas tam presens, quam futura, quod nobilis vir Ulricus de Geltolfing ministerialis nre Eccleie, et ejus uxor Adelhaid dominium totius proprietatis sue in Geltolfing et alibi, sive infeodata fuerint per ipsum, sive pignori obligata, vel quocunque modo alienata, culta et inculta, quesita et inquirenda cum omni jure ac attinentiis suis nobis et Eccleie nre per manum Salmannorum, videl. Karuli Gransonis, et Hainrici de Cidelarn sub testimonio videntium et audientium nemine contradicente cum solempnitate debita tradiderunt homines ipsorum predictis bonis attinentes cum omni posteritate eorundem ac supradicta solempnitate nobis et Eccleie nre similiter assignarunt. Nos vero devotioni ipsorum favore debito respondententes, prefatum nobilem et ejus uxorem de bonis supradictis de consilio nri Capituli infeodare curavimus sub tali pactioe ac tenore, quod preter nrum beneplacitum ac assensum, ac nrorum Successorum de bonis prenominate nichil alienare quocunque modo presumant, et si quid super hiis attemptaverint, tam bona, quam homines libere cedant in usus Ratisponen. Eccleie et Pontificis tunc pro tempore presidentis. Ut autem predicta donatio et pactio fortius roborentur, Sigillis nro et Chori, nec non universitatis Ratispon. Civium, et subscriptione testium fecimus communiri. Hujus rei testes sunt Chunradus decanus, Siboto Scolasticus, Semannus Archidiac. Ulricus prepositus sci Johannis, Gelpfradus, Chunradus de Veltkirchen; Laici vero Rei-

marus de Brennenberc, Arnolt de Schönvelt, Hainrich prepositus inter latinos, Magensa de Liechtenberc, Chunradus de Schrotshoven, Friderich de Perge, Chunrad de Wihse, Hainrich prepositus de superiori monasterio, Hainrich Zannarius, Liupult Pragarius, Bruno de Ahkirchen et alii quam plures. Datura anno gratie 1236. Pontificatus nri anno X. Indictione VIII.

*Duo Sigilla tantum adpendent, isto Chori seu Capituli cathedralis avulso.*

**Num. CCCXCIV. 1237. 18. Martii:**

Sifridus Epus Rat. litem inter Monasterium Rorense, et Mainhardum Comitem de Rotteneck advocatum, dictum Monasterium molestantem per amicabilem Compositionem determinat, et advocato jura limitata praescribit. Acta sunt haec anno dominicae Incarnationis 1237. Indictione X. Datum

Ratisponae XV. Kalend. Aprilis, Epatus nostri anno undecimo.

Quinque adpendent Sigilla Epi Sifridi, Comitum Meinhardi equestre, Eberhardi de Abensperch Praepositi Ecclesiae maj. ac Praepositi et Conventus Rorensis.

*Mon. Boic. XVI. 119*

**Num. CCCXCV. 1237. 5 Maii. Originali:**

Compositio facta inter Sifridum Epum Rat. et Ottonem Ducem Bavariae.

In nomine domini amen. Pateat universis, quod nos Sifridus miseratione divina Epus Ecclesie Ratispon. Imperialis aule Cancellarius, et nos Otto dei gra Comes Palat. Reni, dux Bawarie confitemur et solempniter protestamur, hanc subscriptam Compositionem apud Ratisponam mutuo celebrasse. Inprimis siquidem is articulus taliter est planatus: filii ministerialium in Tyspach, qui ministerialibus dni ducis per matrimonium se junxerunt, si copula illorum de jure stare poterit, in domino firma manebit, alioquin dno Epo et Eccleie Ratispon. restituentur juxta ordinationem et inspectionem decani Eisteteten. et Scolastici Ratispon. nec non ministerialium duorum, Arnoldi de Schönvelt et Sifridi de Vrowenhoven aput Landshut proxima feria quarta post diem Pentecostes, que ordinatio et inspectio ab eis pro utraque parte sub religione juramenti ordinabitur

bona fide: quorum autem matrimonium stare non poterit, eorum heredes equaliter dividuntur, primogenito vel primogenita Epo remanente. Item a promissionibus, pactionibus seu obligationibus, quibus se Meyngottus de Saulberch ministerialis Eccleie Ratisponen. et ejus sponsores in hac parte dno duci inculcarunt, liberi et quieti in hiis omnibus permanebunt, ita tamen, ut Eccleie Augusten. de commissis coram dno Epo Ratispon. satisfaciant, ut tenentur: pro dampnis autem ab Ulrico de Vriunthsperch in montanis, nec non ab aliis ministerialibus ducis in Eberspiunt, et a Castellanis de Landawe in Pilstinge illatis Eccleie Ratispon. solvet dnus dux pro dampnis eisdem Epo, vel ejus Successori ducenta quinquaginta talenta Ratispon. monete, de quibus medietatem ejusdem pecunie in proximo festo Nativitatis B. M. V. et reliquam partem in proxima Epiphania dni plene persolvat, pro qua pecunia Henricus Monasteriensis et Fridericus Ottingens prepositi, et Leutoldus pincerna de Owe, Sifridus de Vrowenhoven, Eberhardus de Hove, et Chunradus de Stauffe Frater dicti prepositi Ottingensis ministeriales dni ducis se taliter obligarunt, ut si pecunia prenominata, ata constitutis terminis non solvetur, iidem sponsores Civitatem Ratispon. intrabunt, ab illa non exituri, donec ipsa pecunia persolvatur. Item de dampnis alias generaliter Epo per homines ducis, et duci per homines Epi illatis abhinc usque ad proximum festum Martini satisfactionem uterque alteri exhibebit secundum formam talem, scilicet, quod quicumque hominum ducis ab Epo de dampnis aliquibus fuerit impetitus, ablata restituet, prout eadem iuramento tertie manus suorum comparum, qui dampno non interfuerunt, idem verius estimabit, et econverso duci fiet de hominibus Epi eo modo. De advocatiis autem in Erle, Leyrendorf et in Walcheringe, cui debeant cedere Epo vel duci, prepositus sci Iohannis, et Fridericus miles de Perge pro parte Epi, et Henricus de Ergoltinge, et Eberhardus de Chleyheim pro parte ducis ad hoc deputati inquisitione habita diligenti abhinc usque ad proximum festum Johannis Baptiste pronuntiabunt, cui predictorum dnorum advocatie he debeant deservire, ita tamen, ut in quam tres eorum sententiam convenerint, quartus convenire non possit, sed si nec sic poterunt concordare, Ratisponam intrabunt, ab illa non exituri, donec hoc negotium finem debitum sortiatur. Ad hec advocatia Eccleie in Prul per Arnoldum de Schönvelt et G. de porta et C. de Wihse pro parte Epi, pro parte vero ducis H. prepositum Monasteriens. et L. pincernam et Ortliebum in Hayda bona fide infra eundem terminum equaliter dividetur. Item Paldwino militi

justitia fiet de dampnis sibi illatis per dnum ducem ad consilium Epi sepedicti; faciet etiam justitiam dno Epo de silva succisa in Niuchhingen dnus dux, a quibuscunque dampnum ipsum Epo videbitur illatum esse. Item utrum Castenarius de Ach et heredes sui dno Epo attineant vel duci, G. de Griezpach et E. de Chleyheim infra terminum prenotatum juramento proprio declarabunt. Ceterum de Castro Rosenheim dnus dux justitiam faciet dno Epo, cum fuerit requisitus. Ad hec strata in Pilstinge deinceps non impediatur, sed quieta et libera permanebit. Et ut Compositio prenotata robur obtineat firmitatis, ipsam coram subscriptis testibus nostrorum Sigillorum munimine fecimus roborari. Sunt autem testes de Capitulo Ratispon. Eberhardus major prepositus, Henricus Seemann archid. Ulricus del Dornbervh prepositus sci Johannis, Magr Johannes, Magr Siboto scolasticus, Magr Marquardus, Fridericus de Stauffe, Heinricus prepositus Monasteriens. Hugo et Godfridus Capellani ducis, Albertus Comes de Tyrol, Hoholdus de Wolmsahe, Alb. de Nieffe, Leutoldus de Owe, Sifridus de Vrowenhoven, Ortliebus in Hayda, Gotfridus de Griezpach, Arnoldus de Schönvelt, Gozwinus apud portam, Cbunradus de Wihse, et alii quam plures, Actum Ratispone anno dominice Incarnationis 1237. III. Nonas Maii.

*Duo Sigilla, Epi, et Ottonis Ducis adpendent.*

**Num. CCCXCVI. 1237. Ex Originali:**

Henricus Comes de Ortenburg in Murach donat Parthenoni ad S. Crucem Ratisbonae in vim dotationis dominium Ecclesiae Schwarzhofensis cum pertinentiis.

Heinricus Dei gratia Comes de Ortenberg universis Christi fidelibus salutem, in perpetuum. Omnium eorum, que fiunt, memoriam habere, et nihil ipsorum oblivisci, hoc potius divini juris est, quam humani. Hinc est, quod universitati singulorum et omnium constare volumus et patere, quod nos ad laudem et gloriam Creatoris nostri, in remissionem omnium peccatorum, parentum, uxorum et filiorum nostrorum, et pro eterna mercede Ecclesiam in Schwarzhofen cum omnibus rebus et jure nostro Sororibus de Ordine S Sixti, que vocantur ante urbem in Ratispona, auctoritate presentium donavimus proprietatem Ecclesie ipsius, cum suis pertinentiis, et dominium integraliter et pure in ipsas transferentes; volentes, quod Ecclesia predictarum

Sororum in honorem sancte Trinitatis, Genitricis Virginis Marie, Johannis Evangeliste et sancte Elisabeth, medio tempore de facultatibus Ecclesie Schwarzhofen construatur, et demum constructa per predictam Ecclesiam solemniter dotetur. Ne autem de predicta donatione aliquo modo dubitetur, sed ut in perpetuum rata sit, et irrevocabiliter permaneat, presentem paginam munimine Sigilli nostri roboramus. Testes Rieza, uxor ipsius Comitis, Henricus filius ipsius Comitis, Rapoto Comes Palatinus, Rupertus Stoero, Dietericus Judex de Sneberg, Gottfridus de Kemenaten, Conrad de Piverbach, Fridericus de Deminsperc, Gerungus et Cunradus de Hove, Fridericus de Pach, Reimpoto de Tannestein, Rudigerus Parrochianus de Viehta, Reimpoto Notarius, fratres Henricus et Albertus de Ordine Predicatorum, et alii quam plures. Revocamus igitur per presens scriptum omnia testamenta de sepe dicta Ecclesia facta, non obstantibus litteris super ea datis. Acta sunt hec in Castro Murach anno gratie 1237.

*Duo Sigilla integra adpendent, a. Henrici Comitis, b. Riezae uxoris suae.*

**Num. CCCXCVII. 1238, 15. Maii. Ex Originali:**

Confirmatio predictae donationis a Sifrido Epo Ratisbonensi facta.

Sifridus sola miseratione divina Ratispon. Episc. imperialis Aule Cancellarius, omnibus in perpetuum. Sicut hominum acta recommendabilia benigno prosequimus affectu, sic eadem, ubi nos respexerint, digno semper et necessario effectu juvare intendimus et firmare. Pari utique modo constante per Privilegium nobilis viri Henrici Comitis de Ortenberg, qualiter ipse cum consensu nobilis matrone Domine Rihze, tunc uxoris sue, ac filii sui Henrici Comitis, et Rapotonis Palatini Comitis, ad laudem et gloriam Jesu Christi, et in remedium animarum, proprie videlicet ac parentum et filiorum suorum, nec non et uxorum et filiarum suarum, Ecclesiam Schwarzhoven cum omni proprietate fundi et attinentium, omni videlicet jure, quod habebat in ea, donavit Conventui Sororum Ratispone in occidentali suburbio Deo famulantium sub regula S. Augustini, et Ordine S. Sixti de urbe virtutum, jus presentandi ad Ecelesiam Schwarzhoven, et omne dominium et omne jus, quo in ea potiebatur, integraliter et plene sine omni Conditione, et cujusquam Contradictione in eundem Conventum dotis titulo transferendo. Nos eandem donationem commendabilem de sincera

emanentem devotione ratam habemus, et Sigilli nostri munimine roboramus et confirmamus.

Acta sunt hec anno Gratie 1238. Datum Ratispone Anno eodem, Idus Maii, indictione X. Pontificatus nostri anno undecimo.

*Sifridi Epi Sigillum adpendet illaesum.*

**Num. CCCXCVIII. 1238. 1. Maii. Ex Originali:**

Epi Sifridi privilegium datum monasterio sancti Jacobi Ratisbon. super fundo juxta turrim Caesaris. Sifridus miseratione divina Ratisponen. Epus, imperialis aule Cancellarius, omnibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Ad noticiam deducimus universis, quod nos donacionem aree in occidentali suburbio infra muros Civitatis juxta longitudinem arearum sancti Jacobi ad Scotos site, eidem Ecclesie sancti Jacobi ab Universitate Civium nostrorum Ratisponensi factam, ratam habemus, et quantum ad Pontificatus nostri potestatem pertinet, confirmamus, Sigillo nostro et predictae Universitatis Ratisponensium Civium presentes litteras roborantes. Hujus rei testes sunt: Eberhardus major prepositus, Counradus decanus, Ulricus prepositus sancti Johanni, Magister Marquardus, Magister Johannes archidiaconus, Magister Götfridus archidiaconus Canonici Ratisponenses, Magister Eberhardus plebanus sancti Cassiani. Laici vero, Gözwinus de porta, Ortliebus in Haida, Counradus de Wihse, Balduinus ante urbem, Heinricus Zannaer, Gözwinus bei der Wehr et filius suus Gözwinus, Heinricus de Aw prepositus superioris Monasterii, Ekebertus inter latinos, Liutuinus de Capella, Karolus Grans, Otto Pragarius, Ortliebus Köpfelmann magister Vigilie, Ulricus Becher magister Vigilie ante urbem, Rapoto inter rasores scultetus, Alhardus Süzo thelonearius, Gerhardus inter rasores Hansgravius, Fridericus Ambergarius, Bernoldus Sueve filius, Heinricus Tiemonis filius, Maehtfridus Wurcel, Ekebardus et Uto de Brunneleit, Wernherus Hüzo, Gahmigerus et Karolus frater suus, Liuthardus in Curia, Sibot Zannarius, Uto in foro, Bertholdus dictus clericus et alii quam plures. Datum anno Domini 1238. in Kalend. Maii, Indictione X. Pontificatus nostri anno XI.

*Duo Sigilla et Epi, et Civium sunt deperdita.*

**Num. CCCXCIX. 1238. 17. Maii. Ex Diplomatario:**

Traditio praedii in Salhaupt ad Ceenobium in Prühl facta a Reimaro de Prennberg.

Sifridus miseratione divina Ratispon. Epus, imperialis aule Cancellarius, omnibus presentium inspectoribus salutem in domino. Ad notitiam deducimus universis, quod dilectus nobis ministerialis Ecclesie nostre Reimarus, dictus de Prennberg quoddam praedium suum in Sallehoupt situm de nostra conscientia Ecclesie beati Viti in Prül, in qua etiam sibi elegerat sepulturam, cum assensu honeste domine uxoris sue Alhaidis et filii sui Reimari pro remedio anime sue sine contradictione cujuspiam in proprium tradidit, ab eadem Ecclesia pleno jure perpetualiter possidendum; quam etiam donationem prefata uxor dicti Reimari defuncti cum assensu Reimari filii sui memorati ratam habuit, cum apud sepredictam Ecclesiam Prülensem suis exequiis interessent. In cujus rei memoriam eidem Ecclesie obtentu dilecti nobis in Xpo Gozwini abbatis in Prül presentes litteras Sigilli nostri appensione tradidimus confirmatas. Hujus rei testes sunt: Eberhardus major prepositus, Dietricus de Schönenvelt, Ulricus prepositus sci Joannis dictus de Dornberc, Gözwinus de porta, Ratispon. Canonici; Hermannus et Eko fratres de Liechtenberc, Ortliebus in Heida, Baldwinus in suburbio et Balswinus filius suus, Heinricus inter latinos et Ekebertas frater suus, Conradus de Wihse et Gözwinus frater suus, Gözwinus bi der Wer et Gözwinus filius suus, Heinricus, Cunradus, Berhtoldus et alii quam plures. Datum anno dni 1238. XVI. Kal. Junii, Indict. XI. Pontificatus nostri anno XI.

**Num. CCCC. 1239. 30. April. Ex Originali:**

Assumptio duorum Vicariorum in Ecclesia majori Ratisbonensi.

Universis Xpi fidelibus presentem paginam inspecturis E. prepositus, C. decanus totumque Ratispon. Capitulum salutem in dno. Noverint universi tam presentes, quam futuri, et qui nascantur, narrent ea posteritati sue, quod non modicum Sacerdotum defectum nra pateretur Ecclia, ob reverentiam divini Cultus et suppletionem memorati defectus duos Vicarios Sacerdotes esse deserviendos Ecclie in



perpetuum auctoritate dni nri Sifridi Epi et consensu accedente, unanimiter ordinavimus, ad dei et beati Petri gloriam et uberiolem divinatorum executionem, de proventibus unius Ecclesie nre prebende, si dni Pape consensus accesserit, ipsis provide bona fide communiter promittentes. Supradicti vero Vicarii modo infra subnotato in nro Choro suum propensius officium exequentur, privatis diebus, quando pleno caremus officio, unus ipsorum per septimanam unam, alter per aliam in collateralibus Chori beati Petri altaribus missam cum solempnitate debita celebrabit: in matutinis etiam et Vesperis et omnibus aliis horis canonicis sacerdotali officio et obsequio diebus ante dictis nram Ecclesiam devote et reverenter officiant. Quod si alterum ipsorum infirmitate gravi vel alio legitimo quovis impedimento, de quo constare possit, prepediri contingat, consors ipsius vicem et obedientiam ejusdem sine difficultate qualibet adimplebit. Si autem eodem tempore uterque ipsorum impotens quocumque casu videatur, ea, que diximus, exercere Confrater nr Sacerdos, cujus secundum consuetum statum et ordinem officianti Ecclesiam fuerit septimana, in singulis horis canonicis et misse in summo altari celebratione suum officium, quousque pretaxata cessaverit impotentia, more solito studiosius exequetur, eidem etiam Vicarii altare beati Petri et gloriosissime Virginis, cum in eis summa missa fuerit celebranda, pallis mundis et manuteriis albis Ecclesie ipsis ministrantibus decenter preparabunt: insuper universis horis canonicis in Choro vel Ecclesia nra cantandis vel legendis intererunt indesinenter, absentias et occupationes nras eorum continua presentia supplendo, nisi morbo vel alia quavis aperta et liquida necessitate valeant excusari. Vicarius etiam, qui secundum ordinem vicis sue uram fuerit officiantur Ecclesiam, nusquam alias nisi in nro Choro missam celebrabit. Verum si aliquis Concanonicorum nrorum Sacerdotum ex devotione profestis diebus missam celebrare voluerit in summo altari, liberam in hoc habeat facultatem. Quod si alter ipsorum vel ambo ea, que prediximus, studiose non servaverint, nec prelibato modo suum officium exercuerint, ipso jure vacent eorum Vicarie, et per Caplum nrum aliis idoneis personis, que supradicta propensius adimpleant, protinus assignentur, et si forsitan contendere super juribus Vicariarum suarum nobiscum voluerint, ipso facto penam contrahant Excommunicationis, et graviore pene a nobis infligende nichilominus subjacebunt. Ut igitur hec nra provisio et ordinatio firma et inconvulsa in posterum permaneat, presentem litteram seriem rei continentem conscribi fecimus, et Sigilli dni

nri Epi et nri muninine fecimus roborari. Datum anno dni 1239. pridie Kal. Maii.

*Duo Sigilla appendent.*

**Num. CCCCI. 1240. 4. Sept. Ex Originali:**

Traditio Curiae in Frantenhausen ad hospitale sanctae Catharinae Ratisbonae.

Nos Sifridus miseracione divina Ratisponen. Epus, Imperialis aule Cancellarius, notum facimus universis presencium inspectoribus, quod Otto quondam iudex noster in Tispach et Maehtildis uxor sua cum assensu Maerkelini filii sui, et filie sue Maehtildis apud Tispach in nostra presencia constituti quandam curiam in Frantenhausen, quam hactenus nomine proprietatis possederunt, per manus Ratoldi de Tispach ejusdem curie Salmani hospitali trans pontem Ratispon. eodem proprietatis titulo sine contradictione cujuspiam tradiderunt. In cujus rei memoriam presentem litteram conscribi fecimus et Sigilli nostri munimine roborari. Hujus rei testes sunt: Herwicus decanus de Vihtpach, Fridericus plebanus de Liuchinge, Chunradus plebanus de Ahbach; Laici: Chunradus de Sünchinge, Otto de Cheveringe, Gotfridus de Griescenbach, Chunradus miles de Egelolfsheim, Gotschalcus de Tanpach, Fridericus Schermer, Chunradus Pölnchover, Ulricus de Laichelinge, Dietricus de Motzinge, Heinricus de Eberspiunt, Heinricus Gunbaer, Fridericus de Armansperge, Chunradus filius Chunradi de Luterbach, Perhtoldus de Dingolvinge, Albero Ledegaer, Rudegerus de Celle sagittarius, Hertwicus de Helmenhoven, Chunradus Gogel, Ulricus cellarius, Heinricus sagittarius de Gaden, Chunradus Pezchovär, Liebhardus de Mündrachinge, Fridericus cle Sünchinge, Perhtoldus Ungesit, Siboto Tüsel, Wolframus Götelchovär, Heinricus Schreier et alii quam plures. Actum apud Tispach anno Dni 1240. pridie Non. Sept. Pontificatus nostri anno quartodecimo.

*Sigillum integrum adpendent.*

**Num. CCCCI. 1240. 16. Oct. Ex Originali:**

Reversales Friderici de Perge super Castro in Zeizkofen ab Epo Rat. infeudati.

Ego Fridericus de Perge notum facio universis presentes litteras inspecturis, quod Castrum in Zeizkofen, cum omnibus suis perti-

nentiis tam custis, quam incultis, quod dnus meus Sifridus Ratispon. Epus, imperialis aule  
 Cancellarius Eccle sue absolute comparavit in proprium, ab ipso in feodo recepi tali conditione  
 adhibita, quod idem Castrum cum bonis prenomatis ad nullum heredum meorum devolvatur, qui non  
 fuerit ministerialis Ratispon. Eccle, vel qui matrimonium non contraxerit cum familia ipsius Ecclesie,  
 sed quantocius heredes mei ab Ecclia Rat. alienati fuerint, Castrum sepe dictum cum dictis attinentiis '  
 ad possessionem absolutam Ratispon. Ecclesie revertatur. In cuius rei memoriam presentem cedulam  
 conscribi feci et Sigillo dni Comitis de Roteneke et meo roborari. H. r. t. sunt: Eberhardus major  
 prepositus, Chunradus decanus, Semannus archidiac. Heinricus de Lerchenvelt, Berhtoldus de  
 Oberndorf, Gozwinus apud portam, Ulricus de Dornberc, Magr Johannes Custos, Magr Gotfridus,  
 Albertus de sco Kastulo, Magr Eberhardus, Otto de Uttelinge. Laici: Karolus de Egelolfsheim,  
 Heinricus inter latinos, Liutwinus de Capella, Heinricus Zannaer, Fridericus super danubio, Rudegerus  
 super danubio, Gerhardus inter rasores, Rapoto prepositus inferioris monasterii, Heinricus Hallarius,  
 Ulricus Gemelingarius, Perwinus, Hürlo et alii quam plures. Actum anno dni 1240. XVII. Kal.  
 Novembris, Indictione XIV.

*Adpendet Sigillum equestre Weinhardi de Roteneke, habens pectorale scutum ad normam dnorum de  
 Abensperc: Friderici de Perg Sigillum est avulsum.*

**Num. CCCCIII. 1240. 16 Oct. Ex Originali:**

Confessio Caroli de Eglolfsheim, quod Castrum Eglolfsheim cum proprietate spectet ad Ecclesiam  
 Ratisbon.

Ego Karolus de Egelolfsheim notum facio universis presentes litteras inspecturis, quod, cum inter  
 venerabilem dnum meum Sifridum Ratisponen. Epum, Imperialis aule Cancellarium et me super  
 proprietate Castri Egelolfsheim, et eidem attinentibus questio verteretur, de consensu et bona voluntate  
 mea sic est diffinita, quod ego recognovi, proprietatem dicti Castri et attinentium dno meo Epo et  
 Eccle jure integro attinere: preterea tertiam partem alterius proprietatis de Egelolfsheim, que me  
 hereditario jure contingit, dno meo Epo et Eccle sue contuli et donavi et tam prefatum Castrum, quam

eadem bona de manu ipsius in feodo recept, tali conditione adhibita, quod idem Castrum cum bonis prenomatis ad nullum heredum meorum devolvatur, qui non fuerit ministerialis Ratisponen. Eccleie vel qui matrimonium non contraxerit cum familia ipsius Ecclesie, sed quantocius heredes mei ab Ecclesia Ratisponen. alienati fuerint, Castrum isepredictum cum dictis attinentiis ad possessionem absolutam Ratisponem Eccleie revertatur. In cuius rei memoriam presentem Cedula conscribi feci, et Sigillo dni Comitis de Roteneke et meo roborari. H. r. t. sunt. Eberhardus prepositus major, Chunradus decanus, Semannus archidiac. Heinricus de Lerchenvelt, Perhtoldus de Oberndorf, Gozwinus apud portam, Ulricus prepositus sci Johannis, Magr Johannes Custos, Magr Gotfridus, Albertus de sco Kastulo, Magr Eberhardus, Otto de Uttelinge. Laici: Fridericus de Perge, Heinricus inter latinos, Laeutwinus de Capella, Heinricus Zannarius, Fridericus super danubio, Rudegerus super danubio, Gerhardus inter rasores, Rapoto prepositus inferioris monasterii, Heinricus Hallarius, Ulricus Gemelingarius, Perwinus, Houzzo, et alii quam plures. Actum anno dni 1240. XVII. Kal. Nov. Indictione XIV.

*Duo sigilla adpendent, a. Comitis de Roteneck equestre, b. alterum cum capite angeli.*

**Num. CCCCIV. 1240 mense Octobr. Ex Originali:**

Compositio et Concordia facta inter Epum Rat. et Rapotonem Comitem palat. Bavariae.

In nomine domini amen. Ego Rapoto palatinus Comes Bawarie liber et absolutus tenore presentium confiteor et recognosco, quod inter venerabilem dnum meum Sifridum Ratisponen. Epum, imperialis aule Cancellarium et me de spontanea Voluntate mea talis Compositio intervenerit, quod ego renuntiavi omni rancori et inimicitiis, quas habui contra ipsum, et Civitatem suam Ratisponensem, et totam familiam Eccleie sue tam clericos, quam laicos, occasione captivitatis mee, vel alia qualicunque, et omnes Consanguineos meos reconciliabo dno Epo et Eccleie sue et Civitati Ratisponensi, excluso omni malo ingenio sive dolo. Item de libera et spontanea Voluntate mea absolute et sine qualibet Conditione tradidi sibi Castrum Utter, et Villam Utter cum possessionibus ipsis attinentibus tam liberis, quam in-

feodatis. Item feodum Ransowarii et bona in Raswegen dno Epo Ratispon. et Eccle sue restitui, que injuste hactenus occupavi. Item advocatiam per totam Vallem Brihsie cum attinentiis suis, scilicet septem hubis et V. talentis Ratisponen. monete, et de Curtis villicalibus dni Epi Ratispon. cum omni jure et usu, quo ego et progenitores mei eam hactenus possedi titulo feodi, dno Epo et Eccle sue libere resignavi, et si qua per progenitores meos de dicta advocatia et ejus attinentiis supradictis rite infeodata sunt, de manu Epi recipientur, alia vero usibus suis cedent, nec in omnibus prescriptis bonis vel aliis per me vel meos dno Epo et Eccle Ratisponensi inferam vel inferri permittam aliquam injuriam vel gravamen, nec etiam bona predicta, quibus cessi, unquam litigiose invadam, vel alio quoquo modo repetere attemptabo. Item nulli omnino hominum feram auxilium aliquo tempore contra dnum Ratispon. Epum, et Eccliam suam, et Civitatem per me vel rneos. Item non edificabo per me vel meos aliquas munitiones infra Castrum Kufstein et montem, qui dicitur Jochperc, inter que loca sita est Vallis Brihsie, vel alibi, nec ab alio quoquam constructum in proprium vel feodum obtinebo, nec in illis efficiar Castellanus. Item in Hiltegersperge et in omnibus terminis meis contentus ero antiquo theloneo et quod de jure debetur de rebus et mercimoniis Civitatis Ratisponensis sive per naves, vel per currus deducantur, nec aliquam eis Exactionem imponam vel imponi permittam, que spoliium dici possit. Item renuntiavi per pactum tam ego principalis persona, quam fidejussores mei omni commodo lilterarum tam papalium, quam imperialium super dissolutione eorum, que formam Compositionis continent, obtentorum vel obtinendarum: in recompensationem autem dampnorum et satisfactionem per progenitores meos et me ipsum meosque dno Epo et Ratispon. Eccle illatorum Castra mea duo, scilicet Schindelberc et Sperten cum possessionibus et universis attinentiis, cultis et incultis dno Epo et Eccle Ratispon. libere et absolute titulo proprietatis tradidi et assignavi, et eadem ab ipso in feodo recepi. Hec autem omnia supradicta juravi solempniter me adimplere et fideliter observare, nec aliquo unquam tempore per me vel meos contravenire. Si igitur contra aliquod eorum, que dicta sunt, venero et per consequens Concordiam violavero, subjeci me Excommunicationi dni Epi Ratispon. et proscriptioni dni Regis et violationis fidei, ita ut excommunicatus sim, et proscriptus denuntier ac periurus. Item feoda, que a dno Epo Ratispon. et ab Ecclia sua teneo, libera erunt et libere ad Ec-

eliam revertentur. Item debitor ero 2500 tt. Ratispon. monere usualis, si non satisfecero secundum formam infra denominatam. Si enim aliquod eorum, que promissa sunt, transgressus fuero, et ad simplicem commonitionem dni Epi vel Successorum suorum vel Eccleie, si Sedes vacaverit, factam per se vel per litteras, aut certum nuntium infra mensem a tempore facte monitionis computandum non satisfecero et dampna illata, que centum libras attingunt vel excrescunt, non restituero, juxta quod duo Canonici cathedralis Eccleie ex hiis quatuor assumendi, scilicet preposito majore Eberhardo, archidiacono Semanno, Ulrico preposito sci Johannis, et Mgro Johanne Custode, et quatuor ministeriales Eccleie, scilicet Hartpertus de Ahaim, Chunradus de Synchingen, Fridericus de Pergen, Heinricus inter latinis jurati estimaverint et dicent, intrabo Civitatem Ratispon. non exituius, donec plene satisfecero et perfecte. Quod si adimplere neglexero, fidejussores inei subscripti dnus Otto illustris Palatinus Comes Reni et dux Bawarie, et Comes Hartmannus de Dilingen, et Cunradus Burcgravius de Nurenberc, et Fridericus junior de Truhendingen, et Altmannus de Abensperc, Sifridus de Frowenperc et Ekolfus de Warte ad commonitionem dni Epi et Successorum suorum et Eccleie, si Sedes vacaverit, simpliciter factam per se vel per litteras aut certum nuntium infra mensem a tempore facte monitionis computando, intrabunt Ratisponam, non exituri de illa, donec de dampnis illatis dno Epo et Eccleie sue satisfaciant, juxta quod estimaverint jiiirati 6 Canonici et ministeriales supra dicti coram dno Duce, vel Comite de Dilingen, aut Burcgravio de Nurenberc, vel Friderico de Truhendingen juniore: et de bona Voluntate mea et petitione juraverunt fidejussores mei jurati, fideliter dno Epo et Successoribus suis vel Eccleie, si Sedes vacaverit, ferre auxilium contra me, et si unus fidejussorum meorum decesserit, alium substituam, vel Ratisponam intrare juravi, inde non exiturus, donec a me fidejussor alius fuerit substitutus, omnibus supradictis, que promisi, nichilominus in suo robore duraturis. Preterea si videatur fidejussoribus meis sepedictis, quod a dno Epo et Successoribus suis aut Ecclesia sint commoniti minus juste, utpote, quod predicta vel aliquod horum non fuerit violatum, et hoc per Canonicos et ministeriales constiterit sepedictos, dnus Epus et Ecclesia solvet omnes expensas eorum, et ducente libre de Summa duorum millium et quingentarum librarum, pro quibus fidejussores posui, remittentur. Sin autem fidejussores faciant, ut superius est expressum, Alardus etiam de Prising non juratus obligavit bona sua in Ahe dno Epo

Rat. et Successoribus suis et Eccle per manus dne abbatisse inferioris monasterii Ratispone, a qua eadem tenet in feodo, pro quinquaginta libris de Summa supra dicta. Pro satisfactione autem darnpnorun, que 100 libras Rat. non attingunt, predicti fidejussores mei non sunt aliquatenus obligati, sed quidquid de talibus dno Epo et Eccle et Civitati Rat. acciderit, ego commonitus a dno Epo, vel Successoribus suis, vel ab Eccle, si Sedes vacaverit, satisfaciam infra mensem a tempore Commonitionis per se vel per litteras aut certum nuntium computando, intrabo Ratisponam, et iuravi inde non exire, donec satisfecero de dampno illato juxta estimationem 8 honestarum personarum, qui iurati de hoc dicent. De dampno vero Civium Ratispon. occulto per me vel meos illato, in optione mea erit, an ego assumptis duobus fidejussoribus meis illud dampnum velim estimare iuratus et satisfacere de illatis, vel Canonici et ministeriales supradicti similiter iurati illud dampnum debeant estimare, et estimatum exsolvam, si citra 100 tt. extiterit: sed si ipsas attigerit vel excreverit, etiam restituam. Quod si non fecero, fidejussores mei sepedicti pro me solvent, vel Ratisponam intrabunt, nec exhibunt, nisi juxta modum et formam suprascriptam. Super dampnis vero manifestis Civibus Ratispon. a me et jneis inferendis tam ego, quam fidejussores mei modum satisfactionis et restitutionis formam observabo pretaxatam. Ceterum renuntio in hoc facto omni juris auxilio canonici et civilis, privilegio fori, beneficio appellationis et nove Constitutioni de duabus dietis in generali Concilio edite, et omni exceptioni reali et personali, et omnibus, que possent obici contra hoc factum seu instrumentum et omnibus, que possent mihi prodesse et Ratispon. Epo et Eccle sue nocere. Promittimus etiam eidem Epo, suisque Successoribus, ac Eccle Ratispon. ego et fidejussores mei, quod nullam Exceptionem introductam de jure canonico vel civili, vel etiam de jure consuetudinario cujuslibet patrie predicto Epo vel quolibet Successorum suorum volente, recuperare pecuniam supradictam, si de eadem reddenda obnoxius fuero, cum dampnis et expensis in aliqua Curia opponam, nec opponi faciam, nec impetrabo, quod inquisitio fiat, preter quam a predicta obligatione eximar, nec utar aliquibus litteris a Sede aplca impetratis vel in futurum impetrandis, nec aliqua indulgentia mihi concessa vel concedenda a Papa vel Imperatore aut aliquo gerente vices eorundem. Omnia autem supradicta promitto per stipulationem solempnem firmiter adimplere, et in nullo aliqua de causa contravenire. In quorum testimonium et munimen presentibus litteris Sigilla reve-

rendi patris Salzburgensis Archiepi, et illustris dni ducis Bawarie, et meum appendi feci. Testes eorum, que per omnia predixi, sunt hii: Otto Palatinus Comes Rheni et dux Bawarie, Hartmannus Comes de Dilingen, Chunradus Burcgravius de Nurenberc, Fridericus junior de Truhendingen, Bertoldus Comes de Greiffesbach, Eberhardus major prepositus, Chunradus decanus, Semanus archidiaconus, Ulricus prepositus S. Johannis, Syboto Scolasticus, Magr Johannes Custos, Hermannus de Windesbach, Magr Gotfridus arcidiaconus Canonici cathedralis Eccle; Gebbardus junior Comes de Hirzberc, Altmannus de Abensberc, Wernhard de Siboltsdorf, Ratoldus de Berge, Conradus et Heinricus fratres de Hohenvels, Alhardus de Prisingen, Sifridus ,de Frowenberc, Hermannus de Liechtenberc, Arnoldus de Schönenvelt, Fridericus de Berge, Cunradus de Synching, Cunradus de Sirchingen, Cunradus de Gebelkoven, Gozwinus de Eglolfsheim, Harpertus de Aheim, Heinricus inter Latinos, Albertus de Hohenberc, Ekolfus de Warte, Hermannus de Hirzarn, Chunradus Frenebechaer, Heinricus de Harschirchen, Liutwinus apud Capellam, Gerhardus inter rasoires, Heinricus Sinwel, Rapoto prepositus inferioris monasterii et alii quam plures. Acta sunt hec anno Incarnationis dominice 1240. mense Octobri, Indictione XIII.

*Tria Sigilla adpendent.*

**Num. CCCC.V. 1240. mense Octobr. Ex Originali:**

Recognitio et obligatio erga Epum Rat. item Compositio et Concordia Rapotonis Palatini, ac plurium Nobilium desuper fideiussio.

In nomine domini amen. Quia propter infirmam hominum memoriam in oblivionem vergunt bene etiam diffinita, ideo nos dei gra Otto Palatinus Comes Rheni, dux Bawarie, Hartmannus Comes de Dilingen, Chunradus Burcgravius de Nurenberc, Fridericus junior de Truhendingen, Altmannus de Abensperk, Alhardus de Preisingen, Sifridus de Vrowenberch et Ekolfus de Wart recognoscimus, nos debere, ac teneri solvere venerabili dno Sifrido Ratisponensi Epo, Imperialis aule Cancellario suisque Successoribus et Eccle Ratispon. si sedes vacaverit, ego Otto Palat. Comes Rheni, dux Bawarie quingentas libras, ego Chunradus Burcgravius de Nurenberc 300 tt. ego Fridericus de Truhendingen 300 tt. ego Altmannus de Abensperch 100 tt.



ego Alhardus de Preisingen 50 tt. ego Sifridus de Vrowenberch 50 tt, ego Ekolfus de Wart 100 tt. ratispon. monete usualis , pro dilecto nobis Rapotone palatino Comite Bawar. si ipse vel aliquis suorum Compositionem et Concordiam inter eos firmatam quocunque modorum infra subscriptorum duxerit violandam. Compositionis autem et Concordie talis est forma: Inprimis Rapoto palatinus antedictus spontanea Voluntate renuntiavit omni rancori et inimicitiis , quas habuit occasione captivitatis sue, vel quacunque alia contra dnum Epum Ratisponen. et Civitatem, et quamlibet familiam Eccleie Ratispon. tam clericos, quam laicos, et cum ipso et Ecclia sua plenam et perpetuam amicitiam observabit, Item non edificabit novas munitiones per se vel aliquem suorum infra Castrum Kufstain, et montem, qui dicitur Jochperg, vel alibi in prejudicium Ratispon. Eccleie, nec ab alio quoquam constructam in proprium vel feodum obtinebit, vel Castellanus efficietur in illa. Item nulli erit auxilio contra Ratispon. Eccliam per se vel homines suos. Item Castrum in Utter, et advocatiam per totam Vallem Brihsie cum ejus attinentiis sive liberis sive feodo concessis, et villam Utter et feodum Heinrici de Ramensowe, et bona in Risteten, quibus cessit spontanee, nunquam litigiose invadet vel alio quoquo modo repetere attemptabit. Item renuntiavit per pactum et solempnem stipulationem omni commodo litterarum tam papalium, quam imperialium, vel aliunde obtentorum super dissolutione eorum, que formam Compositionis continent, prout in litteris super ea inter memoratum Ratispon. Epum et Comitem palat. confectis plenius continetur. Item in Hilkersperge et in aliis omnibus terminis suis Comes palat. Rapoto contentus erit antiquo theloneo, et quod de jure debetur de rebus et mercimoniis civium Ratisponensium, sive per naves vel per currus deducantur, nec aliquam eis exactionem imponet, que spoliium dici possit. Item omnes consanguineos suos reconciliabit Epo et Ecclie sue, omni malo ingenio et dolo excluso. Si quidem pretaxatas libras ratisponen. promittimus nos soluturos dno Sifrido Ratispon. Epo et suis Successoribus, vel Ecclie sue, si Sedes vacaverit, dicto Epo stipulante, et tactis sacrosanctis reliquiis juravimus, si aliquod eorum Capitulum, que superius sunt expressa, Rapoto palatinus transgressus fuerit, et alias dampna Ecclie vel Civitati Ratisponensi per se vel per suos intulerit, que quidem dampna estimabuntur coram uno ex nobis quatuor, me Duce videlicet, Hartmanno Comite de Dilingen, Chunrado Burcgravio de Nurenberch, Friderico de Truhendingen per prepositum majo-

rem, Semannum archidiaconum, Ulricum de Dornberch prepositum sci Johannis, et magrum Johannem custodem, ex quibus duos eliget Epus quos voluerit, per ministeriales vero Eccle, scilicet Hartpertum de Aheim, Fridericum de Perge, Chunradum de Sunechingen et Heinricum inter latinos, qui sex dampnum Epo illatum estimabunt jurati; et si, juxta quod estimaverint jurando, idem dampnum centum libras attigerit vel excreverit, et Palatinus ad simplicem monitionem Epi et Successorum suorum, vel Ecclesie sue, si Sedes vacaverit, factam per se ipsos, vel per litteras, vel per certum nuntium infra mensem a commonitione computandum Ratisponam non intraverit, et donec exierit, non exsolverit idem dampnum, sicut per sex supradictos Canonicos et ministeriales idem dampnum fuerit estimatum, obligamus nos et promittimus, idem dampnum exsolutores vel Ratisponam intraturos, et inde non exituros, donec idem dampnum, juxta quod predicti estimaverint, integre persolvamus, ita tamen, si per Epum et Successores suos, vel Ecclesiam Ratisponen. infra septem dies, quibus elapsis infra mensem a commonitione computandis moniti fuerimus, per se ipsos vel per litteras aut certum nuntium ipsorum : quod si neglexerimus et adimplere noluerimus, quilibet nrum pecunie pretaxate, que ipsum contingit, ut superius est expressum, Epo, Successoribus suis, vel Ecclesie Ratisponensi, si Sedes vacaverit, erit debitor et solutor. Ego vero Alhardus de Preisingen non juratus obligavi bona mea in Ahe dno Epo Ratispon. Successoribus vel Eccle sue per manus dne abbe inferioris Monasterii Ratispon. a qua eadem teneo in feodo pro 50 tt. supradictis, que me contingunt. Item nos fidejussores prenominati juravimus, fideliter assistere et auxilium dno Epo Rat. ferre et Successoribus suis ac Eccle sue, quando fuerimus requisiti, si Rapoto palatinus ea, que dicta sunt, violaverit ullo modo. Item si aliquis vel aliqui de supradictis ministerialibus Epi decesserint, Epus de consensu, consilio et voluntate dni ducis alium vel alios substituet. Adjectum est etiam, ut si Civibus Ratispon. per Palatinum vel suos darapnum inferri contigerit, et illud dampnum sit occultum, in optione Palatini erit, an ipse assumptis duobus fidejussoribus suis illud dampnum estimare velit sub religione Sacramenti, et satisfacere de illatis, vel Canonici et ministeriales supradicti illud dampnum similiter jurati debeant estimare et estimatum Palatinus exsolvat. Quod si non fecerit, nos pro ipso solvemus, vel Civitatem Ratisponam intrabimus juxta modum et formam supra scriptam. Super dampnis vero manifestis Civibus Ratisponen. a dicto Palatino et suis inferendis,

tam nos, quam ipse Palatinus modum satisfactionis et restitutionis formam observabimus pretaxatam. Renuntiamus quoque in hoc facto omni juris auxilio canonici et civilis, privilegio fori, beneficio appellationis, et nove Constitutioni de duabus dietis in generali Concilio edite, et omni exceptioni reali et personali, et omnibus, que possent objici contra hoc factum. vel instrumentam, et omnibus, que possent nobis prodesse, et Ratisponensi Epo ac Ecclesie sue nocere, Promittimus etiam eidem Epo, suisque Successoribus, et Eccle Rat. quod nullam Exceptionem introductam de jure canonico vel civili, vel etiam de jure consuetudinario cujuslibet patrie ipsi Epo, Successoribus vel Ecclesie sue volente recuperare pecuniam supradictam, si de eadem reddenda obnoxii fuerimus, in aliqua Curia opponemus vel opponi faciemus, nec impetrabimus, quod inquisitio fiat, propter quam a predicta obligatione eximamur; nec contra predicta utemur aliquibus litteris a Sede Aplca impetratis vel impetrandis, vel aliqua nobis indulgentia concessa vel concedenda a papa vel imperatore aut aliquo gerente vices eorundem. In quorum testimonium et munimen presentibus litteris Sigilla nra duximus apponenda. Actum apud Ratisponam anno incarnationis dominice 1240 mense Octobre, Indictione XIII.

*Sigilla optime conservata adpendent.*

**Num. CCCCVI. 1240. mense Octobri. Ex Originali:**

Conradi de Lupurch Confessio, quod Epo Rat. 100. tt. Ratisbon. monetae solvere teneatur. In nomine domini amen. Quia propter infirmam hominum memoriam in oblivionem vergunt bene etiam diffinita, ideo ego Chunradus de Lupurch confiteor et recognosco, me debere ac teneri solvere venerabili dno Sifrido Rat. Epo, Imperialis aule Cancellario, suisque Successoribus et Eccle Ratispon. si Sedes vacaverit, centum libras Ratispon. monete usualis pro dilecto dno meo Rapotone palatino Comite Baw. si ipse, vel aliquis suorum compositionem et concordiam inter eos firmatam quocunque modorum infra subscriptorum duxerit violandam.

*Reliqua concordant cum priori Numero, nisi quod heic sermo sit in numero singulari ibi autem numero plurali.*

In quorum testimonium et munimen presentibus litteris Sigillum meum duxi apponendum. H. r. t. sunt: Eberhardus prepositus, Ernestus abbas de Pruvening, Conradus decanus, Ulricus de Dornberc prepositus sci Johannis, Magr Johannes Custos, Hermannus de Winnespach, Albertus, Otto Canonici Cathedralis Eccleie Ratispon. Laici: Heinricus inter latinos, Karolus marscalcus, Heinricus et Baldewinus vor Burch, Fridericus super danubio, Heinricus Sinwel, Liutwinus de Capella, Otto Pragarius, Rudegerus super danubio, Rapoto prepositus inferioris monasterii, Paldewinus Tulso, Maechtfridus Wurzel, Liuthardus et Heinricus vor Burch praxatores, Perwinus, Gerhardus inter rasores, et alii quam plures. Datum Ratispone anno dni 1240. mense octobre, Indictione XIII.

*Sigillum illaesum adpendet.*

**Num. CCCCVII. 1240:**

Sifridus Epus Rat. litem inter abbatem Weltenburgensem, et plebanum in Kelheim ob annuam pensionem exortam determinat per Sententiam, quod plebanus et ejus Successores annuatim Monasterio in Weltenburg talentum Ratisponense persolvere temeantur. Acta sunt haec Ratisponae in majori Ecclesia anno Domini 1240. Pontificatus Epi Sifridi anno tertio decimo.

*Mon. Boic. XIII. 365.*

**Num. CCCCVIII. Circa annum 1240. Ex Originali:**

Statutum de aequali divisione beneficiorum ad Obellationem Eccliae maj. spectantium.

In nomine dni amen. Eberhardus prepositus, Chunradus decanus, totumque Ratisponen. Eccleie Capitulum omnibus in perpetuum. Noverint universi tam presentes, quam futuri, quod nos beneficia ad obellationem nram spectantia in communes usus redegeramus, ita, quod proventus et fructus ex ipsis provenientes inter nos equaliter dividerentur. Verum quia ex hoc non solum nobis, sed etiam Successoribus nris non modicum timebamus posse provenire dispendium, cum quedam ex ipsis ex incuria et negligentia universitatis jacerent

inculta, cuiuslibet beneficiorum secundum consilium eorum, quibus de circumstandis plenius constabat, competentem censum imposuimus, ea inter nos fratres Capituli et residentes sub hac conditione proportionaliter dividentes, ut, quando aliqua ipsorum beneficiorum ex morte vel resignatione alicujus Confratris nri vacare contingerent, prepositus noster primum in scriptis eligat, Decanus secundum, et sic quilibet nrum in descensu, secundum quod habet stallum in choro et locum in Capitulo, ita quod primus post illum, qui ultimo elegit, quando iterum vacare ceperint, si plura sint beneficia, optionem habeat in scriptis eligendi, et ita fiat Electio a summo usque ad ultimum secundum modum prelibatum. Constituimus etiam singuli promittendo, quod quicumque nrum censum de beneficiis, que tenet vel in posterum habebit deputatum, statuto termino non persolveret, ipsa beneficia universitati vacant, et nichilominus censum infra competentem terminum persolvat: et si infra terminum illum solvere neglexerit, proventus prebende sue ad unum annum, vel duos, vel tres secundum quantitatem census vendantur, et inde census Capitulo persolvatur, quam Venditionem si verbo vel facto impedierit, a Consortio nro in perpetuum sit exclusus. Item promisimus, quod si aliquis de non residentibus, vel qui non sit frater Capituli, Statutum nrum impugnare vel impedire, quod tamen non credimus, voluerit, expense de communi fiant, per quas nos defendamur, ipsius vexationi et malitie resistentes. Item quilibet nrum se sub pena suspensionis officii et beneficii obligavit, ne aliquid dictorum beneficiorum vel aliqua ad ea spectantia obliget vel vendat, vel quocunque titulo alienationis in alium transferat, nec etiam persone locet potenti, de cujus manibus difficulter possit revocari. Item si aliquem contingat se transferri ad aliam Ecclesiam, habendo ibi residentiam continuam, beneficia ipsa vacabunt, et ipsa inter fratres residentes secundum formam prelibatam in descensu dividuntur. Ut igitur hec Ordinatio provida deliberatione inita, firma et inconvulsa permaneat, nec fraude vel dolo aliquorum in posterum immutari possit, presentem litteram formam statuti nri continentem conscribi fecimus, Sigilli nri munimine roborantes. Insuper constituimus, ut quicumque nrum uni beneficio vel pluribus in uno loco, quam in alio possit magis prodesse et preesse, eis liceat ad invicem beneficia commutare.

*Sigillum Capituli integrum adpendet*

**Num. CCCCIX. 1241. 13 Jan. Ex Originali:**

Sifridi Epi litterae super 7. praediis in Harde Hospitali S. Joannis Rat. ab Ulrico Winnone donatis. Nos Sifridus miseratione divina Ratisponen. Epus, Imperialis aule Cancellarius. Notum facimus omnibus presentes litteras inspecturis, quod Ulricus Winno et Engla uxor sua in nra constituti presencia septem predia in Villa Harde cum omnibus attinenciis eorundem, quesitis et inquirendis, et insuper advocaciam super Ecclesiam ibidem et super predicta predia, nec non super dotem Ecclesie pro remedio animarum suarum Hospitali trans pontem Ratisponen. cum omni integritate et sine cujuspiam contradictione libere tradiderunt jure perpetuo possidenda. Ne autem tam solempnis donacio postmodum alicui vertatur in dubium, presentes litteras sepedicto Hospitali tradidimus, Sigilli nri munimme roboratas. H. r. t. sunt: Eberhardus major prepositus, Semannus archidiaconus, Ulricus de Dornberch, Albertus de sco Kastulo, Heinricus de Rasche Canonici Eccleie cathedralis, prepositus de sco Magno, prepositus de Pergen, decanus de Tuklingen, plebanus de Perhartshusen, plebanus de Tispach, plebanus de Perge, plebanus de Hembawer, Magister Ulschalcus, frater Egelolfus, frater Wolframms, frater Chunradus de Prüveningen, Dietricus de Motzingen, Ludwicus frater suus, Fridericus filius Witmari, Fridericus der Witmangaer, Mingotus servus Winnonis et alii quam plures. Datum Ratispone anno dni 1241. in Idibus Januarii, Indictione XV. Pontificatus nri anno XV. *Sigillum Epi affabre sculptum adpendet.*

**Num. CCCCX. 1242. 11. April. Ex Originali:**

Sifridus Epus Ratisbon. Parthenoni sancte Crucis iterato confirmat Parochianm Schwarzhofen. In nomine dni amen. Sifridus miseratione divina Ratisponen. Epus, Imperialis aule Cancellarius, omnibus in perpetuum. Quoniam, sicut ait apus, exercere nos oportet opera pietatis, inter que cibare esurientes et nudos operire voce dominica distinguuntur, ad eas personas ipsa opera potissime tenemur convertere, que observant rectitudinem vite celestis studio discipline. Notum igitur facimus presentes

Litteras inspecturis, quod cum nobilis Vir Heinricus Comes de Ortenberch bone memorie pro remedia anime sue, et progenitorum, ac heredum suorum de consensu eorundem, et honorabilis conjugis sue jus patronatus Eccle in Schwartzhoven Couventui sororum ante Urbem Ratispone sub regula beati Augustini degentium, libere contulisset, nos inspectis variis et immoderatis defectibus, quibus ident religiosum Collegium laborabat, divine retributionis et nostre salutis respectu, ipsi Conventui predictam Ecclesiam de Consensu et Conscientia Capituli nri cum omni jure conferimus et tradimus tali modo, ut decedente Heinrico nunc ejusdem Eccle plebano, a priorissa predicti Conventus ad regimen prefate Eccle sacerdos idoneus presentetur, qui recepta a nobis et nostris Successoribus Cura animarum, in ipsa populum dei regat, eique ac suis coadiutoribus honora sustentacionis porcio deputetur, et quidquid residuum fuerit, cum integritate necessitati deserviat Collegii memorati, et nobis et Successoribus nris, archidiaconis et decanis, qui pro tempore fuerint, de spiritualibus, predictis autem sororibus de temporalibus respondeat competenter. Ut autem hec nra donatio robur optineat perpetue firmitatis, presentem paginam conscribi fecimus, et Sigillo nro ac nri Capituli, cum Canonicorum subscriptionibus consignari. Testes sunt hii: Eberhardus major prepositus, Heinricus decanus, Wernhardus de Gebelchoven, Heinricus Semannus, Perhtoldus de Oberndorf, Gozwinus de porta, Gelpfradus, Alhardus de Hütte, Magr Marquardus, Ulricus prepositus sci Johannis, Magr Johannes prepositus de Spalt, Magr Sifrido Scolasticus, Albertus de sco Kastulo, Magr Eberhardus, Otto de Uttelingen, Kalhohus, Hermannus de Windespach, Heinricus de Rasche Canonici Eccle Kathedralis. Datum Ratispone anno dni 1242. XI. April. Indictione XV. Pontificatus nri anno quintodecimo.

*Duo Sigilla, Epi Sifridi, et sui Capituli integra adpendent.*

**Num. CCCCXI. 1242. 10. Sept. Ex Diplomatario:**

Traditio duorum pratorum in Tieffenthal ad Coenobium in Prül.

Nos Sifridus sola miseratione divina Ratispon. Epus, Imperialis aule Cancellarius notum facimus presentium inspectoribus universias, quod .fidelis noster Fridericus cellerarius de Stouf in nostra consti-

tutus presentia pro remedio anime sue duo prata in Tiufenthal sita, que longo tempore proprietatis titulo possidebat, Prulensi Monasterio libere tradidit eodem titulo, quo possedit. Ne autem tam solemnis coram nobis facta donatio a quoquam possit in posterum irritari, prefato Monasterio presentes litteras assignari fecimus Sigilli nostri munimine roboratas. Hujus rei testes sunt: Heinrich de Eberspiunt, Conradus de Erlebach, Gotfridus magister coquine, Conradus de Kölnbach, Ulricus de Tanhusen, Durnkhardus pictor, Heinricus camerarius de Kupfemül, Heinricus de Vohental, Ukicus de Schöneiche, et alii quam plures. Acta sunt hec supradicto Heinrico de Eberspiunt vivente, datum vero anno dni 1242. quarto Id. Septembris, Pontificatus nostri anno XV.

**Num. CCCCXII. 1242. Ex Originali.**

Vidimatio testimonii Eplis de anno 1216. quod Ecclesia in Pfreimd non sit subjecta Ecclesie in Persen. Sifridus sola miseratione divina Ratisponen. Epus, imperialis aule Cancellarius, H. decanus, totumque Capitulum Ratispon. universis presentem paginam inspecturis salutem in omnium Salvatore. Nichil firmum ac stabile propter maliciam ac calumpniam hominum tenetur hodie, nisi scripture testimonio roboretur. Revera sciant omne et sine dubio teneant, quod nos publicum instrumentum felicis recordationis Counradi Epi, necnon Capituli sui Sigillis insignitum de verbo ad verbum comperimus in hunc modum. *Vid. supra Num. CCCXXXIV.*

Quippe cum universa caduca transeant et labantur, nec possint stare labentibus inherencia, quoniam plerique testium huic instrumento stibscriptorum cursum vite compleverant, ad preces et instantiam venerabilis viri Eberhardi prepositi nostri, ne per lapsum temporis veritas occultetur, et id, quod rite et legitime ordinatum est, in dubium nostris vergat Successoribus, presentem cartam duximus renovandam, cum Sigillorum nostrorum appensione et testium subscriptione ipsam roborantes. Hujus rei testes sunt: Heinricus decanus, Dietricus de Schönenvelt, Wernhardus de Gebelhoven, Heinricus Semannus, Bertoldus de Oberndorf, Gozwinus de porta, Gelpfradus, Alhardus de Hütte, Ulricus prepositus sci Johannis, magister Marquardus, magister Johannes custos, magister Syboto scolasticus, magister



Gotfridus, Albertus de sancto Castulo, magister Petrus, magister Eberhardus, Otto de Uttelinge, Chalohus, Chunradus de Chevering, Albertus de Plystein, Heinricus de Rasche, Ortliebus de Syrching, Heinricus de Tyspach, Berngerus de Altendorf, Wichardus de Hütte, Heinricus de Fürmiano, roagister Ulricus de Hachelstat. Actum anno dominice incarnationis 1242. Indictione XV. *Adpendent duo Sigilla illaesa.*

**Num. CCCCXIII. 1243. mense Febr. Ex Originali:**

Epus Babenberg. adjudicat Praeposito veteris Capellae Jus patronatus Parochiae Nittenau. In nomine domini amen. Anno dominice incarnationis. M. CC Quadragesimo tercio, Mense Februario, secunde Indictionis. Nos Heinricus dei gratia Babenbergensis Electus notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod cum predecessoribus nostris memorie recolende, et nobis super iure patronatus ecclesie Nitenowe nomine prepositure veteris Capelle in Ratispona questio moueretur, ex qua graue scandalum imminebat et periculum animarum, quia ex utraque parte occasione iuris patronatus uno et eodem tempore plures fuerant presentati, sicut per illos liquido innotescit, inter quos super dicta ecclesia causa exstitit agitata, uolentes liti debitum finem inponere, et utriusque saluti pprospicere in futurum, de consilio prudentum et discretorum uirorum taliter inter nos per compositionem de communi consensu prouidimus terminandum ut cum ecclesiam memoratam Nitenowe uacare contigerit, dicte prepositure veteris Cappelle deinceps eadem perpetuo sit annexa, ita, quod preposita, qui nunc est uel qui pro tempore a Babenbergensi Episcopo canonice fuerit institutus, ad quem spectat collatio prepositure ipsius, pleno jure debeat deservire, maxime cum prepositura prefata existat in redditibus multo amplius solito diminuta. Ad cuius rei futuram memoriam, et perpetuam firmitatem presens scriptum fieri et sigillo nostro ac subscriptionibus testium fecimus communiri. Hujus rei testes sunt: Comes Rudolfus de monteforti, Gotefridus de Hohenloch, Waltherus de Vatsch, Waltherus pincerna de Limpurch, Chunradus pin-

cerna de Smalniecche, Otto Berhtoldus dapifer de Walpurch, Heinricus de Rabenspurch, et alii quam plures.

*Sigillum Epi adpendet.*

**Num. CCCCXIV. 1243. 30. Augusti:**

Diepoldus Marchio de Hohenburg confirmans Contractum fratris sui Marchionis Berhtoldi donat Ecclesiae Ratisbonensi Castrum Rorbach, quod iterum unacum Castro Hohenburg a manu Epi Sifridi sub titulo feodi possidendum recipit, simulque renuntiat juri Patronatus ad Ecclesiam Adratshusen, ipsum recognoscens Ecclesiae Ratisponensi. Acta sunt haec in Ecclesia Ratisponensi, anno dominicae incarnationis 1243. tertio Kalendas Septembris, Indictione prima.

*Vid. meine Geschichte der Grafen von Hohenburg, Markgrafen auf dem Nordgau, pag. 89.*

**Num. CCCCXV. 1244. 10. Martii. Ex Diplomatario:**

Sifridus Epus Ratisbon. sororibus monasterii S. Crucis potestatem priorissam eligendi concedit. In nomine sce et individue Trinitatis. Sifridus sola miseracione divina Ratispon. Epus, imperialis aule Cancellarius, notum esse volumus Xpi fidelibus universis tam presentibus, quam futuris, quod nos ad honorem dei et dni nri Ihu Xpi et reverenciam sancte Crucis religiosis feminis et dilectis in Xpo filiabus nris in Civitate nra in unum collectis de bona Voluntate ipsarum porreximus regulam sci Augustini cum consuetudinibus sororum de sco Sixto in urbe Roma, quoad vixerint, observandam, et in suburbio Civitatis nre, in loco videlicet eisdem a Civibus Ratisponen. tradito, mansionem decrevimus assignare. Ut igitur secundum propositum suum dicte sorores valeant ad laudem Dni licentius exequi, quod noverunt, damus eis auctoritate nra in perpetuam potestatem, in eodem loco Collegium instaurandi et magistram sive priorissam, prout eis expedit, eligendi, Ecclesiam et omnes officinas sibi necessarias erigendi, clericum, qui divina eis celebrat, assumendi; Cimiterium quoque propter sepulturam habeat mortuorum, et cetera, que ad necessitates et commoda religiosarum

pertinet personarum. Ceterum quoniam sepedicte sorores facte sunt S. Sixti sororibus in religionis asperitate conformes, dignum nobis videtur et equum, eas eciam illis esse nihilominus in consolacione participes, ita videlicet, ut omnibus beneficiis seu privilegiis, que illis Sedes impendit aplca, ista sine Contradictione cujuslibet gaudere merito debeant et potiri. Ut autem hujus nre liberalitatis Concessio inconcussa permaneat, presens scriptum Sigilli nri munimine roboramus. Datum Ratispone anno dni 1244. VI. Id. Martii.

**Num. CCCCXVI. 1245. 13. Febr. Ex Originali:**

Innocentius PP. IV. confirmat Parthenoni sanctae Crucis Ratisbon. Jus patronatus Parochiae Schwarzhofen.

Innocentius Epus servus servorum dei. Dilectis in Xpo filiabus Priorisse et Conventui Sororum Monasterii sce Crucis Ratisponen. ordinis sci Augustini salutem et aplcam ben. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum, et vota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Cum itaque, sicut ex parte vestra nobis extitit intimatum, nobilis vir Heinricus Comes de Ortenberch pia devotione ductus vobis jus patronatus, quod in Ecclia de Schwarzhoven habebat, venerabilis fratris nri Ratisponensis Epi dyocesani et sui Capituli ad id accedente Consensu, donarit prout in eorundem Epi, Capituli et Nobilis litteris inde confectis dicitur contineri: Nos vestris devotis precibus inclinati, quod ab eis pie ac provide factum est in hac parte, auctoritate apostolica confirmamus et presentis Scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre Confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Lugduni Idibus Februarii, Pontificatus nri anno secundo.

*Plumbum. Innocentius PP. IIII*

**Num. CCCCXVII. 1245. 2. Junii. Ex Originali**

Sifridi Epi Rat. donatio decimae in Grafenreut suo Capitulo facta.

Nos Sifridus sola miseracione divina Ratisponen. Epus, imperialis aule Cancellarius notum facimus per presentes litteras, quod cum dilectus noster in Xpo Siboto scolasticus Ratisponen. decimam, quam a nobis habuit, tercium viddicet manipulum de Villa Gravenriut nostre diocesis, nobis volentarie resignasset: Nos dilectis in Xpo fratribus Capitulo Ratisponensi eandem decimam contulimus in perpetuum possidendam. In cujus rei evidenciam presentem paginam appensione nri Sigilli fecimus communiri. Datum Ratispone anno dni. 1245. IV. Nonas Junii, Pontificatus nri anno XVIII.  
*Sigillum Epi fractum adpendet.*

**Num. CCCCXVIII. 1245. mense Jun. Ex Originali:**

Statutum, quod advocatia Ecclesiae Rat. non amplius in feudum detur, sed remaneat mensae  
Episcopali.

In nomine domini amen. Sifridus miseracione divina Ratisponen. Epus, Imperialis aule Cancellarius, omnibus in perpetuum. Que geruntur in tempore quantumcunque solemniter, presertim utilia, secundam volubilitatem temporis ad similitudinem eorum, que facta non sunt, solent recidere, nisi scripturarum memorie commendentur. Ea propter Nos Sifridus di gra Ratisponen. Epus, Imperialis aule Cancellarius attendentes miseras et oppressiones et angustias, quas Ratisponen. Ecclesia, quam auctore domino gubernamus, per advocatorum suorum importunam insolentiam a longis retro temporibus sustinuit, volentes ei in quantum possumus, et sicut ex officio nro tenemur, succurrere, et in hoc saltem ei, que nos honoravit, debitam vicem rependere, cum consensu et voluntate, immo et petitione Capituli nri majoris Ecclesie, prelatorum quoque et ministerialium premissis tractatu diulino firmiter et irrevocabiliter ordinamus et statuimus, ut advocatia supradicte nre Ecclesie Ratispon. que solebat hactenus in feudum dari magnatibus, in perpetuum deinceps nulli hominum omnino prestetur in feudum, vel obligetur, vel alienetur aliqua ratione, sed apud Ecclesiam semper remaneat, ita, quod Epus proventus ejusdem advocatie ad mensam suam et ad alias utilitates Ecclesie sue

possit redigere, dignitate tamen et officio, que ex advocatia proveniunt et ad advocatiam pertinent, apud Eccliam inseparabiliter duraturis. Inprecamus autem tam nos, quam omnes, qui in eadem constitutione vel ordinatione nobiscum affuerunt, una cum illis, qui preces fidelium ad aures omnipotentis dei deferunt, omnibus, qui constitutionem vel ordinationem istam violare vel invertere maligna vel fraudulenta interpretatione vel quovis ingenio malitiose presumpserint, ut deleantur de libro viventium et cum justis non scribantur, et ut divino iudicio nostre parvitas etiam non deesse videatur auctoritas, volumus et unanimiter constituimus, ut hujus constitutionis violator, quicumque sit, sive canonicus, sive clericus, sive laycus, ministerialis sive vassallus omne jus et omne privilegium et omne beneficium, quod habet vel habere se jactat ab eadem Ecclesia Ratispon. sit auctoritate dei et beate Marie Virginis matris dei, et beati Petri principis apostolorum, et omnium Sanctorum et nostra irremediabiliter ipso jure destitutus in perpetuum et privatus. Nos enim nisi tranquillum Ecclesie statum et eterne retributionis fiduciam temporali commodo et terreno pretulisset honoris, cum eadem advocatia vacare cepisset, et ad manus nostras per mortem Chunradi advocati libere devoluta fuisset, potuissemus ex ejus infeudatione conciliare nobis gratiam magnorum virorum, et Imperatoris precipue, et nichilominus emolumentum pecuniarum non minimum, quin immo permaximum adipisci. Datum Ratispone in majori Ecclesia anno domini 1245. mense Junio, presentibus his testibus, Heinrico decano, Heinrico Semanno archid. Perhtoldo de Oberndorf, Gozwino de porta, Gelphrado, Alhardo de Hütte, Ulrico proposito sancti Johannis, Friderico de Stoufe, magro Marquardo, magro Johanne, Sibotone scolastico, magro Götfrido, magna Petro, Alberto de sco Kastulo, Ottone de Utilinge, Heinrico preposito Mon. Kalhoho, Hermanno de Winspach, Chunrado de Cheveringe, Alberto de Pleistain, Heinrico Zacharia, Perngero de Altendorf, Weichardo de Hütte, Heinrico de Fürmian, magro Ulrico de Hachelstat, Ulrico de Dornberch Canonicis Ratispon. Ottone de barrochia, Ortolfo, Herwico, Ulrico, Marquardo Vicariis; Ratoldo de Perge, Chunrado de Hohenvels, Karolo et Gözwino fratribus de Eglolfsheim, Friderico de Perge, Ortilbo de Seirchinge, Chunrado fratre suo, Hermanno de Lihtenberch, Echone fratre suo, Heinrico inter latinos, Paldwino ante urbem, Heinrico ante urbem, Heinrico cognomine Surwelle, Karolo cognomine Grans, Ottone cognomine Pragaer et filius suis, Leupoldo dicto Pragaer, Chunrado de Weihse, Gözwino fratre suo, Leutwino

apud capellam, Karolo quondam marschalcho, Chunrado de Sünehinge, Rapotone quondam sculteta, Alhardo dulce, Leutwino fratre suo, Chunrado de Nitenawe, Friderico in foro, Ortlibo in foro, Rudegero super danubium, Heinrico apud Capellam et aliis quam pluribus.

*Sigillum Epi Sifridi illaesum adpendet.*

**Num. CCCCXIX. 1245. 23 Aug. Ex Originali.**

Privilegium Papae Innocentii, quo Legatis prohibetur, praebendas conferre.

Innocentius Epus, servus servorum dei. Dilectis filiis ... decano et Capitulo Ratisponen. salutem ad aplcam benedictionem. Paci et Tranquilitati vestre ac Ratisponen. Ecclesie paterna volentes in posterum sollicitudine providere, auctoritate vobis presencium indulgemus, ut in posterum ad provisionem vel receptionem alicujus compelli auctoritate Sedis aplice aut Legatorum ipsius minime valeatis, absque speciali mandato Sedis ejusdem faciente plenam de hac indulgentia mencionem. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nre Concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Lugduni X. Kal. Septembris, Pontificatus nri anno tercio.

*Plumbum: Innocentius PP. IIII.*

**Num. CCCCXX. 1245. 26. Augusti. Ex Originali:**

Papa Innocentius permittit, ut propter absentium et paucitatem Canoniorum in Ecclia Cathedrali Rat. duo Vicarii perpetui constitui possint.

Innocentius Epus servus servorum dei. Dilectis filiis Decano et Capitulo Ratisponen. salutem et apostolicam benedictionem. Hiis, que provide statuuntur, libenter adiicimus apostolici muniminis firmitatem, ut intemerata consistent, que nostro fuerint presidio communita. Cum igitur, sicut ex parte vestra fuit propositum coram nobis, Ecclesia vestra propter Canoniorum ipsius absentiam debitis obsequiis fraudaretur, nos considerantes, quod cultus divini nominis minui non debeat, sed augeri; deliberatione provida statuistis, ut unius pre-

bende proventus duo Vicarii percipiant, continue in eadem Ecclesia servientes: quare nobis humiliter supplicastis, ut id apostolico curaremus munimine roborare. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati, quod super hoc a vobis pro utilitate ipsius Ecclesie provide factum est, ratum et gratum habentes, illud auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre Confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei, et beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Lugduni VII. Kalendas Septembris, Pontificatus nri anno tertio.

*Plumbum: Innocentius PP. IIII.*

**Num. CCCCXXI. 1245. 26 Aug. Ex Originali:**

Facultas papalis data Epo Rat. absolvendi eos, qui fuerunt excommunicati per Magrum Albertum Archidiaconum Pataviensem.

Innocentius Epus servus servorum dei. Venerabili fratri ... Ratisponen Epo salutem et aplcam ben. Cum sicut ex parte dilectorum filionim ... Decani et Capituli Ratisponen. fuit propositum coram nobis, nonnullae sint in eos generaliter et eorum aliquos nominatim per Magrum Albertum Archidiaconum Patavien. Excommunicationum, Suspensionum et Interdicti Sententiae post appellationem ad Sedem aplcam interpositam promulgate, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus ab eis sufficienti cautione recepta, quod pro hiis, pro quibus late sunt, Ecclesie mandato parebunt, relaxes auctoritate nra easdem Sententias ad cautelam, et dispenses cum ipsis, si exinde irregularitatem aliquam incurrerunt. Dat. Lugduni 7. Kal. Sept. Pontificatus nri anno tertio.

*Plumbum: Innocentius PP. IIII.*

**Num. CCCCXXII. 1245. 26. Aug. Ex Originali:**

Confirmatio papalis Statuti, quo advocatia Ecclesiae Rat. nulli amplius conferatur, sed mensae Epli remaneat.

Innocentius Epus servus servorum dei, Venerabili fratri ... Ratispon. Epo salutem et aplcam bened. Iustis petentium desideriis dignum est, nos facilem prebere consensum, et vota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Cum igitur, sicut ex parte tua fuit propositum coram nobis, advocatia Ratisponen. Eccleie ad dominationem tuam esset legitime devoluta, tu diligenter considerans, eandem Eccliam per advocatos, qui fuerunt pro tempore, per quos debebat merito defensari, gravia sepe incommoda percepisse, quodque non ad commodum, sed grave potius onus cedebat eidem, advocatiam cum pertinentus Epli mense de Capituli tui consensu deliberatione provida deputasti, statuens, quod advocatia ipsa nulli de cetero conferatur, sed in usus predictae mense cedant ejus redditus et proventus, prout in litteris super hoc confectis plenius dicitur contineri; quod apostolico roborari munimine petivisti. Nos autem tuis supplicationibus inclinati, quod super hoc a te pro utilitate ipsius Eccleie provide factum est, ratum et gratum habentes, illud auctoritate aplca confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nre Confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Bat. Lugduni VII. Kal. Sept. Pontificatus nri anno tertio.

*Plumbum: Innocentius PP. III.*

**Num. CCCCXXIII. 1245. 10 Nov. Ex Diplomatario:**

Imp. Friderici II. diploma, quo bullam auream Epo Sifrido largitam revocat, et universitati Ratisponensi jus magistratum eligendi et consilia utilia statuendi concedit.

Fridericus dei gra Romanorum imperator semper Augustus, Jerusalem et Sicilie Rex, Civibus Ratisponensibus fidelibus suis gratiam et bonam voluntatem, Licet dudum in solempni Curia nra Ravenne



cum principibus celebrata ad multas et supplices Archiepiscoporum et Episcoporum Germanie instantias cassanda et in irritum revocanda duximus in omni Civitate vel Oppido Alamanie communia consilia, magistros civium seu rectores vel quoslibet alios officiales, qui ab universitate civium sine Archiepiscoporum vel Episcoporum consensu vel beneplacito fuerint constituti. Quia tamen Sifridus Ratispon. Episcopus, quondam Cancellarius noster privilegium nostrum super premissis sibi ceterisque indultum principibus ob perpetratum contra nos crimen perfidie manifeste juste demeruisse videtur, dum lateri nostro familiariter assistens et privatis nostris communicando consiliis ad partem contrariam declinavit, adversario nostro pape contra nos proditorie adherendo, nobis ad sinceram fidem et expertam devocionem, quam ad excellentiam nostram geritis, de gracia nostra duximus indulgendum, ut liceat vobis ammodo communia consilia ad honorem nostrum, imperii, et utilitatem Civitatis vestre statuere, et magistros seu rectores Civium vel quoslibet officiales alios libere ordinare, privilegio aliquo contra hujus indulti nostri graciā de cetero non obstante, quinimo ut favoris nostri, quem erga vos gerimus, vobis eniteat plenitudo, privilegium nostrum aurea bulla munitum, quod prefato Episcopo super infringendis juribus et libertatibus vestris, quibus estis usi hactenus, concessimus, cassamus et in irritum revocamus, decernentes, ipsum ammodo vires aliquas non habere. Ad cujus rei memoriam et stabilem firmitatem presens scriptum fieri et majestatis nostre Sigillo jussimus communiri. Datum Papie anno dominice incarnatione M. CC. XLV. mens. Novembr. IIII<sup>to</sup> Idus.

**Num. CCCCXXIV. 1246. 27. Martii. Ex Originali:**

Conradus rex clericos Ratisbonenses in specialem protectionem recipit.

Conradus divi augusti imperatoris Friderici filius, dei gracia Rom. in regem Electus semper augustus, et heres regni Jerusalem. Per presens scriptum notum facimus universis imperii fidelibus presentes litteras inspecturis, quod nos sacerdotes et clericos omnes, qui pro reverentia imperatorie majestatis nostre ec imperii assistere volunt fideliter et devote in celebratione divinorum officiorum civibus et fidelibus nris Ratisponen. recepimus sub protectionis et defensionis presidio nro imperii speciali; promittentes, eis suo loco et tempore tam

in beneficiis ecclesiasticis, quam in largitione munerum et regie provisionis juxta meritum unicuique liberaliter providere. De habundanciori quoque gracia nostra volumus, predictos sacerdotes et clericos, quandocumque in posterum tractatus pacis inter magnificum Caesarem dominum patrem nostrum, Nos, et Papam haberi contigerit, ejusdem tractatus pacis participes esse, ut in honore dignitatis, officiorum et beneficiorum cum plenitudine gratie papalis et ecclesiastice debeant reconciliari. Ad cujus rei memoriam presentes litteras fieri fecimus Sigillo nostro munitas, Datum Schafuse 27. Marcii; quarte Indictionis.

*Sigillum illaesum adpendet.*

**Num. CCCCXXV. 1246. 17 April. Ex Originali:**

Papa Innocentius IV. confirmat Praeposito veteris Capellae Jus patronatus ad Parochiam Nittenau. Innocentius Episcopus servus servorum dei, venerabili fratri ... Episcopo, et dilectis filiis Capitulo Babenbergens. Salutem et apostolicam benedictionem. Ea, que judicio uel concordia terminantur, firma debent et illibata persistere, et ne in recidiue contentionis scrupulum relabantur, apostolico conuenit presidio communiri. Ex parte siquidem uestra fuit propositum coram nobis, quod cum inter uos ex parte una, et ... prepositum veteris Capelle Ratisponensis ex altera super jure patronatus ecclesie Nitenowe Ratisponensis dyocesis suborta fuisset materia questionis, tandem hujusmodi questio amicabilem fuit compositione sopita, prout in litteris inde confectis plenius dicitur contineri, quam compositionem apostolico roborari munimine petiistis. Nos igitur uestris supplicationibus inclinati, compositionem ipsam, sicut sine prauitate prouide facta est, et ab utraque parte sponte recepta, et hactenus pacifice obseruata, auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio comunimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Lugduni, XV. Kalend. Maij, pontificatus nostri anno tercio.

*Plumbum: Innocentius PP. IIII.*

**Num. CCCCXXVI. 1247. 24 Maii. Ex Originali:**

Statutum de receptione Canonorum in Ecclesia maj. Ratisbon. ae defensione Libertatum eorundem. Universis Xpi fidelibus presentia inspecturis E. prepositus, H. decanus cum universitate Capituli majoris Eccleie Ratisponen. salutem in omnium salvatore. Quoniam Ecclesia major Ratisponen. ab antiqua et approbata Consuetudine multis floruit libertatum privilegiis, et precipue harum duarum, ut videlicet nisi nobiles, aut viri litterati, vel in divinis sufficienter exercitati officiis ad consortium ejusdem recipi consueverunt, et ut nulli risi presentes et deservientes gaudeant perceptione proventuum prebendarum, eoquod quilibet in confratrem recipiendus a principio promittat participare labores, sicut consolationes, et quia plenitudo consolationis absentium presentes et laborantes in Vineam, quibus debetur denarius, scandalizatos, lentos redderet circa divinum officium, immo nudaret chorum personis, et destitueret Ecclesiam omni Consiliorum gubernatione: ne nris temporibus vileant et pereant prerogative hmoi honestatum, unanimi consensu et voluntate decrevimus, et fide data vice Sacramenti firmavimus, quod universis et singulis Consortium nrum aspirantibus et qualicumque modo laborantibus, ut nobis contradicentibus et invitis, ac propter liberam fratrum omnium Electionem Capituli nri consortium obtineant et prebendam, fratribus quoque, qui obtinere attemptaverint, ut ipsi absentes proventus prebendarum suarum eque percipiant, ut presentes, unanimiter rebus et personis pro defendendis Eccleie nre liberis honestatibus et honestis libertatibus, quantum de jure poterimus, resistemus, salva in omnibus aplice Sedis reverentia, cujus mandato salvis nobis legitimis Exceptionibus contra litterarum suarum impetrationes, semper intendimus et volumus obedire: ad cujus defensionis robur statuimus, et fide data firmavimus, quod si quis nrum hmoi libertatum nrarum defensioni negaverit seu subtraxerit consilium et auxilium, ut manifestus fautor impugnatorum nrarum libertatum stipendio prebende sue ipso jure careat per quinquennium, stipendii proventibus ad impensas defensionis hmoi convertendis. Siquem vero nrum suspectum habuerimus de favore adversariorum nrorum, quo minus fideliter et legaliter se nobiscum gesserit in hoc negotio, cum id suspectum eum reddat, nisi super hoc requisitus tertia manu Confratrum suorum se coram nobis purgaverit, peae predictae per pretaxata tempora subia-

cebit, et si manifestus aut suspectus non purgatus confrater, fautor adversariorum nrorum penam prememoratam qualicunque ingenio effugere ac elidere attemptaverit, a consortio nro et prebenda, cujus libertatem non curavit, perpetuo sit exclusus. Et quia plerique circa impetendos taliter excedentes latitare solent, et sibi mutuo reservare impetitiones, expectando, quis prior impetat, ne hoc nrum commendabile statutum in defectus nros tali modo vileat et in profectus transeat adversantium, adiicimus statuendo et fide data firmando, quod postquam patere aut suspicio haberi ceperit de quoquam nrum, quod absit, ipsum esse reum modo vel modis prescriptis, decanus, si presens est, vel si est absens, vice ipsius Confrater Capli nri presens Senior secundum introitum ab uno et quocun que Confratrum nrorum ammonitus, convocatis et assumptis Confratribus existentibus in Civitate fratrem reum vel suspectum vocatum impetat, et negotium usque ad finem debitum fratribus cooperantibus exequatur. Decanus quoque vel frater Senior eo absente predicta, ut diximus, tractaturus, si ea facere contradixerit aut neglexerit, vel callide se subtraxerit et amore aut timore declinare studuerit, quilibet quoque Confratrum, qui decanum vel fratrem Seniore predicta tractaturum in hoc deseruerit tractatu, et juvare contradixerit aut neglexerit, aut callide se subtraxerit, aut amore vel timore declinare studuerit, penam sustineat prenotatam. Ut autem efficacius hec exequi valeamus, quia difficile foret, fratres omnes totiens convocare, quotiens negotium requireret, Ordinationem premissorum quinque fratribus H. Seman archydiacono, Ulrico de Dornberch preposito sci Johannis, Magro S. Scolastico, Magro G. archidiac. Magro Petro, vel 4. aut 3. eorum, cum alios abesse continget, commisimus, fide data singuli promittentes, quod eorum consilio et ordinationi parebimus super expensis et Nuntiis mittendis, et aliis, que nobis ad prosecutionem dicti negotii provida deliberatione duxerint injungenda. Et ut hec firmiter observentur, in robur eorum, et in testimonium voluntatis omnium nrum et singulorum Sigillis nris ea placuit insigniri. Acta sunt hec anno dni 1246. Dat. autem anno dni 1246. IX. Kal. Junii, Indictione quarta.

*20. Sigilla appendent.*

**Num. CCCCXXVII. 1247. 3. Julii. Ex Originali:**

De residentia facienda a Canonicis Ecclesiae majoris Rat. sub poena subtractionis proventuum  
praebendarum suarum.

Petrus miseratione divina sci Georgii ad Velum aureum diac. Cardinalis, aplice sedis legatus, dilecto in Xpo ... Decano Ratisponen. salutem in dno. Exhibita nobis tua petitio continebat, quod quidam Canonicorum Ratisponen. Eccle, licet proventus suarum percipiant prebendarum, debitam tamen in ipsa residentiam facere pretermittunt, propter quod eadem Ecclia debitis obsequiis defraudatur. Quia vero sicut indignum est, ut quis cogatur propriis stipendiis militare, sic pro certo contrarium est iudicio rationis, ut clerici Ecclis illis non serviant, quorum redditibus sustentantur, presentium tibi auctoritate mandamus, quatinus Canonicos ipsos, ut in Ecclia ipsa resideant et deserviant, ut tenentur, per subtractionem proventuum prebendarum suarum monitione premissa compellas, non obstantibus aliquibus litteris in contrarium impetratis, ex quibus scandalum in eadem Ecclia generetur. Dat. apud Andernac. V. Non. Julii anno dni 1247.

*Sigillum Cardinalis laesum adpendet*

**Num. CCCCXXVIII. 1247 11. Julii:**

Albertus I. Epus Rat. attendens multiplices Monasterii Pruveningensis defectus, eidem Ecclesiam parochialem in Sintzingen, jure patronatus ad ipsum Monasterium spectantem in subsidium luminarium Sanctorum incorporat, per abbatem et suos fratres perpetualiter officiantem. Datum in Castro nostro Stouffen anno Domini 1247. V. Idus Julii, Indictione quarta, Pontificatus nostri anno primo.

*Mon. Boic. XIII. 308.*

**Num. CCCCXXIX. 1247. 13. Julii. Ex Originali:**

Albertus I. Epus Rat. confirmat Parochiam Schwarzhofen Parthenoni S. Crucis Ratisbon.  
In nomine dni amen. Albertus miseratione divina Ratispone. Eccle Epus, omnibus in perpetuum,  
Quoniam, sicut ait apus, exercere nos oportet opera pietatis etc.

*Concordat verbotenus cum litteris confirmatois Epi Sifridi. Vid. supra Num. CCCCX.*

Testes: Eberhardus major prepositus, Heinricus decanus, Heinricus Semannus, Berhtoldus de Oberndorf, Gozwinus de porta, Gelpfradus, Alhardus de Hütte, Magr Marquardus, Ulricus prepositus sci Johannis, Magr Siboto scolasticus, Magr Eberhardus, Otto de Uttelingen, Kalhohus, Hermannus de Windespach, Heinricus de Rasche, Canonici Eccleie Cathedralis. Datum apud Stuffen, anno dni 1247. III. Idus Julii, Indictione IIII. Pontificatus nri anno primo.

*Sigillum Epi nonnihil laesum adpendet.*

**Num. CCCCXXX. 1248. 25. April. Ex Originali:**

Albertus Epus confirmat Praeposito veteris Capellae jus Patronatus ad Parochiam Nittenau. Nos Albertus miseratione divina Ratisponensis Episcopus. Notum facimus presentium inspectoribus universis, quod nos compositionem factam inter venerabilem patrem et dominum Babenbergensem Episcopum et Heinricum venerabilem prepositum veteris Capelle Ratisponensis super ecclesia in Nitenowe, a sede eciam apostolica confirmatam, ratam habentes pariter approbamus; quod ut ratum permaneat, presentes super hoc conscribi fecimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum apud Eglofsheim castrum nostrum, Anno domini 1248. VII. Kalendas Maii, Indictione quinta, Pontificatus nostri anno secundo.

*Sigillum Epi illaesum adpendet.*

**Num. CCCCXXXI. 1248. 18. Jul.**

Albertus Epus Rat. homines in officio Iremprecht Monasterio Monseensi confert.

*Ex Chronico Lunaelacensi p. 149.*

Albertus miseratione divina Ratisponensis Episcopus, notum facimus praesentium inspectoribus universis, quod nos dilectis nobis venerabili abbati et Conventui in Mansee, respicientes ipsorum fidelia obsequia et devota, homines Ecclesiae nostrae attinentes officio, quod vulgariter dicitur Irramprecht, quos quandoque Heinricus dictus Ostermann Curiae nostrae Camerarius, dictorum hominum procurator

commiserat sub nomine cuiusdam census, Heinrico dicto Rutherus contulimus in perpetuum possidendos. Et ne id alicui vertatur in dubium, praesentem litteram conscribi fecimus, Sigilli nri munimine roboratam. Testes Hertuuicus Curiae nrae Notarius, Heinricus et Dietricus fratres dicti de Owe, Otto de Otnange, Ulricus servus ejusdem, Rutherus et alii quam plures. Actum ad Berchirsgaden anno Domini 1248. XV. Kalend. Augusti, Pontificatus nri anno secundo.

**Num. CCCCXXXII. 1248. 1. Dec.**

Commissorium a Papa Innocentio IV. Epo Ratisbonensi datum, electo abbati in Monasterio Scotorum  
Viennae concedendi benedictionem.

*Ex Baluzii Miscellaneis novae Mansi Editionis I. 212.*

Sua nobis dilecti filii Abbas et Conventus Monasterii sancti Jacobi Scotorum Ratispon. ordinis sancti Benedicti ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis petitione monstrarunt, quod ipsi attendentes, Conventum Monasterii sancte Marie Scotorum in Vienna abbatis destituti regimine ad dictum Monasterium sancti Jacobi nullo mediante spectantis ex eo eligere ea vice non posse, quod in villa Wiennensi auctoritate apostolica supposita interdicto divina temere celebrarunt; ne dictum Monasterium sancte Marie ex vacatione diuturna in spiritualibus et temporalibus incurreret detrimentum, dilectum filium Beylianum monachum Eberspergenssem, virum, ut accepimus, eminentis scientie ac in spiritualibus et temporalibus circumspectum eidem vacanti Monasterio canonice et concorditer, prout ad eos pertinet, prefecerunt, nobis humiliter supplicantes, ut cum ... Pataviensis Epus loci diocesanus auctoritate predicta vinculo sit excommunicationis astrictus, ipsi electo ad sedem apostolicam accedenti munus faceremus benedictionis impendi. Tuam igitur volentes in hoc honorare personam, qui in devotione sedis apostolice stabilis perseveras, mandamus, quatenus, si est ita, eidem Electo munus benedictionis impendas, eique facias a suis subditis obedientiam et reverentiam devotam et debitam exhiberi: nolumus tamen, quod Pataviensi Ecclesie propter hoc in posterum aliquod prejudicium generetur, Datum Lugduni Kal. Decembris, Pontificatus nostri anno sexto.

**Num. CCCXXXIII. 1249. 6. Februarii:**

Commissorium a Papa Innocentio IV. datum Epo Ratisbonensi, Ducem Bavariae excommunicandi et terram ejus interdicendi.

*Ex Baluzii miscellan. Libro VII. p. 456. et in nova Mansi Editione de a. 1761. Tomo I. p. 217.*

Cum tibi dicamur nostris dedisse literis in mandatis, ut ducem Bawarie, nisi a te monitus infra festum assumptionis beate Marie proxime preteritum rediret ad ecclesiasticam unitatem, gratiis et indulgentiis sibi a felicitis recordationis Gregorio Papa predecessore nostro concessis auctoritate nostra privares, licet idem dux post monitionem tuam, quod contra Ecclesiam in nullo processerat, proprio juramento firmiter, ac promiserit per juramentum hmoi, se processurum nullatenus contra eam: ipse tamen, sicut accepimus, juramenti religione contempta prioribus peiora committens, et Friderici II. quondam imperatoris, persecutoris Ecclesie in partibus Austrie gerens vicem, ipsi Ecclesie ac eam adjuvantibus plurimum adversatur. Ideoque fraternitati tue per apostolica scripta in virtute obedientie disiricte precipiendo mandamus, quatinus, si est ita, eundem ducem auctoritate nostra privatum esse denuntians gratiis et indulgentiis supradictis, in ipsum et in sua perversitate adherentes eidem excommunicationis et in terram ejus interdicti sententias non differras promulgare, eas tam diu singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis per Civitatem et Diocesin tuam solempniter publices et facias publicari, donec vexatione intellectum suo auditui tribuente ad unitatem ecclesiasticam revertatur, et contra predictum Fridericum tanquam adversarium fidei, et libertatis ecclesiastice subversorem recipiens signum crucis, Ecclesiis, monasteriis et aliis piis locis, ac clericis earundem Civitatis et Diocesis injuste ablata restituat et de dampnis et injuriis irrogatis satisfactionem competentem exhibeat, ut tenetur. Ad hec volumus, et tibi auctoritate presentium districte injungimus, ut contra ipsum Ducem tanquam adversus Ecclesiam adversarium manifestum in dictis Civitate et Diocesi verbum crucis predices, et facias predicari, eam illis, qui crucis assumpto signaculo processerint contra eum in hmoi nequitia persistentem, suorum peccatorum veniam concedendo, que transeuntibus in terre sancte sub. sidium in generali Concilio est concessa. Datum Lugduni. VIII. Idus Februarii, anno Pontificatus nostri sexto.



**Num. CCCCXXXIV. 1249. 6. Februarii. Ex Originali:**

Innocentii Papae IV. bulla, qua Episcopum Ratisbonensem hospitali S. Catharinae Ratisbon. contra inuasorum audaciam assistere jubet.

Innocentius Epus, servus servorum Dei. Venerabili fratri Epo, et dilecto filio thesaurario Ratispon. salutem et aplcam benedictionem. Quia nonnulli sic in malitia delectantur, ut voluntatis libito abstinentie ruptis habenis ad illicita relaxato personas religiosas super bonis dei timore postposito multipliciter molestare presumant, consuevit aplca Sedes personis ipsis contra pravitatem talium defensionis remedio misericorditer subvenire, per quod earum bona tuta permaneant, molestatorum ipsorum compescatur temeritas, et aliis aditus committendi similia precludatur. Cum itaque, sicut dilecti filii Magister et fratres hospitalis sce Catherine in ponte ordinis sci Augustini Ratisponen. diocesis nobis exponere curaverunt, quod a nonnullis, qui nomen dni recipere in vacuum non formidant, molestias multiples patiantur, nos volentes eisdem contra insolentiam et conatus malignantium providere, discretioni vestre per aplca scripta mandamus, quatinus ipsis contra predonum, raptorum et inuasorum audaciam favoris presidio efficaciter assistentes, non permittatis, ipsos a talibus molestari, molestatores hmoi per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, presentibus post quinquennium minime valituris. Datum Lugduni, VIII. Idus Februarii, Pontificatus nostri anno sexto.

*Plumbum. Innocentius PP. IIII.*

**Num. CCCCXXXV. 1249 26. Febr. Ex Originali:**

Papa Innocentius IV. recipit Capitulum Ecclesiae maj. Rat. ejusque bona ac Parochias incorporatas in S. Petri suamque pretectionem.

Innocentius Epus servus servorum dei. Dilectis filiis ... Preposito ... Decano et Canonicis Ratisponensis Ecclesie tam presentibus, quam futuris canonice substituendis in perpetuum. Quotiens a nobis petitur, quod juri et honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere, ac petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Eapropter dilecti in domino filii vestris justis postulationibus clmenter annuimus et Eccliam Ratisponen. in qua divino estis

obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus, statuentes, ut quascunque possessiones, quecunque bona eadem Ecclesia in presentiarum juste ac rationabiliter possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis prestante domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque Successoribus et illibata permaneant; in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipsum, in quo prefata Ecclesia sita est cum omnibus pertinentiis suis, Persen, Wibelstorf, Saler, Werde, Illenchoven, Lentichoven, Hazechoven, Leuchinge, Hovechirchen, Pfaffenberg, Heimsacher, Geislheringe, Tanne et Altheim Ecclesias cum omnibus pertinentiis suis, Capellam in Pounnechoven cum omnibus pertinentiis suis, Pfelenchoven, Hitenchoven, Illenchoven, Bubenhausen, Hovechirchen, Leuchinge, Oelentheim, Wibelstorf, Lierndorf, Walkeringe, Erel, et Harthousen Villas cum omnibus pertinentiis suis, allodia, que hovemarchie dicuntur cum villis et omnibus pertinentiis suis, et decimas, quas in eisdem hovemarchiis et villis proponitis vos habere, domos et Curias, quas inhabitatis, ad eandem Ecclesiam de jure spectantes, ac alias possessiones ipsius cum pratis, vineis, terris, nemoribus, usuagiis et pascuis in bosco et plano, in aquis et molendinis, in viis et semitis, et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis, clausis januis, inteidictis et excommunicatis exclusis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare, dummodo causam non dederitis interdicto, nec id contingat vobis specialiter interdicti. Ordinationes quoque clericorum, qui ad ordines fuerint promovendi, a vestro suscipietis Epo, si quidem catholicus fuerit et gratiam et communionem sacrosancte Romane Sedis habuerit, et eas voluerit sine pravitate aliqua exhibere. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, aut etiam publice usurarii, nullus obsistat, salva tamen justitia illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas preterea et possessiones ad jus Ecclesiarum vestrarum spectantes, que a laicis detinentur, redimendi et legitime liberandi de manibus eorum, et ad Ecclesias, ad quas pertinent, revocandi libera sit vobis de nostra auctoritate facultas. Paci quoque et tranquillitati vestre paterna in posterum sollicitudine providere volentes, auctoritate apostolica

prohibemus, ut infra clausuras locorum vestrorum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere, vel interficere, seu violentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates et innumtates a Predecessoribus nris Roman. Pontificibus vobis indultas, ac etiam antiquas et rationabiles consuetudines in eadem Ecclia pacifice hactenus observatas auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam Eccliam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et Ratisponensis Epi canonica justitia, et in eisdem decimis moderatione Concilii generalis. Si qua igitur in futurum Ecclca secularisve persona hanc nre Constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nri Ihu Xpi aliena fiat, atque in extremo examine districte subjaceat ultioni, cunctis autem eidem loco sua jura servantibus pax domini nri Ihu Xpi, quatinus et heic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniunt, amen, amen, amen.

Ego Innocentius catholice Ecclie Epus fs.

*Dein sequitur Subscriptio VII. Cardinalium.*

Datum Lugduni per manum Magri Martini sce Romane Ecclie Vicecancellarii, V. Kal. Martii, Indictione VIII. Incarnationis dominice anno 1249. Pontificatus vero domni Innocentii PP. quarti anno septimo.

*Plumbum: Innocentius PP. IIII.*

**Num. CCCCXXXVI. 1249. 21. Maii. Ex Originali:**

Epus Albertus I. incorporat Capitulo suo Parochiam Riekofen etc.

Albertus miseratione divina Ratisponen. Ecclesie Epus, dilectis in Xpo fratribus ... Preposito ... Decano, totique Capitulo ejusdem

Ecclesie Ratisponen. salutem et sinceram in Domino caritatem. Indulgentiis quibusdam papalibus obtentis, viso, quod honestatem et libertatem et consuetudines vestras approbatas tangerent, Capitulum vestrum non solum non humiliare aut molestare aliquatenus, sed exaltare potius et amplecti pietate paterna intendentes, permittimus et firmamus per presentia, quod eisdem indulgentiis non utemur, nec easdem extendemus ad prebendas vestras, nec in lesionem aut diminutionem libertatis et honestatis vestre, sed illas fovebimus unacum vobiscum ac tuebimur, quantum poterimus, quemadmodum vobiscum participari prospera et adversa cupimus. Et si ex vobis aliquis vel aliqui excesserint quoad nos specialiter, vel quoad mandata, que a Sede aplca recepimus, que negligere cautum non est, circa illum vel illos, si se humiliaverint et resipiscere voluerint, misericorditer agemus secundum consilia fratrum de Capitulo, qui ad nostra consilia sunt jurati. Donationem quoque Parrochie Lendekoven, quam ad instaurum prebendarum vestrarum universitati vestre dedimus, rite per presentia confirmamus, roborandam ulterius scripto alio, in quo modus et forma memorialis nostri, quod ex ipsa ordinavimus, exprimentur. Acta sunt hec anno dominice incarnationis 1248. Datum autem Stoufe anno dominice incarnationis 1249. XII. Kal. Junii, Indictione VI. Epatus nostri anno tercio.

*Sigillum Epi valde laesum appendet.*

**Num. CCCCXXXVII. 1249. 13. Augusti:**

Papa Innocentius IV. ad supplicationes Ratisbon. et Eystetensis Eporum, nec non Gebhardi Comitis de Hirsperg confirmat Incorporationem parochialis Ecclesiae Hemmau Mouasterio Pruveningensi ante 40. annos factam a Conrado Epo Rat. bonae memoriae, ob facultatum dicti Coenobii tenuitatem, adjecta obligatione, quod de redditibus ipsius Eccliae Vicario in ea perpetuo servituro pro sustentatione sua, et solvendis Episcopalibus juribus ac aliis oneribus ipsius Ecclesiae supportandis congrua portio assignetur. Datum Lugduni Idibus Augusti, Pontificatus PP. Innocentii anno septimo.

*Mon. Boic. XIII. 211.*

**Num. CCCCXXXVIII. 1249. 17. Dec. Ex Originali:**

Nullus delegatus aut subdelegatus potest Canonicos majoris Eccliae excommuicare, nisi mandatum habuerit in litteris expressum.

Innocentius Epus servus servorum dei. Dilectis filiis Capitulo Ratisponen. Salutem et aplcam ben. Apostolice Sedis benignitas sincere obsequentium vota fidelium favore benivolo prosequi consuevit, et personas illorum, quos in sua devotione promptos invenerit et ferventes, quibusdam titulis decentius decorare. Ut igitur ex speciali devotione, quam ad nos et Romanam Eccliam habere noscimini, sentiatis vobis favorem apostolicum non modicum accrevisse, auctoritate vobis presentium indulgemus, ut nullus delegatus, vei subdelegatus, Executor, aut etiam conservator per litteras Sedis ejusdem vel delegatorum ipsius in vos Excommunicationis, suspensionis vel interdicti Sententias promulgare, aut interdicere vobis ingressum Ecclie valeat, nisi littere ipse plenam de hac indulgentia fecerint mentionem, presentibus post triennium minime valituris. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nre Concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli aplorum eius se noverit incursum. Datum Lugduni XVI. Kal. Januarii, Pontificatus nri anno septimo.

*Plumbum: Innocentius PP. IIII.*

**Num. CCCCXXXIX. 1249. 18. Dec. Ex Originali:**

Facultas papalis data Epo Rat. absolvendi eos, qui subjacent interdicto.

Innocentius Epus servus servorum dei. Venerabili fratri. Epo Ratisponen. salutem et aplam ben. Cum Civitas Ratisponen occasione generalis discordie supposita sit Ecclco Interdicto, fraternitati tue per aplca scripta mandamus, quatinus omnes illos, qui de ipsa Civitate vel diocesi redire voluerint ad Ecclcam unitaten, absolvas juxta formam Ecclie, injuncta ipsis penitentia salutari, eisque des licentiam, audiendi Officia divina in locis, in quibus ex indulto Sedis aplce celebrantur, si videris expedire. Dat Lugduni XV. Kal. Januarii, Pontificatus nri anno Septimo.

*Plumbum: Innocentius PP. IIII.*

**Num. CCCCXL. 1249. 18. Dec. Ex Originali:**

Papae Innocentii IV. Confirmatio Statuti, quod nullus Canonorum in Ecclesia maj. Ratisbon, fructus praebendae percipere possit, nisi residentiam fecerit.

Innocentius Epus, servus servorum dei. Venerabili fratri ... Epo, et dilecto filio ... Decano Frising. salutem et aplcam ben. Cum, sicut ex parte dilectorum filiorum ... Prepositi, ... Decani et Capituli Ratisponen. fuit propositum coram nobis, quod de Consuetudine Ratisponen. Eccleie nullus ejus Canonicus proventus prebende sue ipsius Ecclesie, que in distributionibus cottidianis consistit, percipere valeat, nisi in eadem Ecclia residentiam fecerit personalem, et Consensus Capituli ejusdem Eccleie intercedat: Nos exigentibus sue devotionis meritis, votis eorum libenter annuimus, et petitiones eorum, quantum cum deo possumus, favorabiliter exaudire volentes, ipsorum supplicationibus inclinati, consuetudinem ipsam laudabilem et ab eis longo tempore observatam ratam et firmam habentes, eam auctoritate aplca duximus confirmandam. Quocirca discretioni vre per aplca scripta mandamus, quatenus prefatos Prepositum, Decanum et Capitulum non permittatis, super hiis contra Confirmationis nre tenorem ab aliquibus indebite molestari, molestatores hmoi per Censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo. Datum Lugduni, XV. Kalendas Januarii, Pontificatus nri anno septimo.

*Plumbum: Innocentius PP. IIII.*

**Num. CCCCXLI. 1249. 18 Dec. Ex Originali:**

Innocentius Papa IV. confirmat Statutum, de non recipiendis suspectis aut levis famae in Ecclia cathedrali Ratisbonensi.

Innocentius Episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis ... preposito, ... decano, et Capitulo Ratisponen. salutem et aplcam ben. Hiis, que pro Ecclesiarum utilitatibus statuuntur, libenter adiicimus robur apostolice firmitatis, ut intemerata consistant, cum nostro fuerint presidio communita. Cum igitur, sicut ex parte vestra fuit propositum coram nobis, vos volentes indemnitati Ecclesie vestre considerata malitia temporis precavere, deliberatione provida duxeritis statuendum, ut nullus ex ipsius Canonicis suspectus Eccleie, vel lese

fame, aut levis opinionis ad communes tractatus Capituli admittatur: Nos vestris supplicationibus inclinati, quod super hoc a vobis provide factum est, ratum et firmum habentes, statutum ipsum nostra auctoritate confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat etc. Datum Lugduni XV. Kalendas Januarii, Pontificatus nri anno septimo.  
*Plumbum: Innocentius PP. III.*

**Num. CCCCXLII. 1249. 18. Dec. Ex Originali:**

Licentia data duobus Vicariis, celebraadi in majori altari Ecclesiae Ratisbon.

Innocentius Epus, servus servorum dei. Venerabili fratri ... Epo Ratisponen. salutem et aplcam bened. Ex parte dilectorum filiorum ... Prepositi .. Decani et Capituli Ratisponen. fuit nobis humiliter supplicatum, ut, cum de consuetudine Ratisponen, Ecclesie nullus ejus Vicarius possit in majori altari ejusdem Ecclesie missarum solempnia celebrare, duo ex ejusdem Ecclesie Vicariis in eodem altari, quod plerumque propter aliorum Sacerdotum penuriam defectum in hmoi patitur, celebrare sacra mysteria valeant, eis concedere paterna diligentia curaremus. Quocirca fraternitati tue per aplca scripta mandamus, quatinus super hoc facias auctoritate nra, quod eidem Ecclesie secundum deum videris expedire, Contradictores per Censuram Ecclesiam appellatione postposita compescendo. Datum Lugduni, XV. Kal. Januarii, Pontificatus nri anno septimo.

*Plumbum: Innocentius PP. III.*

**Num. CCCCXLIII. 1249. 18. Dec. Ex Originali:**

Statuti Confirmatio papalis, quod administratio proventuum communium nom ad Praepositum, sed ad Canonicum spectet in maj. Ecclesia Ratisbon.

Innocentius Epus servus servorum dei. Dilectis filiis ... decano et capitulo Ratisponen. salutem et aplcam ben. Exigentibus vre devotionis meritis, votis vris libenter annuimus, et petitiones vras, quantum cum deo possumus, favorabiliter exaudimus. Cum igitur, sicut ex parte vra luit propositum coram nobis, in Ecclesia vra de con-

sensu bone memorie Syfridi Epi Ratispon. provida fuerit deliberatione statutum, ut administratio communium proventuum, quam ipsius Ecclie prepositus exercebat, uni ex ejusdem Ecclie Canonicis, qui de receptis et expensis annuatim computet, committatur, prout hoc in litteris inde confectis plenius dicitur contineri, nos vris supplicationibus inclinati, Statutum ipsum provide factum, dummodo in eo prepositus et Caplum concordaverint, auctoritate aplca confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nre confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire, Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apolorum ejus se noverit incursum. Datum Lugduni XV. Kal. Januarii, Pontificatus pri anno septimo.

*Plumbum: Innocentius PP. IIII.*

**Num. CCCCXLIV. 1249. 18. Dec. Ex Originali.**

Domus canonicales personis inhonestis non locentur.

Innocentius Epus servus servorum dei Venerabili fratri ... Epo et dilecto filio ... decano Frising. Salutem et aplcam ben. Cum, sicut ex parte dilectorum filiorum ... decani et Capli Ratisponen. fuit propositum eoram nobis, in eorum Ecclia provida sit deliberatione statutum, ut domus Canonicorum personis, quas non deceat Caplum, non locentur, nosque ipsorum supplicationibus inclinati statutum ipsum, prout provide factum est, auctoritate literarum nrarum duxerimus confirmandum, discretioni vre per aplca scripta mandamus, quatinus non permittatis ipsos super hiis contra Confirmationis nre tenorem ab aliquibus indebite molestari, molestatores hmoi per Censuram Ecclcam appellatione postposita compescendo. Datum Lugduni, XV. Kal. Januarii, Pontificatus nri anno septimo.

*Plumbum: Innocentius PP. IIII.*



**Num. CCCCXLV. 1249. 23. Dec. Ex Originali:**

Papa Innocentius IV. confirmat Capitulo cathedrali Ratisbon. Incorporationem Parochiae Riekofen. Innocentius Epus servus servorum Dei. Dilectis filiis ... Preposito ... Decano et Capitulo Ratisponen. salutem et aplcam ben. Justis petentiam desideriis dignum est, nos facilem prebere consensum, et vota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Cum igitur, sicut ex parte vestra fuit propositum coram nobis, venerabilis frater noster ... Epus Ratisponen. necessitati vestre compatiens super eo, quod in pane, qui datur pro cotidianis distributionibus, penuriam sustinetis, Ecclesiam in Lentichoven (hodie Riechoven) Ratisponen. dioc. ad ejus patronatum et collationem spectantem vobis concesserit, proventibus ejusdem Ecclesie ipsius cedente vel decedente Rectore in usus hujusmodi convertendis, prout in litteris inde confectis plenius dicitur contineri: Nos vestris supplicationibus inclinati, quod super hoc ab eodem Epo provide factum est, ratum et firmum habentes auctoritate aplca confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus, proviso, quod tantum de ipsius Ecclesie proventibus reservetur, quod in ea possit per idoneum Vicarium deserviri. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli aplorum ejus se noverit incursum. Datum Lugduni X. Kalend. Januarii, Pontificatus nostri anno septimo.

*Plumbum: Innocentius PP. IIII.*

**Num. CCCCXLVI. 1250. 31. Jan. Ex Originali:**

Licentia, divina celebrandi in Civitate et Dioecesi Ratisbon. tempore interdicti. Innocentius Epus servus servorum dei. Dilectis filiis universitati Cleri Civitatis et Dioc. Ratisponen. salutem et aplcam ben. Solet annuere Sedes apostolica piis votis, et justis petentium desideriis favorem benivolum impertiri. Quapropter dilecti in dno filii vestris justis precibus inclinati, ut durante generali vestrarum partium interdicto liceat vobis, januis clausis, summissa voce, non pulsatis campanis,

excommunicatis et interdictis exclusis, divina officia celebrare auctoritate vobis presentium indulgemus, dummodo causam non dederitis interdicto, nec id vobis contingat specialiter interdicti. Nulli ergo etc. Datum Lugduni II. Kal. Februarii, Pontificatus nri anno septimo.

*Plumbum: Innocentius PP. IIII.*

**Num. CCCCLVII 1260. 31 Jan. Ex Originali:**

Inhibitorium, ne suspecti, levis opinionis, aut laesae famae in Canonicos Ecclesiae maj. Ratisbon. suscipiantur.

Innocentius Epus servus servorum dei. Venerabili fratri ... Epo, et dilecto filio ... decano Frisingensi salutem et aplcam ben. Futuris volentes periculis paterna diligentia precavere, discretioni vre per aplca scripta mandamus, quatenus preposito, decano et Capitulo Ratisponensi ex parte nra inhibeatis expresse, ne aliquos Romane Sedi vel Eccleie Ratisponensi suspectos, aut lese fame, vel levis opinionis in eorum Canonicos auctoritate Sedis aplce vel Legatorum ipsius et propria etiam admittere presumant, temeritatem eorum, qui contrarium presumpserint, per Censuram Ecclcam appellatione postposita compescendo, non obstantibus aliquibus litteris ab aplca Sede obtentis et etiam obtinendis. Datum Lugduni II. Kal. Febr. Pontificatus nri anno VII.

*Plumbum: Innocentius PP. IIII.*

**Num. CCCCLVIII. 1250. 31. Jan. Ex Originali:**

Confirmatio Statuti, quod de Parochiis Civitatis et Dioecesis Ratisbon. pro Cathedratico ultra summam duorum solidorum non exigatur.

Innocentius Epus servus servorum dei. Dilectis filiis... Preposito ... Decano et Capitulo Ratisponen. salutem et aplcam ben. Hiis, que ab Eccliarum Prelatis pro earum utilitatibus provide statuuntur, libenter adiicimus aplci muniminis firmitatem, ut intemerata consistent, cum nostro fuerint presidio communita. Cum igitur, sicut ex parte vra fuit propositum coram nobis, Venerabilis frater nr ... Epus Ratisponen. deliberatione provida duxerat statuendum, ut a singulis Ecclis Ratisponen, Civitatis et Dioc. ultra summam duorum solido-

rum usualis monete nomine Cathedratici de cetero nullatenus exigatur, prout in litteris super hoc confectis plenius dicitur contineri: Nos vris supplicationibus inclinati, quod super hoc ab eodem Epo provide factum est, ratum et firmum habentes, Statutum ipsum auctoritate aplca confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo etc. Dat. Lugduni II. Kal. Februarii Pontificatus nri. anno septimo.

*Plumbum: Innocentius PP. IIII.*

**Num. CCCCXLIX. 1250. 17. Maii. Ex Originali:**

Unio Hospitalis in pede pontis Ratisbon. cum Ecclia S. Magni per Albertum Epum Rat. rescinditur. In nomine domini amen. Albertus miseratione divina Ratisponen. Epus, universis presentia inspecturis salutem in eo, qui salus omnium est et vita. Quod sine deo nichil est validum, probant inopinati exitus eorum, que previsa in bonum, exitum contrarium sortiuntur. In cuius rei exemplum concessimus unionem Hospitalis in ponte Ratispone ac Ecclesie sci Magni, quam fiducia utriusque loci profectus perpetui feceramus in honorem dei precipue, quod ipse solus occultorum cognitor deus novit. Quam nostram plantationem quod deus rigare atque ad incrementum perducere non curavit, patet ex defectibus irrecuperabilibus, que ex ea utriusque loco visibiliter et sensibiliter evenerunt. Igitur intentionem nram semper ad beneplacitum dei, quantum ipse concesserit, directuri, licet circa eandem unionem bona fuerit, ab eventu tamen contrario edocti, quod minus provide fuerit festinatum, ne videamur dare causam dampnis tam irrecuperabilibus, utriusque loci unionem revocamus et dissolvimus, volentes, ut ipse uterque locus consistat deinceps, sicut ante unionem, et nullum de cetero ad se respectum habeant alternatim, ea provisioni divine singulariter commendantes, quemadmodum in sui fundatione primitiva fuerant commendata. Acta anno incarnationis 1260. Indictione VII. Datum Tispach XVI. Kalendas Junii, Pontificatus nri anno IIII.

*Sigillum Epi illaesum adpendet.*

**Num. CCCCL. 1250. 22. Nov. Ex Originali:**

Circulare Capituli Cathedralis Ratisbon. pro impetrando subsidio charitativo ad fabricam Ecclesiae Cathedralis.

Venerabilibus in Xpo patribus et fratribus, omnibus Archiepis, Epis, Abbatibus, prepositis, decanis, plebanis, vicariis et aliis Ecclesiarum rectoribus universis hanc paginam inspecturis C. dei gra prepositus, H. decanus, totumque majoris Ecclesie Capitulum in Ratispona orationes devotas in dno cum salute. Beatus Petrus aporum princeps Ratisponensem sibi fundavit Eccliam. Sane cum templum ejus patiatur ruinam, licet in eo jam longo tempore sit laboratum, attamen necdum plene est perfectum, et nos tam gravibus expensis non sufficimus ad tam salubre opus perficiendum sine Xpi fidelium auxilio: qua propter rogamus nos omni, qua possumus devotione, quatinus intuitu divine remunerationis, nostrarumque orationum respectu latorem presentium, nuncium Ecclesie nre, quem vre pietati dirigimus laudabili testimonio nostrarum litterarum, benigne recipiatis in Eccliis vestris, apud vestros subditos fideliter promoventes. Prosequimini aplum dicentem: alter alterius onera portate, et sic adimplebitis legem Xpi, preterea scientes, quod in nostra Ecclesia et in omnibus Ecclesiis nre dyocesis singulis Septimannis benefactoribus nris due misse dicentur, una pro salute vivorum, altera pro requie defunctorum; qui tanta pro modico respuit, non est aptus regno dei. Ad hec dnus Papa 40 dies criminalium relaxat, et dnus Niwenburgensis Epus 40. Datum Ratispone anno domini 1250. X. Kalendas Decembris.

*Sigillum Capituli adpendet.*

**Num. CCCCLI. 1250. 25. Nov. Ex Originali:**

Circulare Epi Raliabon. Alberti I. ad Clerum suae Dioecesi pro impetrando subsidio ad fabricam Ecclesiae cathedralis.

Dominis et fratribus in Xpo Reverendis, Prelatis quibuscunque, nec non plebanis atque Vicariis universis, ad quos littere iste pervenerint, Albertus miseratione divina Epus Ecclie Ratispon. orationes in domino cum reverentia et sincera in dno Karitate. Quia Ecclia nra Kathedralis et indecora et ex vetustate ac impulsu procellarum minitans casum indiget adjuvari, nec ad hoc ipsa in se, nec in filiis suis,

per quorum deberet subsidium respirare, gwerris continuis et adversitatibus attrita sibi sufficiat, suffragium proximorum cogimur invocare. Karitatem ergo vestram monemus in domino et supplicamus cum attentione, quatinus petitores nros et nuntios, Chunradum plebanum de Langendorf latorem presentium cum suis sociis pia compassione moti benigne recipere et caritative pertractare curetis, et subditos vestros fideles Xpi, qua decet et convenit, diligentia inducere studeatis, ut de bonis a deo sibi collatis emendationi fabrice nostre pias elemosinas et grata conferant subsidia, ut per hec eadem et alia bona, que deo inspirante fecerint, ad eterna possint gaudia pervenire. Et quia humana etas, cum sit fragilis, incessanter frangitur ad illicita, ut iniquitati superhabundet gratia, largum offerentes commercium, peccata pro misericordie operibus commutandi, auctoritate dei omnipotentis et beatorum apolorum Petri et Pauli et nostra omnibus, qui fabrice nre boni aliquid verbo vel opere impenderunt, 40 dies de injuncta sibi penitentia juxta devotionis affectum et quantitatem subsidiorum relaxamus. Datum apud Castrum nrum Stouffe anno Incarnationis domini 1250. VII. Calendas Decembris, Indictione VIII. Pontificatus nri anno quarto.

*Sigillum Epi adpendet.*

**Num. CCCCLII. 1250. 18. Dec. Ex Originali:**

Recognitio Ducis Ottonis, jux patronatus Paroohiae Umelsdorf spectare ad Epum Ratisbon. Otto dei gra palat. Rheni, Dux Bawarie, universis presencia inspecturis salutem. Vacantem Eccliam in Umbelsdorf contuleramus putantes, quod ad nos pertineret jus presentandi ad ipsam: postmodum vero investigato diligenter jure, sub quo consistit, et cognito, quod ad Epatum Ratispon. pertineat pleno jure, revocato, quod feceramus, recognoscimus Epatui jus suum, et nolentes dare Causam defectibus divinorum, quos plebs Ecclie predicte sustinet occasione nre contradictionis, cedimus liti, ratum et gratum habentes, quicquid dnus Epus dyocesanus rite de eadem Ecclia ordinarit. Dat. Ratispone anno Incarnationis dni 1250. XV. Kal. Januarii, Indictione VIII.

*Sigillum equestre laesum adpendet leonem in scuto habens.*

**Num. CCCCLIII. 1251. 29. Julii. Ex Originali:**

Concordia inter Clerum et Civitatem Ratisbon. facta.

In nomine domini amen. Universis Xpi fidelibus presentem paginam inspecturis, Henricus dei gratia decanus cum Universitate Capituli majoris Ecclesie Ratisponen. salutem in domino. Cum occasione generalis discordie inter S. Patrem nostrum dominum Innocentium, ac Fridericum quondam Imperatorem suscitate, membra Eccleie Capiti suo coherentia, (eo quod non decet, a capite discedere,) in multis partibus et maxime per Theutoniam solite pacis et quietis solatio fuerunt orbata, pestem illam adinstar cancri serpentem in hiis ultimis temporibus usque ad nos plus quam credi potest contigit derivari. Nam cum venerabilis pater noster Albertus Ratisponen. Epus quosdam Burgenses captivasset et in Vinculis captivos teneret, dnus Chunradus, natus quondam Friderici Imperatoris, unacum illustri duce Bawarie et liberis suis ad Civitatem Ratispon. manu armata et copioso exercitu divertentes, clerum et alios Religiosos Ratisponen. Civitatis et Diocesis in personis et rebus hostiliter et graviter offenderunt adeo, quod quidam a domibus eorum et universis rebus ejecti, alii vero bonis sint spoliati, quidam etiam, ut personas salvarent et id, quod habebant, cum ipsis transigere sint coacti. Et quod non caret scrupulo Societatis occulte, qui manifesto facinori desinit obviare, et culpam procul dubio habet, qui quod potest corrigere, negligit emendare; cum scriptum sit, quod non solum, qui faciunt, sed et qui facientibus consentiunt, participes judicantur, videbatur nobis et aliis, et non immerito, quod ex conniventia Civium Ratisponen. hec dampna fuissent nobis tam atrociter irrogata, unde fuge subsidium eligentes quidam ex nobis se ad alia loca transtulerunt, alii vero mediantibus treugis non semel, sed sepius interpositis in ipsa Civitate, non sine metu tamen rerum et corporum steterunt. Dicti vero Burgenses innocentiam nostram et reliqui Cleri considerantes, quod nullis nostris exigentibus meritis jacturam istam pateremur, merentes etiam dissidium unionis nre, cum hec tam nobis quam ipsis non modicum dispendium generaret, studiose tractare ceperunt, qualiter ad Concordiam et unionem nos cum ipsis pariter revocarent, et fratres nostros absentes per litteras ipsorum patentes ad Civitatem Ratisponen. evocantes, multis se circa nos allegationibus excusarunt, et non parvam nobis compassionem de dampnis et injuriis irrogatis ex parte communitatis ipsorum sepius obtulerunt, allegantes etiam et firmiter asserentes, quod

Universitas ipsorum in dampnis nobis illatis culpam aliquam non haberet; preter hoc, quod circa tutelam et defensionem nostram minus solliciti et desides aliquantulum extiterunt, obtulerunt insuper, quod si singulariter ex ipsis aliqui in personis vel rebus universos et singulos gravassent, de illis amicabiliter nobis satisfacerent vel justitie complementum exhiberent. Quare post varios hinc inde tractatus inter nos habitos, sub isto tenore cepimus concordare, quod Burgenses omnia jura et libertates, quas ab antiquo nos et totus Clerus Ratisponen. Civitatis habuit, et eorum antecessores soliti sunt habere, restituerent, et quod personas, res, honores, libertates et jura nostra sicut se ipsos, quantum possent, rebus et corpore protegerent ac defensarent, et ipsi defendendo propensius conservarent. Nos autem omni actioni, que nobis contra ipsorum communitatem occasioae premissorum dampnorum et injuriarum competere poterat, renuntiavimus, et ipsos reddimus absolutos, salvo hoc, quod de singulis eorum, qui nos in aliquo leserunt vel dampna intulerunt, amicabiliter satisfaciant, vel justitie faciant complementum. Promisimus etiam quod quecunque dicti Burgenses a nobis requirerent, salva tamen obedientia nostra et libertate, Consilium et favorem ipsis melius, quod poterimus, impendemus. Ut autem hec unio nra et concordia firma perseveret, nec a quoquam possit violari, literas nostras mutuo nobis ad invicem tradidimus Sigillorum nostrorum munimine roboratas. Acta sunt hec anno domini 1251. data Ratispone mediante et approbante fratre Henrico de ordine predicatorum penitentiario et nuntio domini Pape, IV. Kalendas Augusti, Indictione VIII.

*Utrumque Sigillum Capli, et Civium Ratisbon. adpendet.*

*Literae Civium mutuo traditae cum prioribus fere verbotenus concordant, et sunt datae eodem anno et die.*

**Num. CCCCLIV. 1252. 5. Martii. Ex Originali:**

Mundiburdium concessum ab Ottocaro rege Bohemiae ceu Duce Austriae Episcopi Ratisbon. ratione honorum Epatus Rat. in Austria sitorum.

Ottocarus dei gra juvenis rex Bohemie, dux Austrie et Styrie, et Marchio Moravie, universis hanc paginam inspecturis salutem in perpetuum. Que geruntur in tempore, stabile firmamentum recipiunt serie scripturarum; ne oblivionis nube a memoria excidant et apud

posterios deleantur: innotescat igitur dilucide presentibus et futuris, quod nos propter deum et justitiam, nec non propter gratuita servitiorum obsequia, que dilectus noster, venerab. pater in Xpo Albertus Ratisponen. Epus fideliter nobis dignoscitur impendisse, fide prestita in manus venerabilium fratrum Conradi Frisingensis, Berhtoldi Pataviensis Eporum, ipsius Alberti vice promissimus sancte, quod Villas annotatas Michelhausen, Mitterndorf, Micheldorf, Spilthal, Arellendorf, Possendorf et Purchstalle cum prediis, possessionibus, hominibus, rebus quibuslibet, omnibus pertmentis et omni jure, quod habet prefatus Epus et sua Ecclia in eisdem Villis, omnia quoque, que in districtu Austrie sortiri dignetur idem Epus, sibi et Ecclie sue a Camerario de Walkungskirchen, Wigando Isenbühel, nris ministerialibus a quibuslibet detentoribus, quoquo nomine censeantur, infra festum Georgii proxime venturum absque omni occasione, dilatione et questione, que desuper oriri posset, penitus absolvemus, volentes ipsum et sua a propulsatoribus pro viribus in perpetuum confovere, ita, ut per manum nre potentie et auxilii omni jure gaudeat absolute, quod ipse et Ecclia sua in Austria et in Villis habere cognoscitur memoratis. In cujus rei robur in memoriam presens scriptum Sigillorum nrorum munimine fecimus consignari. Testes hujus rei sunt: Conradus Comes de Wasserburg, Albertus de Chunringen, et alii quam plures. Acta hec sunt apud Heimburch, et data per manum nri prothonotarii magri Wilhelmi, III. Non. Martii, anno dni 1252.

*Sigillum Regis Ottocari adpendet.*

**Num. CCCCLV. Circa annum 1252. Ex Originali:**

Abusus in concursu plebium ad Ecclesiam Hoehenberg sub censuris compescantur.

H. dei gra prepositus cum universitate Capituli majoris Ecclesie Ratisponen. Dilectis in Xpo venerabili decano in Erling (hodie Langenerling), de Ufhusen et de Leicheling Vicariis, ceterisque plebanis et vicariis, ad quos littere iste pervenerint, dilectionem in dno cum salute. Conquerentibus procuratoribus hospitalis in ponte Ratisponen. intelleximus, quod in festo assumptionis annuatim concurrentibus multis ad Ecclesiam eorum Höhenberch sic diversi sint, sic et diversis votis veniant, quidam orandi, quidam insolescendi



eam, quidam offerendi, quidam auferendi, quidam etiam caupones tabernas suas in pauperum curia collocantes, occasione quorum plerique ad rixas prosiliunt et ad pugnas. Igitur cum hmoi solempnitates permixte lusibus Sathane dno placere non possint, universis vobis et singulis mandantes precipimus, quatenus plebesanis vestris exponentes animarum pericula et peccata mortalia, quibus incurrunt insolenter se gerentes in hmoi solempnitatibus, moneatis eos sub comminatione anathematis injungentes, ut qui eidem concursui voluerint interesse, devotionem deo et pauperibus pacem servent, et in timore dei sic se exerceant, ut ibi non augeant, sed relevent suorum onera peccatorum.

*Adpendet Sigillum iudicii Chori Ecclesiae Ratisbon. (des Chorgerichtes), quod postea Vicariatus generalis, demum Consistorium nuncupabatur.*

**Num. CCCCLVI. 1253. 22. Jan. Ex Originali:**

Mundiburdium Ecclesiae ac Epatui Ratisbon. datum a Rege Romanorum Wilhelmo, quo alienationes per Regem Conradum factae irritae declarantur.

Wilhelmus dei gra Romanorum Rex semper Augustus, omnibus, ad quos pervenerit presens, gratiam suam et omne bonum. Si qua jura Episcopalia Ratisponensis Ecclie sive in Civitate ipsa vel extra Conradus natus dni Friderici quondam Imperatoris per aliquam, Concessionem alienari disposuit, hanc per sententiam decernimus irritam et inanem sub obtentu Imperialis gratie districte mandantes, ne quis Epum Ratisponensem et Eccliam suam in juribus suis impediatur aliquatenus seu molestet. Datum Brunswici XI. Kalend. Februarii, undecima Indictione.

*Sigillum Majestatis illaesum adpendet.*

**Num. CCCCLVII. 1253. 31. Jan. Ex Originali:**

Epus Albertus tradit poenitentibus Sororibus Ratisbon. agrum in Atting in proprium.

Nos Albertus miseratione divina Ratispon. Epus, notum facimus presentiam inspectoribus universis, quod cum Otto et Albertus,

fili quondam Judicis de Strubinge penitentibus sce Marie Magdalene quondam Curiam sitam in Obernaettinge titulo proprietatis vendiderint, recepta ab eis modica pecunie quantitate, Nos quendam agrum in campis ejusdem Curie situm, quem iidem fratres a nobis et nostra Ecclesia possidebant titulo feodali, et per eos ad manus nostras resignatum, ipsis penitentibus de Consensu Capituli nostri in remedium anime nostre et nostrorum Antecessorum tradidimus proprietatis titulo possidendum. Et ne eadem nostra donatio alicui vertatur in dubium, presentem litteram conscribi fecimus, et Sigillorum nri videlicet et Capituli nri munimine roborari. Datum Ratispone anno dni 1253, II. Kal. Februarii, Pontificatus nri anno septimo.

*Utrumque Sigillum integrum adpendet.*

**Num. CCCCLVIII. 1253. 1. Febr. Ex Originali:**

Decisio circa advocatiam in Aufhausen, et Obligatio ejusdem facta quibusdam Civibus Ratisbonensibus.

Nos Albertus miseratione divina Ratispon. Epus omnibus presens scriptum intuentibus salutem in omnium Salvatore. Cum inter nos et dilectum. fidelem nrum Ulricum de Siegenstein et uxorem suam super advocatia in Ufhusen questio verteretur, eadem mediantibus viris discretis et honestis est taliter diffinita, quod idem Ulricus et Uxor sua omni jurisdictioni, quam habere videbantur in ipsa advocatia, renunciaverunt publice et precise, Nos vero pro necessitate et utilitate Eccle nre de Consilio Capituli nri et ministerialium nrorum eandem advocatiam obligavimus dilectis Civibus nostris Ratisponen. videlicet Ulrico super moneta pro 22 tt. minus 30 denar. Ortilbo de Hüttekoven pro 20 1/2 tt. Heinricho in Curia Swevorum pro 12 tt, et 75 denar. Chunrado officiali in Oriente pro 12 tt. et 75 denar. Walthero de Wasenstein pro 15 tt. et sic erit Summa 82 tt. Ratispon. monete, ipsis ac eorum heredibus vel aliis, quibus ordinaverint, titulo pignoris possidendam, ita, quod nec nos, nec Successores nri ipsam advocatiam sine possessionibus in Ufhusen, quarum iidem Cives dimidiam partem a nobis tenent obligatam, sicut in instrumentis eorum super hoc confectis plenius continetur, et possessiones sine advocatia redimendi habebimus aliquando facultatem. In

cujus rei memoriam presentem litteram conscribi fecimus et Sigillorum, nri videlicet et Capituli nri munimine roborari. Datum Ratispone anno domini 1253. in Kalendis Februarii, Pontificatus nostri anno septimo.

*Duo Sigilla valde laesa appendent.*

**Num. CCCCLIX. 1253. 20. Febr. Ex Originali:**

Alberti Epi Ratisbon. declaratio, quod per sex Cives reconciliatus fuerit.

In nomine domini amen. Albertus miseratione divina Ratispon. Episcopus universis presentia inspecturis salutem in eo, qui salus omnium est et vita. Commisso sex honestis viris ex Civibus Ratispon. ut nos cum universitate civium concordarent, visoque nobis post factam concordiam, quod non eque nostris dampnis compositio responderet, et hoc ipso crebro civibus abjecto, nos et ipsos exinde frequenter contigit perturbari; et quia post inimicitias iram meminisse malorum est, ne frequens memoria preteritarum culparum novas discordias excitaret, eed earum remissio et oblivio inter nos et cives pacem, et amicitiam, et unanimitatem nutriret Ecclesie necessariam et foveret, confisi de ipsorum fidelitate et discretionem, ut cottidianis et benivolis exhibitionibus ex industria compleant, siquid hactenus est neglectum, universa dampna et injurias ab ipsis nobis et Ecclesie a tempore, quo dignitatem Episcopalem adepti sumus, usque ad tempus concordie inter nos et ipsos per prememoratos sex arbitros ordinate quocunque modo illatas, ex corde tam illis sex arbitris, quam et toti universitati civium remittimus, nunquam in eorum dampna vel obprobria replicandas, et impetitioni omni, que super eis nobis competere forte posset, renunciamus omnimodis bona fide. Hujus rei testes sunt: Johannes abbas et Gozuuinus capellanus suus de Waltsachsen, Gundelohus Canonicus veteris Capdle. Laici: Chunradus Marscalcus de Sunhingen, Palduuinus ante urbem, Ulricus Volpo, Chunradus Marscalcus curie nostre, Fridericus et Gotfridus magistri coquine et alii quam plures. In memoriam autem hujus nostre remissionis seu renuntiationis sive transactionis, ne vel a nobis vel a nostris Successoribus innovari debeat vel resumari in dampna vel obprobria singularitatis vel universitatis civium Ratispon. presenti scripto eam commendari placuit, Sigillis nostro videlicet ut actoris, et Capi-

tuli nostri non ad aliud obligati per ipsum, nisi ad actorum testimonium roborato. Acta Ratispone anno Incarnacionis 1253. dat. X. Kal Marcii, Indict. XI.

*Utrumque Sigillum illaesum appendet.*

**Num. CCCCLX. 1253. 13. Jun. Ex Originali:**

Epus Albertus confirmat Statutum, quo Canonicus veteris Capellae in Canonicum cathedralis Ecclesiae electus privandus est Canonicatu in veteri Capella.

In nomine dni amen. Albertus miseratione divina Ratisponen. Epus, dilectis filiis decano et Capitulo veteris Capelle salutem, et veram in dno caritatem. Cum a nobis petitur, quod justum est et honestum, tam vigor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem Officii nri ad debitum perducatur effectum. Cum igitur, sicut ex parte vestra intelleximus, accedente consensu dni Heinrici prepositi vestri deliberatione provida duxeritis statuendum, ut quicumque de gremio Ecclie vre ammodo in futurum ad majorem Eccliam Ratisponen. electus fuerit in Canonicum, et electioni de se facte consenserit, eo ipso statim tam de jure, quam de facto privatus sit in Ecclia vra tam de Canonicatu, quam prebenda: quicumque vero de gremio Ecclie vre ad aliquam aliam Eccliam kathedralem electus fuerit in Canonicum, et electioni de se facte consenserit, et de vra Ecclia se ad ipsam kathedralem Eccliam transtulerit, residentiam in ea continuam faciendo, eo ipso statim in Ecclia vra tam de jure, quam de facto privatus sit tam canonicatu, quam prebenda: Nos favore facti tam salubris, et vris precibus inclinati, quod super hoc a vobis factum est, ratum et gratum habentes, statutum ipsum auctoritate nra confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nre Confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei, et beatorum Petri et Pauli aplorum ejus et nram se noverit incursum. Datum Ratispone Idus Junii, anno dominice Incarnationis 1253.

*Sigillum Epi adpendet.*

**Num. CCCCLXI. 1253. 19. Dec. Ex Originali:**

Concordia facta a Ducibus Bavariae Ludovico et Henrico cum Episcopo Ratisbonensi:

In nomine domini amen. Ludewicus, Heinricus germani dei gra Pal. Comites Rheni, duces Bawarie, omnibus in perpetuum Cum semina inimici humani generis inter Eccliam Ratispon. et dnum Albertum venerabilem Epum ipsius ex una parte, et dnam Ottonem felicis recordationis progenitorem nrum, illustrem quondam Pal. Com. Reni, ducem Bawarie ex altera germinassent invisos fructus discordie in diminutionem divini cultus et jacturam gravem totius terre, nos eo sublato de medio de salute terre cogitantes, per pacem et concordiam occurrere disposuimus malis, que predictus inimicus hominum per discordiam procurarat, et inivimus Concordiam cum eodem dno Epo per subsequencia declaratam. Et quia dampna sunt cause discordiarum, ut sincerior fieret concordia, universa dampna et injurias nobis et nris ab eo illatas, et ipse versa vice sibi et suis a nobis et amicis irrogatas remisimus alternatim, et universis, qui nos cum prefato Epo et propter eum occasione gwerre inter nos hactenus habite dampnificarunt, et econverso ipse Epus, qui eum et suos unacum genitore nro et nobiscum et propter nos in ipsa discordia offenderunt, reddidimus utrimque gratiam nostram integraliter et restituimus onani juri, quod habere ante ejusdem gwere principium videbantur. Item universa Castra et munitiones Ecclie Ratisponen. que genitor noster, et nos hucusque retinuimus occasione ipsius discordie occupata, cum hominibus, possessionibus et omnibus attinentiis suis integraliter Ecclie restituimus; Castrum vero in Sperten cum omnibus suis attinentiis Epus de consensu Capituli sui et ministerialium Ecclie nobis assignavit, et si forte aliquid vel aliqua cuiquam de his obligata sunt, absolvet, et auctorem, quod vulgariter dicitur Gwer, predictorum se nobis secundum justitiam constituet, et nos cum attinentiis suis infeodabit, cum super hoc a nobis fuerit requisitus, et ad observationem predictorum Successores ejus erunt nobis et nris heredibus obligati. Item nos et heredes nri non impediemus Epum et Successores ejus, quando Castrum in Tyspach, qualiter et quando voluerint, reformetur, et forum ibi plantetur non munitum, ubi voluerint, preterquam in loco pristino inter valla, inter que prius fuerat collocatum, nisi forte amplioem eis gratiam super hoc fecerimus in futurum. Item homines cujuscunque conditionis, sexus vel etatis Ecclie Ratispon. attinentes a genitore nro vel a nobis in Castris vel

munitionibus, vel villis seu agriculturis recepti et e converso homines nri ab Epo recepti liberam habeant facultatem ibidem, ubi recepti sunt, manendi, vel ad dominos suos cum bonis suis revertendi, modo nullo, nec minis, nec promissionibus retinendi: deinceps autem a tempore istius Concordie neuter nrum recipiet hominem alterius sine ipsius dni Consensu et Voluntate; neuter quoque nrum recipiet quemquam, nec fovebit suum vel alienum in dampnum alterius et gravamen. Item siqui hominum nostrorum et Eccleie simul matrimonium contraxerunt, illi simul stabunt: Si vero inter aliquos contracta sunt sponsalia de futuro, in arbitrio illorum erit, ab invicem recedere vel pariter commanere, nec propter hoc carebunt gratia dnorum. Deinceps autem non licebit alicui hominum nostrorum vel Eccleie Ratispon. cum familia alterius sine dni contrahere Voluntate. Sed quia toties, quoties adversi eventus emergere possunt, nos et dnus Epus sollicitare non possumus nos vicissim, ne ex hmoi intervallo temporis aliqua turbatio vires assumat, elegimus una cum dno Epo octo personas, quatuor ex parte sua Comitem Gebhardum de Sigmaring, Fridericum de Perge, Chunradum marschalcum de Sünching, Dietricum de Raitenpuch, ex parte vero nra Epus elegit Purchardum de Wiaer, Albertum Liuzman, Sifridum de Vrowenberch, Perhtoldum marschalcum de Schilperch, dantes eis potestatem, decidendi per amicabilem potestatem seu justitiam, si quid inter nos est ad presens, vel emerit questionis, qui juramento prestito firmarent, quod potestatem sibi traditam fideliter exsequerentur, qui si dissenserint in aliquo tractatu, simul intrabunt Straubingam, inde non exituri, donec in unam Sententiam concordabunt, nec preter eorundem octo consilium et consensum nos Epo Ratispon. nec ipse nobis gwerram movebit, seu commotionem vel aliud quodlibet malum, unde bellum possit oriri, vel turbatio propter alicujus hominis odium, favorem aut timorem. Item si aliqua dampna evenerint inter nos et Epum Ratispon. vel inter nros et suos, propter illa non dissolvetur amicitia vel compositio inler nos celebrata, sed dicti octo vel unus ex eis, vel duo, vel tres, vel plures, si poterunt commode, dampna ista estimabunt, et facient ea amicabiliter emendari, alioquin penes omnes octo residebit potestas, negotium per justitiam exequendi. Si vero predicta dampna secundum estimationem eorundem octo non fuerint infra dies 15 resarcita, et dampnum et injuria nobis vel nris est irrogata, octo ex parte Epi, videlicet Sighardus de Eglolfsheim, Gozwinus Waller, Cunradus de Weihs, Chuno de Hofdorf, Chunradus de Pil-

nah, Dietricus de Hag, Alb. de Seirching, Henricus de Wisent, vel eis secundum formam subscriptam subrogati et super hoc obligati juramento ad monitionem arbitrorum octo intrabunt Civitatem Landeshut, inde nunquam exituri, donec de dampnis hmoi plene fuerit satisfactum; versa vice si dampnum et injuria dno Epo vel suis fuerit irrogata, octo ex parte nra videlicet Sifridus de Frowenhove, Ulricus de Waltorn, Phölingnarius, Dietricus de Schönstein, Winhard de Rorbach, Perhtoldus de Memmehoven, dapifer de Ekenmül, Eberhard de Chliheim, vel eis secundum formam subscriptam subrogati similiter ad hoc juramento astricti ad mandatum 8. arbitrorum ingredienter Civitatem Ratispon. si secure poterunt ibi stare, alias accedent locum, quem dicti octo arbitri ipsis deputaverint, ibi mansuri, donec dno Epo et suis de dampnis et injuriis illatis plenarie fuerit satisfactum. Item si aliquis vel aliqui ex dictis octo arbitris vel 16. ministerialibus prenominatis decesserint, vel longe absentes fuerint, quod longe interpretationem illorum octo respiciet arbitrorum, alii per nos de parte Epi, et alii per Epum de parte nra in locum mortuorum, vel absentium idonei et non suspecti subrogabuntur, et illi juramento se obligabunt ad omnia ea, que facturi erant illi, quibus sunt subrogati. Si vero aliqua dubia emergerint super quocunque facto, vel injuria, vel dampno, videlicet an sit factum, vel quantum, vel quomodo, vel a quibus personis, in predictis octo arbitris consistet, de his inquirere, et secundum quod invenerint, judicare, et facient emendari secundum formam superius memoratam. Item Capitulum Eccleie Rat. communiter statuit et juravit, idem statutum servare, quod deinceps Epum sibi non eliget, nisi talem, qui jurabit, Compositionem istam nobis et nris heredibus, Eccleie Ratispon, et Epis sibi pro tempore in ea succedentibus fideliter observare. Item Caplum suo juramento inclusit, quod si dnus Papa vel Legatus aliquem ipsis preficiet in pastorem, diligentiam omnem et consilium, quod poterunt, adhibebunt, ut et ipse Compositionem prescriptam juret nobis et nris heredibus observare. Octo vero arbitri et 16. ministeriales pretaxati juramento se astrinxerunt, quod operam et consilium adhibebunt, ut ista Compositio firmiter observetur ex utraque parte, et quod injunctum sibi officium fideliter exequentur. Item si quis ex parte nra et dni Epi Ratispon. vel quicumque alius rebellis et contrarius fuerit arbitris, vel nobis, vel Epo, quominus Compositio predicta servetur, vel pax terre violetur, mutuam nobis consilium et auxilium prestabimus ad tantam contumaciam aut resistenciam reprimendam. Omnes vero persone

superius nominate et juramenti Vinculo astricto juramento suo incluserunt, quod non petent absolutionem juramenti sui a superiori, nec ab eo procurabunt absolvi, sed omni casu contingente se ligatos juramento reputabunt. Igitur nos et dnus Ratispon. Epus Albertus juravimus, quod erimus equi iudices et defensores tam Clericis, quam laicis pro jure utriusque, et quod predicta omnia et singula servabimus et exequemur, et faciemus ab aliis firmiter observari. Ut autem hec forma Compositionis et Concordie inter nos et Eccliam Ratispon. et suos Epos ordinata, secundum quod in presenti scripto est comprehensa, rata in evum permaneat et inconvulsa, presentem paginam inde conscribi placuit, et Sigillis nris more solito loborari. Testes autem hii sunt, nobiles viri Buregravii de Nurnberch Conradus et Fridericus filius ejus, Gebhardus Comes de Sigmering, Purchardus de Wiaer, Alberrus Leuzmann, Hadmar de Laber, Albertus de Prukberch, Fridericus de Perg, Dietricus de Raitenbuch, Chuno de Hofdorf, Sifridus de Frowenberch, Sifridus de Frowenhofen, Perhtoldus Marschalcus de Schilperch, et alii quam plures. Acta sunt hec apud Strubingam anno Incarnationis 1253. datum XIV. Kal. Januarii, Indictione undecima.

*Duo Sigilla Ducum adpendent.*

**Num. CCCCLXII. 1254. 13 Aug. Ex Originali:**

Indulgentiae ac admonitiones papales ad fideles, ut exhibeant ad reparandam Eccliam Cathedralem Rat. Subsidia charitativa.

Innocentius Epus servus servorum dei, universis Xpi fidelibus per Ratispon. Patavien. et Frisingen. Civitates et dioceses constitutis salutem et aplcam ben. Quoniam, ut ait apus, omnes stabimus ante tribunal Xpi, recepturi, prout in corpore gessimus, sive bonum fuerit, sive malum; oportet nos diem messonis extreme misericordie operibus prevenire, ac eternorum intuitu seminare in terris, quod reddente dno recolligere debeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce seminat, parce et metet, et qui seminat in Benedictionibus, et metet Vitam eternam. Cum igitur, sicut dilecti filii ... decanus et Capitulum Ratispon Ecclie nobis insinuaverunt, iidem Eccliam ipsam, que in pluribus reparatione indiget, reparare inceperint opere sumtuoso et ad hmoi Consumationem operio fidelium caritativis



subventionibus indigeant adjuvari: Universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente in remissionem vobis peccatorum injungentes, quatinus de bonis vobis a deo collatis pias elemosinas et grata eis caritatis subsidia erogetis, ut per subventionem vestram opus hmoi valeat consummari, et vos per hec et alia bona, que dno inspirante feceritis, ad eterne possitis felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apolorum ejus auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis, qui eis ad id manum porrexerint adjutricem, 40 dies de injuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus, presentibus usque ad consummationem ipsius operis valituris, quas mitti per questuarios districtius inhibemus, eas si secus actum fuerit, carere viribus decernentes. Datum Anagnie, Idus Augusti, Pontificatus nri anno XII.

*Plumbum: Innocentius PP. III.*

**Num. CCCCLXIII. 1254. 29. Aug. Ex Originali:**

Injusta petitio praebendae et Canonicatus facta a plebano in Thumstauf non admittitur.

Innocentius Epus servus servorum Dei. Dilecto filio ... Preposito Eccleie sci Magni Ratisponen. salutem et aplcam ben. Lecta coram nobis dilectorum filiorum ... Prepositi, ... Decani, et Capituli Ratisponen. Eccleie petitio continebat, quod cum nos causam, que inter ipsos ex parte una, et Henricum rectorem Eccleie in Stouf Ratisponen. Dioc. ex altera super Canonicatu et prebenda obtinendis in eorum Ecclia vertebatur, ab audientia ... abbatis monasterii in Wilzeburch Eistetten. Dioc. cui negotium hmoi per Sedem aplcam commissum fuerat, ad nos per appellationem delatam, dilecto filio Magro Rostando subdiacono et Capellano nro commiserimus audiendam, idem Capellanus presentibus partibus et lite coram se legitime contestata, facta etiam positionibus et ad eas responsionibus subsecutis, nobisque ipsius cause meritis fideliter recitatis, processum ejusdem abbatis decrevit irritum, eidemque Rectori super eisdem prebenda et Canonicatu perpetuum duxit silentium imponendum, prout in ipsius Capellani litteris super hoc confectis plenius continetur. Nos itaque ipsorum prepositi, decani et Capituli supplicationibus inclinati, quod ab eodem Capellano provide factum est in hac parte, gratum

habentes et ratum, id appellatione ab adversa parte interposita, quam reputamus frivolum, non obstante per nras litteras duximus confirmandum. Quocirca discretioni tue per aplca scripta mandamus, quatinus dictos Prepositum, Decanum et Capitulum non permittas super hiis contra Confirmationis nre tenorem ab aliquibus indebite molestari, molestatores hmoi per Censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Datum Anagnie, III. Kal. Septembris, Pontificatus nri anno duodecimo.

*Plumbum: Innocentius PP. III.*

**Num. CCCCLXIV. 1255. 18. Febr:**

Albertus I. Epus Rat. Conventui Windhergensis donat decimas novales in Parochia Windberg, et ejus filia, scilicet Ecclia sancti Engelmari, runcatas et runcandas, pro qua gratia ipsi celebretur anniversarius in aevum, et fiant orationes pro patre et fratre Epi. Datum Ratisponae anno Domini 1255. XII. Kalend. Martii, Pontificatus Alberti I. anno none.

*Mon. Boic. XV. 562.*

**Num. CCCCLXV. 1255. 24. Aug. Ex Originali:**

Alberti Epi Ratisbon. compromissum in Civitatem Ratisbon. ut litem de moneta cum Duce Bavariae ortam arbitrando dirimat.

Albertus miseracione divina Ratispon. Ecclesie Episcopus universis presentes litteras inspecturis salutem in domino. Notum esse volumus et presentibus litteris profitemur, quod nos super discordia sive questione, que vertitur inter nos ex una parte, et dnum Heinricum illustrem Ducem Bauuar. ex altera super renovacione monete Ratispon. et super moneta, quam cudi fecit in Landeshut Otto pie memorie Com. Pal. Rheni, Dux Bauuar. et adhuc per dictum illustrem filium suum dnum Heinricum Ducem Bauuar. in Landeshut cuditur, compromisimus pure et simpliciter fide prestita vice Sacramenti in Universitatem civium Ratispon. ratum et gratum habituri simpliciter sine dolo, quidquid per dictam universitatem vel per certas personas, quas ad dictum negotium ex se duxerint eligendas, ar-

bitratum fuerit, constitutum vel etiam ordinatum. Promiserunt etiam Magister et Consules Civitatis Ratispon. pro ipsa universitate Civium Ratispon. fide prestita vice Sacramenti, quod ipsi bona fide sine omni dolo decident dictam discordiam sive questionem infra crastinum beati Egidii, et quod nullatenus differant seu dimittant aliquatenus indecisam. Actum anno Domini 1255, in die beati Bartholomei, Pontificatus nostri anno VIII.

*Sigillum Epi fractum adpendet.*

*Eodem anno et die, eodem fere tenore idem compromissum dedit etiam Dux Henricus.*

**Num. CCCCLXVI. 1255. 31 Aug. Ex Originali:**

Laudum Civitatis Ratispon. respee arbitramentum in causa Alberti Epi Ratisbon. et Henrici Ducis Bavariae de moneta Ratisbonensi.

In nomine domini amen. Universis presentes litteras inspecturis, Otto dictus Pragaer Magister civium Ratispon. Hainricus dictus inter Latinos, Leutuvinus apud Capellam, Baldeuvinus de suburbio, Gameridus, Hainricus de capella milites Gerhardus inter rasores, Alhardus dulcis, Ortlibus in foro, Leutuvinus Hansgrave, Ulricus de Prunlait, Chunradus dictus Hilteprant, Waltherus dictus Wasenstainer gerentes in hac parte totius universitatis civium Ratispon. presentis vite cursum feliciter peragi et Societati celestium aggregari. Cum deus hominem ad imaginem et suam similitudinem formasset scientie ac virtutum habitu predotatum, homo, quod a deo receperat preter merita, peccato transgressionis amisit, diabolo suggerente, et sic pro virtute peccati fomitem, pro scientia oblivionis caliginem commutavit: fraudatus etiam quodammodo bonis naturalibus defectum naturalium de acquisitivis studet remediis instaurare, nec adhuc quesita remedia valet humanum ingenium retinere, nisi hoc, quod mens humana concipit, scriptis fuerit reservatum, lubricitati memorie oportunis successibus offerendum, sicque scriptura humanis defectibus utilis esse cepit et necessaria coadiutrix. In futurum itaque cupimus esse notum, quod cum pater discordie ac turbator pacis diabolus seminasset materiam questionis et discordie inter principes nostros, videlicet reverendum patrem et dominum Albertum dei gra Ecclesie Ratispon. Epum ex parte una, et dominum Hainricum illustrem ducem Bawarie

ex altera super moneta Ratispon. per quam dotatas est eorundem principum principatus; item super moneta, quam cudi fecerat in Landeshut pie memorie dominus Otto Comes Palatinus Rheni, Dux Bawarie, ac usque nunc cudi fecit dnus Hainricus supra scriptus, ejusdem domini Ottonis natus, ipsi principes memorati super hujus discordia seu questione in universitatem civium Ratispon. pure ac simpliciter compromittere curaverunt fide prestita corporaliter vice Sacramenti, ratum et gratum habituri bona fide, sine dolo ac qualibet captione, quicquid ipsa universitas vel certe persone, quas ex se ducerent eligendas, statuerent in dicta discordia sive questione ac per arbitrium ordinarent. Promisimus etiam nos Magister et consules Civitatis, qui presentes fuimus illa vice pro ipsa universitate Ratispon. fide prestita corporaliter vice Sacramenti, quod ipsa universitas vel certe persone, quas elegerit ex se, bona fide, sine dolo et captione terminabunt dictam discordiam sive questionem per arbitrium infra crastinum beati Egidii, nec dimittent aliquatenus indecisam. Tandem quia visum fuit universitati, quod hmoi negotium per pauciores commodius, quam per totam universitatem civium tractaretur et decideretur, ipsa universitas potestatem sibi traditam a principibus supradictis dedit et tradidit nobis Ottoni et XII. aliis supra scriptis, qui etiam autoritate supra scripta sic arbitrando decidimus memoratam discordiam sive questionem, videlicet, ut memorati principes ac eorum Successores cudi faciant concorditer et communiter Ratispone monetam Ratispon. juxta pondus et valorem, sub quibus ipsa moneta Ratispon. cudi ab antiquis temporibus consuevit, nec cursum ejusdem monete impediunt vel inhibeat dicti principes, vel eorum alter, vel ipsorum Successores per se, vel per quoscunque alios, sed tueantur et promoveant totis viribus atque posse suo cursum et libertatem ejusdem monete per totum Ducatum Bawarie, quem et quam obtinuit ab antiquo. Pronuntiamus etiam arbitrando, ne dictus dominus Hainricus Dux Bawarie vel sui Successores deinceps in Landeshut vel alibi, preterquam in Oeting, monetam aliam cudi faciant vel permittant, quam monetam Ratispon. et hoc ipsum in persona dni Alberti Ratispon. Epi ac Successoribus arbitramur ipsius, et nec cum dicto Duce et suis Successoribus, nec per se sine ipso Duce idem Epus vel Successores ipsius, vel Dux cum Epo vel Successoribus ipsius, vel etiam sine Epo vel suis Successoribus hoc faciant fieri vel permittant. Et ut hmoi nostrum arbitrium firmum et ratum permaneat ac penitus inconvulsum, arbitrando pronuntiamus, quod sepe dicti principes nostri

presens arbitrium in Scriptis redactum suis Sigillis roborant et confirment, Sigillo universitatis civium Ratispon. nichilominus hiis adjuncto. Arbitramur etiam, quod illi per suas patentes litteras profiteantur ad memoriam posterorum, quod ipsi nostrum presens arbitrium ratum habent et habebunt pro se ac suis Successoribus, nec contravenient aliqua ratione. Actum anno dominice 1255. II. Kal. Septembr. Indictionis XII.

*Tria Sigilla adpendent.*

**Num. CCCCLXVII. 1255. 3. Sept. Ex Originali:**

Epi Alberti promissio adimplendi laudum Civitatis Rat. in causa monetam Rat. concernente. In nomine domini amen. Albertus miseratione divina Ecclesie Ratispon. Epus universis presentes litteras inspecturis salutem in domino. Cum gesta hominum privatorum consueverint scriptis commendari ad stabilitatem sive robur presentium transactorum, ad cautelam etiam futurorum, merito ea, que a nobis vel circa nos geruntur, qui possidemus gubernacula subjectorum, scriptis expedit comprehendi. In futurum itaque notum esse volumus, quod cum nos compromissemus pure ac simpliciter fide prestita corporaliter vice Sacramenti ad universitatem Civium Ratispon. super discordia sive questione, que vertebatur inter nos ex una parte, et dnum Heinricum illustrem Ducem Bawarie ex altera super moneta Ratispon. per quam nostrum utriusque dotatus extitit principatus, item super moneta, quam cudi fecerat in Landeshut pie memorie dominus Otto Comes Palat. Rheni, Dux Bawar. genitor domini Heinrici supradicti, quam et idem dnus Henricus nunc Dux Bawar. fecit cudi ibidem usque modo, ratum et gratum habituri bona fine sine dolo et qualibet captione, quodcumque per ipsam universitatem vel per certas personas, quas ex se duceret eligendas, ordinatum fuerit in discordia, sive questione supradicta. Ipsa universitas ex se duxit tam provide, quam concorditer eligendas personas XIII. infra scriptas, que inter nos et dnum Heinricum supradictum ducem Bawar. super memorata discordia sive questione protulerunt arbitrium in hec verba:

*Vid. Laudum Num. praecedenti.*

Nos igitur, quod a dictis XIII. personis nomine universitatis Civium Ratispon. actum est, ordinatum et statutum in hac parte, ratum et gratum habentes id ipsum, presentibus litteris nostro Sigillo roboratis duximus, in quantum possumus, confirmandum et nostris Successoribus firmiter injungimus observandum. Dat. anno dni 1255. III. Non. Septembr. Indict. XII.

*Sigillum Epi integrum adpendet.*

*Eandem promissionem Dux Henricus iisdem fere verbis et eodem date exhibuit, oui adpendet Sigillum illaesum cum rhombis.*

**Num. CCCCLXVIII. 1256. 24. Jan. Ex Originali:**

Restitutio decimarum in Waldmünchen injuste detentarum facta a Reimbotone de Schwarzenburch. Ego Reinboto de Swarzenburch confiteor per presentia, quod, cum multo tempore decimam in Monaco, quam dnus meus Albertus venerabilis Epus Ratisponen. contulerat pauperibus hospitalis sce Katharine in pede pontis Ratispon. tenuissem in dampnum eorundem, non propter culpam eorundem, sed propter odium dicti dni Epi; tandem recognoscens, me peccare in eis, cum essent innocentes, cessi injurie et composui cum dno Epo et cum eis, et restitui eis decimas integraliter, et promisi eidem dno Epo, et dnis de Capitulo Ratisponen. vice Sacramenti, quod nunquam deinceps hospitale prefatum, et pauperes ibidem quiescentes in aliquo in eisdem decimis molestabo, nec patiar, a meorum aliquo molestari, sed permittam, eas cum quiete ipsorum usibus pervenire, et prodero eis, quantum potero consilio et auxilio circa decimas colligendas, nichil in eis mihi vendicans vel usurpans, nec quidquam potero de ipsorum voluntate amicabiliter obtinere. Tenorem autem Scripti presentis, ut ratus permaneat, Sigillo meo firmavi et testibus annotatis. Testes autem sunt hii: Fridericus de Stamheim, Wernherus de Gruba, Chunradus de Solbekk, Chunradus de Stamheim, Meinhardus de Dibhersriute, Heinricus de Dibhersriute, Rudigerus magr hospitalis, frater Heinricus de Pülnhoven, Albertus servus magri hospitalis, et alii quam plures. Acta sunt hec anno dni 1256. VIII. Kal. Februarii.

*Sigillum adpendet.*

**Num. CCCCLXIX. 1256. 18. Nov. Ex Originali:**

Capitulum cathedrale Rat. recipit Hospitale in ponte Bohemorum, et fratres ibidem in protectionem. Heinricus dei gra Prepositus, Heinricus eadem gra Decanus cura universitate Capituli majoris Ecclesie Ratisponen. dilectis in Xpo fratribus in ponte Boemorum Deo militantibus caritatem in domino, et salutem. Sicut felicis recordationis Bernoldus miles de Draeswitz locum vestrum, qui nuncupatur pons Boemorum, Capitulo nostro contradidit cum omni jure proprietatis, et ejus incolas commendavit, sic eundem locum in nostra recipimus et nobis in proprium vendicamus, vos autem fratres dilectos ceterosque vobis in eodem loco succedentes sub defensionem et gubernationem et regimen in domino suscipimus in perpetuum, loco et vobis consilium et auxilium cum efficaci semper sollicitudine impensuri. Datum Ratispone XIV. Kalendas Decembris, anno domini 1256.

*Sigillum Capituli illaesum appendet.*

**Num. CCCCLXX. 1257. 27. April. Ex Originali.**

Confirmatio collatae Praebendae in Ecclesia majori Ratisbonensi.

Alexander Epus, servus servorum dei. Dilecto filio Sifrido Canonico Eccleie Rat. salutem et aplcam ben. Venerabilis frater nr Ratisponen. Epus quandam prebendam, que fuit Conradi de Mospurg quondam Eccleie Ratisponen. Canonici, pro eo, quod idem Conradus commisit homicidium et habitum militare (in quo moratur) assumpsit, vacantem in Ecclesia Rat. et nulli alii debitam, cujus collatio erat ad eundem Epum per lapsum temporis legitime devoluta, tibi duxit auctoritate Ordinaria, prout spectabat ad eum, canonice conferendam: Nos, quod ab eodem Epo super hoc provide factum est, ratum et gratum habentes auctoritate aplca confirmamus. Dat. Lateran. V. Kal. Maii, Pontificatus nri anno tertio.

*Plumbum: Alexander PP. IIII.*

**Num. CCCCLXXI. 1258. 21. Martii. Ex Originali:**

Capitulum cathedrale Ratisbon, propter Castrum Hohenburg Sedi obtentum hubam in Villa Altdorf feodali titulo confert.

Heinricus dei gracia prepositus cum Universitate Capituli majoris Ecclesie Ratisponen. nec non et ministeriales ejusdem Ecclesie Chunradus de Hohenvels, Chunradus marscalcus de Sunchingen, Fridericus de Perge, Sigehardus de Eglofsheim, Chuno de Hofdorf universis presencia inspecturis proficere in domino ad salutem. Cum castrum Hohenburk proprium Ecclesie Ratisponensis, sed diu ab ejus potestate ac usibus alienum nunc ultimo vacare inciperet per mortem Marchionum de Hohenburk, ne rursus alienaretur ab Ecclesia, intervenimus sollicitudine non pigra, nec tamen sine laboribus et impensis, sed quia non tenebamur ad impensas, per quas Ecclesie Ratisponensis res obtinuimus et honores, congruum videbatur et erat, ut eedem impense de possessionibus Ecclesie solverentur, cujus profectibus impendebantur: hubam ergo in Villa Altdorf condiximus cuidam Ulrico de Altdorf sibi feodi titulo conferendam sub hujus modi promissione, quantocius Ecclesia nostra Episcopum habuerit sui juris et dignitatis compotem, et sine dissensione sue Kathedre presidentem, nos procurabimus, quod idem Epus predicto Ulrico de Altdorf et cui ipse petiverit, conferet eandem hubam in feodo infra mensem a tempore, quo Sedi presederit Kathedrali; quod si non fecerit, dominus Fridericus de Perge, et quatuor militum suorum, et Gebolfus de Metenbach a predicto Ulrico ammoniti venient Landeshut, nunquam inde recessuri, donec eidem Ulrico memorata huba feodi titulo conferetur. Promisimus quoque fide data, quod nos domino Friderico de Perge, et suo militi et Gebolfo de Metenbach dampna, si qua ex obligatione hujusmodi, si Landeshut eos contigerit esse obsides, ut supra dictum est, incurrerint, ab Epo Ratisponensi, quicumque ille fuerit, ex rebus Ecclesie procurabimus resarciri. Si vero predictus Ulricus de hac vita decesserit, priusquam Epus plene potestatis fuerit Ratispon. Epus, proximus post hec presidens Episcopali Kathedre potestative dictam hubam conferet illi, vel illis, cui vel quibus Bertholdus de Furte et Heinricus de Ror conferri in Beneficium postularint. In memoriam autem hujus nostre Obligationis Sigillis nris hoc scriptum placuit communiri. Datum Ratispone XII. Kal. Aprilis, anno dni MCCLVIII.

*Quinque Sigilla avulsa sunt, restante parte Sigilli tertii equestris Marscalci de Sünching.*



**Num. CCCCLXXII. 1259. 3. Martii. Ex Originali:**

Ducis Henrici arbitramentum de lite Ludovici Ducis Bavariae ac Civitatis Ratisbon. super castro a Duce in monte Geiersberg (hodie Osterberg seu mons Smae Trinitatis nuncupatus) erecto.

In nomine domini amen. Heinricus miseratione divina Palatinus Rheni, Dux Bawarie, universis presentia inspecturis vel recitari audientibus pacem in domino et salutem. Gravi motu belli orto inter dilectum fratrem nostrum dominum Loduuicum illustrem palatinum Rheni, ducem Bawar. in parte una, et dilectos fideles nostros cives Ratisponenses ex altera pro castro, quod idem germanus noster erexerat in latere civitatis super monte Geiersperc, nos qui auctore deo ex debito principatus statum terre in pacis tenemur studio gubernare, moti clade universali, quam idem bellum, si progredereetur, toti terre ipsamque inhabitantibus minabatur, partes nostras interposuimus, et dante deo, qui est auctor pacis et amator, in tantum profecimus, quod partes, germanus noster videlicet atque cives in nos compromiserunt, ratum habiture, qualicunque modo causa belli sopita inter ipsas concordiam firmaremus. Igitur certificati rite a partius de ratihabitione, hoc modo arbitrando pronuntiamus : Dilectus germanus noster dominus Lodwicus illustris palatinus Rheni, dux Bawarie nullum castrum, nec munitionem aliquam in dampna vel dedecus, aut prejudicium et gravamen Civitatis Ratispon. et civium ejus deinceps edificabit, nec edificari iaciet captiose. Item germanus noster nullam offensam particularem, ut si aliquis vel aliqui ex civibus eum offenderint, Civitate Ratispon. et universitati civium imputabit, sed et offensam et reos civibus denuntians, emendam sive justitiam, quam sibi cives de reis secundum communia jura Civitatis exhibuerint, clementer et equanimiter acceptabit. Item arbitramur et arbitrando statuimus, ut universa et singula dampna et offense, que in hoc bello inter partes hinc inde vicissim evenerunt, quiescant penitus, et nec in causam odii aut vindicte modo aliquo de cetero resumantur, nec super illatis hinc inde quisquam pro altero trahatur in iudicium vel vindictam. Ut autem hoc nostrum arbitrium inviolabiliter per sua tempora conservetur, presentem cartulam inde conscribi eamque subnotatione nominum eorum, quibus presentibus promulgatum est, et Sigillo nostro placuit communiri. Testes autem hii sunt: Comes Gebhardus de Hirzperk, Comes Albertus de Mosburk, Chunradus frater ejus, Comes Rapoto de Ortenberc, Leutzmannus, Chunradus de

Prukperk, Lupurgarius, Otto de lapide, Ulricus frater ejus, Chunradus de Hohenvels, Chunradus de Schiltperk, Fridericus de Perge, Heinricus de Rorbach, Winhardus de Rorbach, Hainricus de Prisingen, Grimoldus de Prisingen, Hiltprandus de Puchperk, Chunradus de Paulstorf, et filius ejusdem, Dapifer de Ekkenmul, Ulricus de Walturn et alii quam plures. Acta sunt hec anno dni 1259. Datum V. Non. Martii, Indict. II.

*Sigillum Ducis Henrici illaesum rhombos habens adpendet.*

**Num. CCCCLXXIII. 1259. 3. Martii. Ex Originali:**

Ludovici Ducis Bavariae litterae, per quas se arbitramentum Ducis Henrici de castro in monte Geiersberg erecto servaturum esse pollicetur.

In nomine domini amen. Lodwicus miseratione divina palat. Rheni, dux Bawarie universis presentia inspecturis vel recitari audientibus pacem in domino et salutem. Salubriter deus providit homini, cum in uno eodemque subjecto, in homine videlicet incaute sensualitati rationis opposuit moderamen, ut, que forte sensualitas appetit, ratio discutiat et vel ad bene esse promoveat vel retractet. Nos siquidem graviter provocati a Civibus Ratispon. sensus nostros omnes convertimus ad vindictam, erigendo castrum novum in latere Civitatis in monte Geiersperch, cogitando etiam instanter de aliis dampnis et malis durioribus civibus inferendis, occupando etiam Castrum Hoflinge extra muros Civitatis, sed opponente nobis moderatrici sensuum ratione, quod hmoi vindicta nostra minus ledens nobis obnoxios maxime tenderet in eversionem totius terre innocentis et in exterminium multorum millium innocentium, et hoc in fame nostre periculum et salutis. Accedente quoque super omnia pia instantia et instanti diligentia dilecti germani nostri domini Heinrici illustris Palat. Rheni, Ducis Bawarie zelum pacis habentis, consilio quoque dilecti affinis nostri nobilis viri domini Gebhardi Comitis de Hirzperch consentientium rationi, quod provocata suaserat sensualitas, socia pietatis ratio mitigavit, et nos hortatu eorum et quamplurium aliorum nostrorum fidelium a nostris propositis destitimus, et comisimus negotium fratri nostro cum pollicitatione ratihabitionis, quocunque modo ipsum disponeret terminandum. Igitur ipso germano nostro dilecto domino Hainrico illustri Pal. Rheni, Duce Bawarie sic arbitrante ac

jubente castrum novum Geiersperk fecimus assignari civibus destruendum, castrum quoque Hoflinge assignavimus fratri nostro civibus restituendum, et promisimus atque promittimus per presentia, quod de cetero non edificabimus, nec edificari faciemus castrum aliquod captiose, vel munitionem in dampna vel dedecus Civitatis Ratispon. nec in qualecunque ipsius prejudicium et gravamen. Item promisimus et promittimus, quod pro nulla offensa particulari, ut si aliquis vel aliqui ex civibus nos offenderint, de cetero universitati civium indignabimur, sed et offensam et reos civibus denuntiantes contenti erimus equo animo et benigno emenda sive justitia, quam ipsi nobis de reis secundum jura civitatis communia exhibebunt. Remittimus quoque dampna et offensas nobis et nostris in hoc bello a civibus irrogatas, nec odiose sive modo judiciario eas deinceps civibus obiciemus, nec aliquem eorum pro altero impetemus vel faciemus impeti vel gravari. Ut autem hec forma compositionis rata permaneat per sua tempora, ipsam conscribi et Sigillo nostro ac subnotatione nominum eorum, quibus presentibus et consulentibus est tractata, placuit roborari. Testes autem ii sunt : Arbo archidiaconus Eisteten. Protonotarius noster, Comes Gebhardus de Hirzperc, Comes Albertus de Mospurc, Comes Chunradus frater ejus, Comes Rapoto de Ortenberch, Leuzmannus, Albero de Prukperch, Lupurgarius, Otto de lapide, Ulricus frater ejus, Chunradus de Hohenvels, Pertoldus de Schilperch, Fndencus de Perge, Heinricus et Winhardus de Rorbach, Heinricus et Grimoldus de Prisingen, Hilprandus de Pubperch, Chunradus da Paulstorf et filius eius, dapifer de Ekkenmul, Ulricus de Waltern et alii complures. Acta sunt hec anno dni 1259, Dat. Ratispone quinto Non. Martii, Ind. II. *Sigillum Ducis equestre integrum adpendet.*

**Num. CCCCLXXIV. 1259. 23. April. Ex Originali:**

Confoederatio abbatis ad S. Emmeram. cum Capitulo Cathedrali contra Cives Ratisb.\*)  
 Universis presentes litteras inspecturis, Ulricus dei gra abbas, totusque Conventus sci Emmerami Ratispon. orationes cum sincera in

\*) Hmoi Confoederationes a Wilburge abba et Conventu Monrii infer. dd. 1259. IV. Id. Maii, pariter a Jeutta abba et Conventu Monrii superioris, dd. 1259, IV. Id. Maii, et a Gozwino abbate et Conventu in Prül dd. 1259 omisso die initae fueruat cum Capitulo Cathedrali.

dno Karitate. Sicut legitur, scissura seu divisio discordie mater esse, sic unitas et Societas Karitatis vinculo copulata concordie mater et aliorum noscitur esse vera. Cnm igitur Ratispon. Eccle tam in capite, hoc est Kathedrali Eccle, quam Eccliis sibi subjectis diversa pericula immineant et ruine, et ad relevacionem talium Unitas valeat et concordia tam in capite, quam in membris, volentes casus sinistros ascendentium ex adverso cautelis, quibus possumus prevenire, cum Kathedralis Eccle preposito et Capitulo, et ipsi nobiscum unitatem et Societatem duximus contrahendam, videlicet quod super steura seu collecta, quam a predictis preposito et Capitulo, atque a nobis petunt cum instancia Cives Ratispon, seu Communitas eorundem, responsum simul dabimus et facto complebimus quoad petitionem seu negocium supradictum, quicquid respondendum seu faciendum decreverint viri venerabiles et discreti ad hoc a nobis et dictis preposito et capitulo deputati, et quicquid faciendum fuerit, vel et sustinendum occasione predicta, simul faciemus et portabimus seu et sustinebimus, et nos invicem defendemus, prout possibile nobis fuerit, rebus, juribus et personis. In cujus rei evidenciam presentes litteras confici placuit, et Sigillorum nrorum communiri firmitate. Datum Ratispone IX. Kal. Maii anno dni 1289.

*Sigillum Abbatis laesum adpendet, isto Conventus avulso.*

**Num. CCCCLXXV. 1259. 26. Sept. Ex Originali:**

Statutum Capituli Cathedralis de anno Consolationis cum poena adjecta.

Universis presentes litteras inspecturis H. prepositus et Capitulum Ratisponen. salutem cum sincera in dno karitate. Quia preteriorum casus in futuris successibus provisionem exhibent et cautelam, nos considerantes, quod de proventibus prebendarum, que nobis cedere consueverunt pro consolationis anno sic vulgariter nuncupato, et de aliis bonis, que nobis hactenus obvenerunt, parvus vel nullus fructus, seu modicus nro Capitulo provenerit, tum ex eo, quia ea, que ad usus communes et utilitates fuerunt destinata, ad singularia fratrum et Superioram nostrorum utilitates et commoda processerunt, tum etiam ex eo, quia violente preces Prelatorum nostrorum ea suis usibus attraxerunt, volentes in posterum abusiones hmoi precavere, de communi et sigulorum fratrum consilio et assensu duximus statuen-

dum, ut 20. marce auri, que nobis ex testamento magri Sibotonis, quondam Scolastici nri obvenerunt, et proventus annorum singulorum consolationis deinceps ad predictas abusiones nullatenus convertantur, sed sub custodia 10. fratrum nostrorum, videlicet H. preposhi, P. de Oberndorf archidiaconi, Alb. de Hütte, Ulrici de Dornberch, sci Johannis prepositi, Calhohi archidiaconi, Magistri P. Spaltensis prepositi, Magistri E. archidiaconi, Alb. de Pleistein obellarii, Magistrorum Ulrici de Hackelstat et Leonis maneant in loco tuto et securo, quem ipsi duxerint eligendum, in emptione prediorum seu liberatione pignorum, vel ad expensas evidentes et necessarias Capituli convertendi contradictione cujuslibet non obstante. Promiserunt autem 10. Canonici supradicti fide corporaliter prestita vice sacramenti, quod simul vel singillatim hmoi pecuniam sive bona presentia et futura, in toto et in parte in alios usus, quam proximo est expressum, aliquatenus non convertent, nec converti permittent, quantum in eis est, sed fideliter conservabunt ad predictos usus; et si super hoc ipsos 10. contigit discordare, illius partis sententia prevalebit, quam reliqua pars Capituli preter illos decem duxit approbandum, et si processu temporis de prefatis 10. Canonicis aliqua discedere vel diu abesse contigerit, alius in locum decedentis vel absentis per Capitulum erit subrogandus. Capitulum eciam et singuli de Capitulo sub dicta caucione pure ac simpliciter promiserunt, quod predictos 10. Canonicos, seu in locum eorum subsitutos non impediunt verbo, facto vel consilio, quominus compleant omnia supradicta; qui autem de hoc convictus fuerit per tres de Capitulo non suspectos, careat prebende sue fructibus ad quinquennium ipso facto, et hii in utilitatem Capituli per sepe dictos 10. Canonicos redigantur, cui pene qui restiterit, nec ter monitus per dictos 10. viros resipuerit, deinceps nro consorcio sit privatus, eidem pene obnoxius erit nichilominus, quicumque de predictis 10. Canonicis, seu hiis, qui in locum eorum subrogabuntur, ordinationem predictam quoquo modo duxerit impedire. In cujus rei testimonium presentes litteras fieri placuit et Sigillorum, videlicet Capituli et singulorum robore communiri, Datum Ratispone anno dni 1259. VI. Kalendas Octobris.

*adpendent 14. Sigilla.*

**Num. CCCCLXXVI. 1260. 10. Jan. Ex Originali:**

Elocatio vitalitia arearum apud S. Sebaldum Ratisbonae.

Nos Otto Dei Gra Epus Patav. notum facimus universis, quod areas nostras, quas habemus apud S. Sebaldum in civitate Ratispon. dilectis nobis Ottoni et Ulrico fratribus dictis Wollaer civibus ejusdem Civitatis ad tempora vite ipsorum tantum duximus conferendas, ita tamen, ut de predictis areis nihil eis medio tempore alienare quoquo modo liceat, sed ad nos et Ecclesiam nostram, cum decesserint, libere revertantur, sicut per eos relicte fuerint ipso die. In cujus rei testimonium presentes Sigillo nostro sunt munite. Darum Patavii anno Dni 1260. IIII. Id. Jan. Pontificatus nostri anno VI.

*Sigillum adpendet.*

**Num. CCCCLXXVII. 1260. 21 Martii. Ex Originali:**

Mandatum papale contra Fridericum de Eutingen, res Alberti I. quondam Epi Ratisbon. injuste detinentem.

Alexander Epus servus servorum dei. Dilectis filiis ... Abbati et ... Priori de Cladrup, et ... Preposito Eccleie de Gutescove Pragen. dioc. salutem et aplcam ben. Conquestus est nobis venerabilis frater noster Albertus Epus quondam Ratisponen. quod Fridericus de Eutingen miles Ratispon. dioc. quandam pecunie summam, Vini, bladi et annone quantitatem et res alias, quas fiducialiter deposuerat apud eum, contra justitiam detinet et sibi reddere contradicit. Ideoque discretioni vre per aplca scripta mandamus, quatinus partibus convocatis audiatis Causam, et appellatione remota fine debito terminetis, facientes quod decreveritis per Censuram Ecclcam firmiter observari, testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, Censura simili appellatione cessante cogatis Veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vrum ea nichilominus exequantur. Datum Anagnie XII. Kal. Aprilis, Pontificatus nri anno sexto.

*Plumbum: Alexander PP. IIII.*

**Num. CCCCLXXVIII. 1260. 17. April. Ex Originali:**

Mandatum papale contra Carolum de Lerchenvelt, et alios, eoquod Nuntios Epi Ratisbon. spoliaverint. Alexander Epus servus servorum dei. Venerabili fratri ... Olomucen. Epo, dilecto filio ... abbati de Plaz Pragen Dioc. salutem et aplcam ben. Conquestus est nobis venerabilis frater nr Albertus Epus quondam Ratispon. quod Carolus de Lerchenvelt, et quidam alii laici Ratisponen. Civitatis et dioc. Nuntios suos ad Sedem aplcam venientes et redeuntes ab ea quibusdam pecuniarum summis, litteris aplcis et rebus aliis ad eundem spectantibus contra justitiam spoliaverunt. Ideoque discretioni vre per aplca scripta mandamus, quatinus partibus convocatis audiatis causam, et appellatione remota debito fine decidatis, facientes quod decreveritis per Censuram Ecclcam firmiter observari, Testes autem, qui fuerint nominati, si se gra, odio vel timore subtraxerint, Censura simili appellatione cessante cogatis Veritati testimonium perhibere. Datum Anagnie XV. Kal. Maii, Pontificatus nri anno sexto.

*Plumbum: Alexander PP. IIII.*

**Num. CCCCLXXIX. 1260. 10. Maii.**

Frater Albertus miseratione divina Ratisponensis Ecclesiae Electus et Confirmatus transfert festum dedicationis Ecclesiae in Pruveningen a die 12. Maii, quo solebat antea celebrari, in Dominicam Exaudi proximam post Ascensionem Domini. Dat. anno Domini 1260. sexta Idus Maii.

*Mon. Boic. XIII 217.*

**Num. CCCCLXXX. 1260. 14. Jul. Ex Originali:**

Statutum de Beneficiis choralibus ac residentia Canonicorum Eccliae majoris Ratisbon. In nomine dni amen. Heinricus prepositus, totumque Ratisponensis Ecclie Capitulum omnibus in perpetuum presentibus et futuris. Quoniam ea, que de novo emergunt, auxilio indigent oportuno, ea

propter considerantes, quod salubris Ordinatio super beneficiis nris, que choralia vulgariter nuncupantur, in abusum pro parte ierat, et propter mutationem temporis, et nichilominus personarum minime servabatur, deliberatione provida duximus innovandum, quod fidelis vetustas fratrum predecessorum nrorum ex sinceritate duxit statuendum, adjectis quibusdam articulis, quos circa hoc temporis et personarum novitas requirebat. Innovamus igitur, ut quandocunque deinceps chorale beneficium unum vel plura vacare contigerit ex quacunque causa, primo praepositus, secundo decanus potestatem habeant, vacans seu vacantia beneficia pro censu ex antiquo hmoi beneficiis imposito assumendi in scriptis seu etiam eligendi, deinde per fratres de Capitulo in Ecclia nra residentes secundum introitum, non secundum locum et stallum in Choro et in Capitulo, electio seu assumptio beneficiorum vacantium currat, quousque omnes fratres de Capitulo elegerint successione, prout Electionis per vacationem beneficiorum obtulit se facultas. Postquam vero fratres omnes et singuli de Capitulo in Ecclia nra videlicet residentes elegerint, servato ordine supradicto, electio seu assumptio beneficiorum deinde vacantium ad prepositum, decanum et fratres alios supradicto ordine revertatur, ita tamen, quod nullus Concanonicorum nrorum predictorum presentium et futurorum, qui non habet redditus, nisi prebendam nram, seu sit alias adeo indigens, quod de hoc, an sit solvendo, probabiliter dubitetur, de beneficiis vacantibus uno vel pluribus eligendi Vel assumendi habeat potestatem, nisi tot et talia, quod Summa census seu pensionis, que de hmoi debetur beneficiis, estimationem fructuum prebende sue aliquatenus non excedat, vel pignoribus aut fidejussoribus plenam de solutione Census beneficiorum, que recipit faciat, antequam recipiat, Capitulo cautionem. Quod si non fecerit, electione, que ipsum contigerit, sit privatus ipso facto, et ad subsequentes defectum non habentes hmoi electio currat ordine supradicto. Inhibemus etiam in Virtute sce obedientie et ob testationem tremendi iudicii, ne quis fratrum alium suum fratrem in Cursu electionis predictae, sive utilia sint vel inutilia beneficia vacantia, dolo, fraude, captione qualibet impediatur vel subplantet, sicut hactenus noscitur esse factum a quibusdam Zelum dei non habentibus in hac parte. Quia vero super hoc, qui fratres debeant residentes in nra Ecclia reputari, est hactenus dubitatum et aliquatenus altercatum, declaramus presentibus litteris, residentes debere de cetero reputari eos fratres tantum; qui in aliis Ecclis prebendas obtinentes; u]tra septimanas 13.



continue vel successive ab Ecclia nra, preterquam in legatione Capli, dolose vel captiose nullatenus se absentant, alii vero, qui ultra dictum tempus se absentaverint seu intendunt de cetero absentare, si beneficia obtinent, ipsis careant ipso facto, si non habent, ab electione beneficiorum vacantium, quamdiu tales fuerint, sint exclusi, obtinentes tamen si per casum hmoi beneficia sua perdiderint, ad solutionem Census beneficiorum, que tenebant, integre teneantur juxta modum inferius annotatum, super solutione enim Census beneficiorum, que fratres nri obtinent seu obtinuerint in futurum, ita districte de Consensu omnium et singulorum Statutum antiquum duximus innovandum, ut quicumque Statuto termino Census non solverit consuetum, amittat beneficia ipso facto, et ad fratrem, penes quem potestas eligendi beneficia vacantia residet, ordine dicto currant, et illi, qui dictum beneficium sic amisit, in Virtute sce obedientie et ob testationem tremendi judicii inhibemus, ne fratrem seu fratres, ad quem seu quos devolvitur beneficium ita vacans, impediatur quoquo modo, vel quocunque persecutionis persequatur propter hoc, quod receperit beneficium ita vacans. Siquis autem Census beneficiorum suorum non solverit termino constituto, beneficio seu beneficiis, quod vel que obtinuit, sit privatus ipso facto, et nichilominus Census solvere teneatur, quem si infra octo dierum spatium solvere neglexerit, Caplum plenam habebit potestatem, vendendi prebende sue fructus ad tempus competens, infra quod ex Venditionis pretio possit Census colligi sic retentus. Preterea provide innovamus, quod quicumque beneficia, que obtinet, vendiderit, obligaverit, seu alio modo alienaverit, vel ad manus potentes, de quibus facile non possint extrahi, locando transtulerit, amittat beneficia ipso facto, et nichilominus Census solvat, prout superius est expressum, et nisi infra mensem predicta impedimenta removerit, ex tunc a nro Consortio cadat. Si nullus fratrum beneficia inutilia voluerit acceptare, Cellerarius et obellarius nri ipsa custodienda et procuranda recipiant. Nulli etiam fratrum liceat, resignare alii fratrum eadem beneficia, que obtinet, quocunque pretio, neque dare gratis, commulare tamen de licentia Capli fratres ad invicem ex causa probabili beneficia sua possunt. In memoriam itaque omnium predictorum presentes litteras confici placuit, et Sigillis nrum singulorum et Capli roborari. Acta sunt hec Ratispone anno dni 1260. II. Id. Julii.

*Appendent 20. Sigilla.*

**Num. CCCCLXXXI. 1260. 16. Jul. Ex Originali.**

Collatio ac incorporatio Parochiae Cham facta per Epum Albertum Capitulo suo ad augmentandas  
praebendas nimis attenuatas.

In nomine sce et individue Trinitatis amen. Ego frater Albertus miseratione divina Ratisponensis Epus, omnibus in perpetuum. Pauper et creditor obviaverunt sibi, utriusque illuminator est dominus. Nobis utique ut creditore, Capitulo quoque nro Kathedrali ut paupere alternatim obviantibus, conveniendo videlicet per solam dispensationem divinam in unam eandemque pietatis gratiam, et debitum nos respiciendi mutuo et juvandi, utriusque nrum illuminator fuit dominus noster, ut possemus et vellemus invisam pauperiem Capituli et fratrum pio compassionis oculo intueri; Capituli vero, ut in revelationem sue indecentis paupertatis noster intuitus proveniret. Invenimus enim prebendas fratrum a primaria sui fundatione tenues et pauperes, et insuper ex malitia hominum atque terre, maxime autem ex diutinis et sumptuosis litibus, quas pro Eccleie sue libertate et honestate sustinuerunt, taliter attenuatas, quod neque nobis, nec Eccleie, neque sibi adesse aut prodesse possent, ut competeret et deceret. Dolentes igitur ex corde, quod Capitulum tam celebre, tamque excellens, et fratres multe virtutis et industrie sub damnosa et probrosa pauperie vicitarent, Eccliam Chambe Capitulo dedimus in augmentum prebendarum fratrum ad laudem dei et Ecclesie honestatem, ut fratres eo liberius servire deo et honestius subsistere, seque deinceps ferventius et efficacius velint et possint ponere pro Ecclesia sua murum. Volumus tamen, ut memorata Ecclesia Chambe ex liberalitate nra proficiat, et non deficiat, ut quo plures et discretiores sunt, quos ex dono nro respicit et respiciet, tanto abundantiore sollicitudine ac pleniore celebritate gubernetur Ecclesia, et plebs ejus per Sacerdotem discretum, potentem opere et Sermone, qui Verbo doceat et Exemplo, et secundum numerum filiarum Ecclesie matricis, et numerositatem atque honestatem plebis assumat in partem sue sollicitudinis sacerdotes et alios clericos necessarios et honestos, diocesano quoque Epo et Archidiacono, et Decano et Cammerario Cathedraticum aliaque jura omnia integraliter et sine diminutione volumus exhiberi, sicque moderari pensionem Ecclesie imponendam, ut ad predicta et ad hospitalitatem congruam sufficiat exercendam. Et ne defectus alicujus anni murmur et difficultatem circa solutionem excitet pensionis, sed spe

semper habita de futuris pensio annuatim quocunque casu contingente sine murmure persolvatur. In robur autem et memoriam hujus nre donationis presentem paginam conscribi placuit, nrique Sigilli munimine insigniri. Acta sunt hec anno domini 1260. Date Ratispone XVII. Kal. Augusti, Indictione III.

*Sigillum Epi adpendet.*

**Num. CCCCLXXXII. 1260. 30. Julii. Ex Originali:**

Indulgentiae Hospitali Sci Joannis seu Sce Catharinae concessae ab Alberto II. Epo Ratisbonensi. Frater Albertus miseratione divina Ratisponen. Epus, dilectis fratribus abbatibus, prepositis, decanis, plebanis, nec non et Vicariis universis per suam dyocesim constitutis salutem in domino Ihu Xpo. Quoniam, ut ait apostolus, omnes stabimus ante tribunal Xpi recepturi, prout in corpore gessimus, sive bonum fuerit sive malum, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus prevenire, et eternorum intuitu seminare in terris, quod reddente domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce seminat, parce et metet, et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet vitam eternam. Cum igitur hospitale sce Katerine in pede pontis Ratispone ultra facultates suas pauperum et egenorum sit multitudine adeo pregravatam, quod et iidem pauperes sine fidelium aminiculo et succursu non valeant sustentari, Universitatem vestram monemus in domino et nortamur, atque in remissionem peccaminum vestrorum vobis injungimus demandantes, quatinus fideles Xpi, subditos vestros instanter monere velitis et hortari, ut de bonis sibi a deo collatis hospitali predicto pias elemosinas et grata erogent subsidia caritatis, ut per hec et alia bona, que dno fecerint ad honorem, divina clemencia inspirante possint eterna premia obtinere; eis autem, qui elemosinas suas pias dictis pauperibus fuerint elargiti, de misericordia dei et beatorum aplorum Petri et Pauli confisi auctoritate, 40. dies criminalium de injuncta sibi penitencia, Karinnam et annalem misericorditer relaxamus, renovantes Indulgentiam predecessoris nri Chunradi felicis memorie, Ratisponen quondam Epi, qui per frumentum illud, quod colligitur per nram dyocesim ad hospitalis dicti opus, redimi constituit peccata oblita, si

ad memoriam non recurrant. Et quia humana etas cum sit fragilis, incessanter frangitur ad illicita, ut iniquitati superhabundet gracia, largum offerimus commercium, peccata pro misericordie operibus commutandi, dantes auctoritatem eidem loco, fractiones Votorum, dum tamen ad ipsa redeatur, offensas patrum et matrum, que non fuerint enormes, peregrinationum executiones, quas infirmitas vel paupertas vel inimicie impederint, estimatis laboribus et expensis ibidem per elemosinas redimendi.

Datum Ratispone anno domini 1260. III. Kal. Augusti.

*Sigillum Epi integrum adpendet.*

**Num. CCCCLXXXIII. 1260. mense Sept. Ex Originali:**

Uno inita inter plures Epos pro utilitate suarum Ecclesiarum conservanda et promovenda.

Nos Ulricus dei gratia sancte Salzbουργensis Ecclesie Archiepus, Apostolice Sedis Legatus, Chunradus Frisingensis, frater Albertus Ratisponensis, frater Heinricus Chymensis, Otto Lavendinensis Electus, Prepositus Salzbουργensis volumus esse notum, quod pro necessitatibus et utilitatibus et honestate nostrarum Ecclesiarum conservandis deinceps et procurandis Societatem et Unionem inivimus, astringentes nos mutuo fide data, quod fideliter et stricte servabimus et a nostris subditis servari faciemus et executioni mandabimus et mandari efficaciter faciemus omnes Sententias, quas rite et canonice unusquisque nostrum tulerit in suos subditos ex causis legitimis, et alias nos invicem juvabimus et cooperabimur bona fide, prout unicuique nostrum in predictis casibus necessarium fuerit, seu etiam oportunum. In cuius rei testimonium presentes litteras tradidimus Sigillorum nostrorum robore communitas. Actum et datum in Landawe exeunte Septembre, anno domini 1260.

*Quinque Sigilla adpendent.*

**Num. CCCCLXXXIV. 1260. mense Sept. Ex Originali:**

Excommunicatio statuta in eos, qui pignora Ecclesiarum indebite detinent.

Nos Ulricus dei gratia sancte Salzbουργensis Ecclesie Archiepus, Apostolice Sedis Legatus, Chunradus Frisingensis, frater Albertus Ra-

tisponensis, frater Heinricus Chymensis Epi, Otto Lavendinensis Electus, Prepositus Salzburgensis universis Abbatibus, Prepositis, Decanis, Plebanis et Ecclesiarum Rectoribus ac Vicariis per nostras Civitates et Dyoceses constitutis volumus esse notum, quod providere cupientes nostrarum Ecclesiarum utilitatibus et multarum periculis animarum, deliberatione provida duximus statuendum, quod omnibus, qui pignora seu hypothecas Ecclesiarum seu cujuscunque persone detinent, et ultra sortem sui debiti receperunt, et qui decimas novalium preter auctoritatem nostram et licentiam specialem deinceps receperint seu etiam occuparint, et familie eorundem et colonis Communio corporis Jesu Xpi, et ecclesiastica sepultura penitus denegetur, nisi resipiscant infra mensem a tempore publicationis presentium litterarum, quas per vos in Ecclesiis vestris coram clero et populo precipimus publicari sub pena Excommunicationis, quam ex nunc in negligentes in scriptis duximus proferendam. In cujus rei testimonium presentes litteras mittimus Sigillorum nostrorum robore communitas. Actum et datum in Landawe exeunte Septembre anno Domini 1260.

*Quinque Sigilla adpendent.*

**Num. CCCCLXXXV. 1260. 26. Oct. Ex Originali:**

Concordia facta inter Canonicos maj. Ecclesie et quosdam Cives Ratisibon. super possessionibus in Seppenhausen.

Consules, judices Ratisponenses, sive cujuscunque dignitatis vel officii ejusdem civitatis viri cum universitate civium Ratisponensium universis presencia inspecturis salutem in omnium salvatore. Dissidentibus inter se aliquanto tempore dilectis dnis nris Canonicis majoris Ecclesie Ratispone ex parte una, et dilectis Concivibus nris Leutwino, Rudgero, et Friderico fratribus, filiis quondam Leutwini apud Capellam ex altera super possessionibus quibusdam Seppenhusen, et lite tandem per arbitrium sub certa forma terminata, partes inter se hoc modo convenerunt, ut Capitulum predictis fratribus eandem formam scriptis et Sigillis suis confirmatam traderent, et e converso fratres predicti Capitulo eandem formam redonarent, Sigilli nre universitatis munimine roboratam, et ex hmoi mutuo Compromisso eadem forma subscripta est huic cartule in hunc modum:

H. dei gra prepositus, L. eadem gra decanus cum universitate Capituli majoris Ecclesie Ratispone universis Xpi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium Salvatore. Contendentibus nobiscum jam tempore non brevi fratribus Leutwino, et Rudgero, et Friderico filiis quondam Leutwini apud Capellam super quibusdam possessionibus dictis Seppenhusen, tandem litium impatientes nos et ipsi convenimus in arbitros, dnum Heinricum de Lerchenvelt prepositum, et magistrum Leonem decanum confratres nros venerabiles et dilectos, qui nos concordaverunt in hunc modum: Prefati fratres L. R. et F. recognoscentes jus proprietatis et dominium, quod Capitulum nrum habuit et habet in predictis possessionibus Seppenhusen, liti cesserunt, et renuntiaverunt omni actioni et impetitioni et juri, quod sibi quoquo modo vendicaverant, et emendaverunt dampna, que nobis irrogaverant in eisdem. Nos autem inspecta eorum devotione, privare eos nolimus prorsus illis possessionibus, sed locavimus eas uni eorum, videlicet Rudgero, titulo et jure, quod vulgariter Freisaezenreht appellatur, ad census 21 solidorum longorum, 30 denar. ad solidum computatis, solvendorum nro Capitulo sive nris officialibus annuatim in Vigilia Martini. Superest quoque alia quedam servitus, ad quam possessores predictarum possessionum ex antiquo tenentur, ducere videlicet Ratisponam ad nrum granarium, quicquid nobis de decima in Stadeldorf solvitur annuatim; ad quod idem Rudgerus apud Capellam, sicut et ceteri antecessores sui, dum predicta bona possidet, etiam obligatur. Ut autem hec rata permaneant per suum tempus, Sigillis, nri videlicet capituli et predictorum arbitratorum placuit communitari. Acta sunt hec anno dni 1260. dat. Ratispone eodem anno XV. Kal. Oct.

Nos igitur ad petitionem predictorum Concivium nostrorum pa-gine isti eandem formam Sigillis debitis communitam continenti, Si-gillum nre Universitatis pro memoria et robore duximus apponendum. Datum Ratispone anno dni 1260. VIII. Kal. Novembris.

*Sigillum Civium Ratisbon. adpendet.*

**Num. CCCCLXXXVI. 1260.**

Albertus II. Epus Ratispon. primo die sui Pontificatus mandat clero suo dioecesano; ut de novalibus, quas Monasterium Nideraltacense in suis praediis vel alibi

habet, nullas decimas exigat, cum Epus dicto Monasterio concesserit facultatem, duas partes decimarum et majorum et minutarum sibi attinentes loco sui colligendi, plebano loci parte tertia permanente. Datum Ratisponae pontificatus Alberti die primo.

*Mon. Boic. XI. 230.*

**Num. CCCCLXXXVII. Circa annum 1260. Ex Originali:**

Minoritis Ratisbonensibus permittitur, ut in Dioecesi Passaviensi confessiones audiant, et praedicationis officium exercent.

Otto dei gratia Ecclesie Pataviens. Epus, dilectis in Xpo Abbatibus, Prepositus, Archidiaconis, Decanis, Plebanis, Vicariis et Ecclesiarum Rectoribus universis nostre Dyocesis supra Pataviam constitutis salutem in Domino. Quia hominum indiscreta voluntas multis illecebris divine contra se provocat iudicium ultionis, congruum est et valde necessarium, ut refoventur a multis doctoribus, et misericordie gratiam multiplicatis intercessoribus consequantur. Quare caritati vestre volumus esse notum, quod dilectis in Xpo fratribus ordinis fratrum Minorum de Ratispona duximus indulgendum, ut per totam nostram dyocesis supra Pataviam confessiones audiant et praedicationis officium exercent, sine Plebanorum et Ecclesiarum prejudicio et jactura, ita, ut ex ipsorum salutari doctrina et orationum studio reddatur populus acceptabilis Domino, et devotio fidelium augeatur, rogantes et vobis mandantes, ut ipsos habeatis in hmoi recommissos, sic, ut, quod per vestram negligentiam quandoque forsitan omittitur, per eorum diligentiam suppleatur. Concedimus etiam fratribus supradictis, ut eleemosynam petant et recipiant in predicta parte nostre dyoceseos, a quibuscunque eis liberaliter offeratur. Datum Patavie.

*Sigillum Epi Ottonis adpendet.*

**Num. CCCCLXXXVIII. 1262. 26. Febr. ex Originali:**

De Incorporatione Parochiae Cham facta Capitulo Cathedrali Ratisbon. et imposita annua pensione. Nos Heinricus Prepositus, Leo Decanus, cum universitate Capituli majoris Ecclesie Ratispon. omnibus in perpetuum. Dilectus et

venerabilis dnus fr. Albertus Epus noster, nobis a Dno Papa prefectus in Epum et Pastorem, ad nos veniens, et inveniens prebendas nostras modicas et attenuatas ex diversis litibus et incuribus adversis preteritis, nec sufficientes futuris eventibus propellendis, nostri misertus, dedit Capitulo nro Eccliam Münster, sive Chamb tunc vacantem, pleno jure ad ipsum pertinentem, in prebendarum nrarum subsidium et augmentum, et nos contulimus eam cuidam Confratri nro, Ottoni sacerdoti dicto de Hagenhül ad determinatam pensionem; quo mortuo, vacante adhuc Ecclia, imposuimus ei onus pensionis 60. librarum solvendarum annuatim, specificatis terminis expressis, quantum, et ad que officia distribuenda esset pensio memorata; videlicet a principio anni usque ad finem singulis sextis feriis una libra, octo verp librarum reliquarum quatuor in anniversario predicti Dni nri fratris Alberti Epi, hmoi Beneficii largitoris, reliquarum vero quatuor librarum due in festo Inventionis S. Stephani Capitulo ad consolationem, ultime vero due libre in anniversario Alberti quondam Epi, fratris Alberti predecessoris. Electus autem a nobis ad eandem Eccliam suscipiet eam ad predictam pensionem solvendam terminis predistinctis sub hac pena, ut si predictorum terminorum aliquo solvere neglexerit, quod debet, eo ipso ab Officio sit suspensus, et si infra mensem postea non purgaverit moram, quod neglexerat persolvendo, Ecclia vacet ab eo, sine spe ac fiducia rehabendi, et ipse nihilominus erit debitor retentorum, et domini habebunt potestatem, omnes res, quas tunc temporis habet, pro eisdem debitis confiscandi. Habebit quoque in Ecclia continuam residentiam, nec petet a residentia absolvi a quoquam, qui absolvendi habuerit potestatem, et si obtinuerit et literas super eo, nec factum, nec littere roboris alicujus erunt, sed Ecclia vacabit ipso facto, alteri conferenda, Datum Ratispone Anno Dni 1262, V. Kal. Martii.

*Sigillum Capituli adpendet.*

**Num. CCCCLXXXIX. 1262. 11. Maii. Ex Originali.**

Urbani Papae IV. Bulla confirmans Epum Leonem, quondam majoris Ecclesiae Ratisponensis  
Decanum.

Urbanus Epus servus servorum dei. Dilectis filiis Capitulo (in secunda Bulla dicitur Clero, in tertia Populo civitatis et



dioces. in quarta Ministerialibus et Vasallis Eccle) Ratisponen. salutem et aplcam  
benedictionem. Cum instantia nra cotidiana sit Ecclesiarum omnium sollicitudo continua, gaudemus,  
personas aptas et ydoneas ecclesiasticis dignitatibus invenire, ut utrisque tam dignitatibus scilicet,  
quam personis ydoneis, prout convenit, providentes nrum in dno ministerium honoremus. Sane  
Ratisponen. Eccleia per cessionem venerabilis fratris nri Alberti Epi quondam Ratisponen. ab eo  
petitam instanter et tandem de consilio fratrum nrorum a nobis admissam vacante, nos de ipsorum  
fratrum consilio vobis filii, Capitulo per nras litteras duximus concedendum, ut vobis et eidem Eccleie  
de pastore curaretis per electionem canonicam providere, qui ad eligendum die assignata convenientes  
in unum post varios tractatus habitos inter vos Capitulum viam Compendii eligentes et consentientes  
unanimiter in dilectos filios ... majorem Prepositum, Magrum Leonem Electum Ratisponen. tunc  
Decanum et alios tres Canonicos ipsius Eccleie potestatem vos Capitulum contulistis eisdem eligendi  
vel postulandi aliquem de se vel de aliis de Capitulo in pastorem, ita quod valeret id, quod freret a  
majori parte ipsorum, expresso nichilominus, quod si de ipsis quinque aliquem eligi vel postulari  
contingeret, augeret numerum persona Electi seu etiam Postulati. Cumque postmodum inter predictos  
quinque tractatum fuisset diutius super substitutione pastoris, quatuor ex eis in dictum Electum  
unanimiter et concorditer consenserunt. et ipsum elegerunt canonicè postulandum in Epum et Pastorem  
Eccleie memorate. Sed cum hmoi Electionem publicatam vobis Capitulum acceptassetis et ipsum  
requireretis, ut Electioni de se facte preberet assensum, idem quia alias omnem a se notam ambitionis  
excludens, juraverat inter alia, se Epatum a vobis Capitulo etiam sibi sponte oblatum nullatenus  
recepturum Electioni hmoi consentire, donec super hoc nos consuleret, differre curavit. Nos itaque  
super hiis cum fratribus nris deliberatione habita diligenti, attendentes, quod idem juramentum eundem  
Electum in eo duntaxat astrinxit, quod juraverit Epatum non recipere etiam sponte sibi oblatum a vobis  
Capitulo, sed non quod mandatis nris resisteret, si duceremus sibi onus pontificalis officii aliquando  
imponendum, et quod ipsum ad hoc obligasse sic minime potuisset, quia ex hoc nra etiam auctoritas  
arctaretur, si sibi non possemus hmoi onus imponere pro nro libito voluntatis, cum in hiis semper  
intelligatur auctoritas superioris excepta, cundem Electum, de cujus vita, moribus et scientia, nec non  
spiritualium et temporalium providentia laudabile testimonium perhibe

tur, de dictorum fratrum consilio non obstante hmoi juramento, quod ad cautelam nihilominus relaxavimus, eidem Ratisponen. Ecclie prefecimus in Epum et Pastorem. Quocirca universitati vre per apostolica scripta mandamus, quatinus eidem Electo, tanquam patri et pastori animarum vestrarum humiliter intendentes et exhibentes ei obedientiam et reverentiam debitam et devotam, ejus salubria monita et mandata suscipiatis devote, ac efficaciter adimplere curetis, alioquin Sententiam, quam idem rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, et faciemus auctore dno usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum Viterbii, V. Id. Maii, Pontificatus nri anno primo.

*Plumbum: Urbanus PP. IIII.*

**Num. CCCCXC. 1262:**

Leo Epus Ratispon. Lodomiae Ducissae p. m. foundationem Parthenonis Seligenthal prope Landeshut Ord. Cisterc. omnesque donationes iam bonorum, quam possessionum dicto Claustro factas confirmat.

Datum Ratisponae anno Domini 1262.

*Mon. Boic. XV. 447.*

**Num. CCCCXCI. 1263. 6. Januarii. Ex Originali:**

Meinhardi et Alberti Comitum Goritiae et Tirolis Recognitio Jurium, quae Ecclia Ratisbonensis in eorum districtibus habet cum annexo mundiburdio.

Nos Minhardus, et Albertus de Goritia et de Tirol Comites universis Buregraviis, castellanis, ac fidelibus nris, ceterisque presentes litteras inspecturis volumus esse notam, quod nos remisimus et recognovimus venerabili patri, dno Leoni Ratispon. Epo omnia Jura, que Ratispon. Ecclia in nris districtibus habuit tempore avi nostri bone memorie, dni Alberti Comitum de Tirol, et que de jure habere debet in hominibus sive bonis, et ipsum, et Ratispon. Eccliam, et homines et omnia bona eis attinentia in nram defensionem recepimus et gratiam specialem. In cujus rei testimonium presentes Litteras sibi tradidimus Sigillorum nostrorum munimine roboratas. Datum apud Stertzingen anno dni 1263. in Epiphania dni.

*Duo Sigilla non nihil laesa adpendent.*

**Num. CCCCXCII. 1263. 2 Martii. Ex Originali:**

Indulgentiae a Leone Epo concessae Hospitali sanctae Catharinae Ratisbon.

Nos Leo miseratione divina Ratisponen. Eccleie Epus, omnibus presentem paginam inspecturis volumus esse notum, quod cum nos causa devotionis stupam et locum infirmorum hospitalis beate Katherine in pede pontis Ratispone fuissemus ingressi, tantas egrotantium ibidem decumbentium infirmitates invenimus et erumpnas, ita ut compassionis animum in nobis medullitus provocarent. Nos itaque dictorum infirmorum miserie Zelo compassionis condescendere cupientes, non solum omnibus, qui suas elemosinas eis largiti fuerint, verum et omnibus, qui dictam stupam et locum causa devotionis et compassionis transire curaverint, XX. dies criminalium, et XL. dies venialium de injuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus, dum in corde contriti fuerint et confessi. In cuius rei testimonium presentes litteras eis tradidimus Sigilli nri robore communitas. Datum Ratispone anno dni 1263. VI. Non. Marcii.

*Sigillum Epi laesum adpendet.*

**Num. CCCCXCIII. 1263. 25. Martii. Ex Originali:**

Curia iu Winzinsdorf ad tempus oppignoratur.

Nos Leo miseratione divina Ratisponen. Epus universis presentem litteram inspecturis volumus esse notum, quod cum Curia nostra in Wintzinstorf per manum dni Alberti quondam Ratispon. Epi antecessoris nri bone memorie pro 10 tt. denariorum Ratisponen. esset obligata, nos de bona Voluntate nra Heinricum tunc Villicum de Wintzinstorf eandem Curiam pro dictis 10 tt. solvere permisimus interposito tali pacto, quod ipse H. et heredes sui, vel cui hoc ordinandum duxerit, teneant eandem Curiam, quousque plene recipiant 10. libras supradictas, sex solidos longos denariorum Ratispon annis singulis computando in sortem, quibus receptis eadem Curia absolute ac libere ad nostram Ecclesiam revertatur. Actum Anno dni 1263. circa purificationem beate Virginis, datum Ratispone eodem anno, VIII. Kal. Aprilis.

*Sigillum Epi laesum adpendet.*

**Num. CCCCXCIV. 1263. 27 Martii. Ex Originali:**

Commutatio hubarum inter Epum Leonem, et militem suum Eberhardum de Cleheim.

Nos Leo miseracione divina Ratispon. Epus, universis presentem litteram inspecturis volumus esse notum, quod cum Eberhardus miles de Chleheim noster fidelis hubam unam sitam in Cleiheim ab Ecclesia nostra titulo feodi tenuisset, et aliam hubam sitam in Ivenhoven teneret jure proprietatis, nos et jam dictus E. miles in talem commutationem convenimus, quod ipse tenebit absolute proprietatem hube site in Chleiheim, quam prius tenebat a nobis in feodo, et nos et Ecclesia nra perpetuo tenebimus prenotatam hubam sitam in Ivenhoven jure proprietatis, eandem tamen hubam in Ivenhoven vice hube site in Chleiheim titulo feodi contulimus militi supra dicto. In cujus rei testimonium presentem litteram conscribi, et Sigillis, nro videlicet et predicti E. militis ad cautelam placuit communiri. Presentes erant dnus Alhardus major decanus, dnus Perhtoldus archidiaconus, Albertus de Pleistein, Ulricus junior de Dornberch Canonici Ratispon. Heinricus de Chirchperc, Chunradus Gebelspech et alii quam plures. Actum et datum Ratispone anno dni 1263. VI. Kal. Aprilis.

*Duo Sigilla adpendent integra.*

**Num. CCCCXCV. 1263. 12. Julii. Ex Originali:**

Incorporatio Parochiae S. Udalrlei Ratisbon. facta per Epum Leonem Capitulo suo ad augmentandas praebendas.

In nomine domini amen. Leo miseracione divina Ratisponen. Epus, omnibus in perpetuum, Cum ex officio pastoralis, ad quod dnus de sua misericordia licet inmeritos nos vocavit, gregem nrum spiritualiter et materialiter pascere juxta id, quod possumus, teneamur, et spiritualia super temporalia sint fundata, tanto largius fundamentum est substernendum, quo grex in spiritali profectu habundantius et desiderabilius delectetur. Cognoscentes itaque, ut experti, temporale fundamentum, possessiones videlicet et prebendas gregis nri, dnorum videlicet confratrum Capituli nre Eccleie Cathedralis ab origine prime foundationis modicum et exile, et neque necessitati tot et talium personarum, nec honestati tam famosi Capituli competere;

nam ut taceamus vini et carniū, panis, quod verecundius est, eis defuit annuatim; scientes quoque predictos defectus tanquam naturales ex fundatione, auctos esse postmodum per accidentales adversitates multiplices atque graves, ipsos ex Virtute caritatis, que benigna est, et si non in toto, tamen quoad panem relevavimus in hunc modum: Ecclia parochiali S. Udalrici nuper vacante per mortem pie recordationis Ulrici de Dornberk Canonici Ratisponen ad quam Capitulum rectorem de suo gremio electum tenetur Epo presentare, decimas majores tamen ad eam pertinentes dedimus irrevocabiler Capitulo Ecclie nre Kathedralis in supplementum defectus panis, minutis decimis aliisque omnibus ejusdem parochie pertinentiis salvis ordinationibus et usibus rectoris, qui eam pro tempore gubernabit; fratres vero nri dilecti de Capitulo Ecclie majoris, Zelo caritatis, que non agit perperam, in recompensationem beneficii percepti obligaverunt se et Capitulum, promittendo in dno, quod agent jugiter nrum anniversarium in die proxima post Gregorii annuatim in ea, dum vivimus, et postquam de hac vita decesserimus, missam pro defunctis in nri memoriam celebrantes. In robur autem agende hujus nre memorie sit susceptum beneficium pro Sigillo. Acta sunt hec anno dni 1263. Indictione sexta. Datum Ratispone eodem anno, IIII. Idus Julii. Pontificatus nri anno secundo.

*Sigillum integrum adpendet.*

**Num. CCCCXCVI. 1263. 5. Augusti. Ex Originali:**

Epus Leo domum et areas in antiqua Curia Epi Ratisbon. donat ad altare S. Petri seu Ecclesie majori. Nos Leo miseratione divina Ratisponen. Epus, Universis presentem paginam inspecturis volumus esse notum, quod cum Fridericus et Godfridus fratres de Stouf, dicti Cognarii areas quasdam in antiqua Curia Epi Ratisponen. et domum magnam in eadem Curia sitam super ripam danubii titulo feodi tenerent a Ratispon. Ecclia, ut dicebant, et exinde videmus nobis multa incommoda suscitari, nos dictos fratres induximus, quod dictam domum et areas in nris manibus resignaverunt, et nos dictam domum cum areis ad altare beati Petri, donavimus, quod nobis vel alicui Successorum nostrorum eas non liceat aliquo modo ab Ecclia alienare, et si factum fuerit, non valeat

ipso facto. Nos vero in recompensationem dicte domus et arearum novellam vineam totam in Bachen, quam Rudigerus de Bachen reverendo dno patri nro, fratri Alberto, venerabili Epo quondam Ratisponen. libere resignavit, titulo feodi concessimus, et insuper quandam summam pecunie tradidimus Godfrido, cui dicta domus et aree cesserant in hereditariam porcionem: soror quoque ipsorum, uxor videlicet C. Marscalci, quantum in ea fuit, consensit omnibus supradictis. In cujus rei testimonium presentes litteras sibi tradidimus, Sigillorum, nri videlicet et Capli Ratisponen. munimine roboratas. Dat. Ratispone anno dni 1263. Non. Augusti.

*Duo Sigilla integra adpendent.*

**Num. CCCCXCVII. 1263. 5 Augusti. Ex Originali:**

Leo Epus effeudat aream, eamque erga annum Censum concedit Conventui fratrum Praedicatorum Ratisbon.

In nomine dni amen. Nos Leo miseratione divina Ratisponensis Eccleie Epus, tenore presentium cunctis notum esse cupimus tam presentibus, quam futuris, quod aream quandam in parte occidentali domus fratrum predicatorum, sitam in ea, que nova domus appellatur, et jure proprietatis ad nos et Eccliam Ratisponen. spectare dinoscitur, venerabilibus viris, videlicet fratri Herwico Priori, totique Conventui fratrum Ordinis predicatorum Ratisponensium concedimus in perpetuum possidendam. Cum enim in amore Virtutum sancta eorum delectetur humilitas, et cuncta sollicite refugiat, que pertimescit sibi aliquod fame vel conscientie illatura dispendium, dignum reputamus, ut eorum necessarium Eccleie dei, nobisque ministerium conferendo, que commoditatibus eorum expediunt honorem. Declaramus igitur, quod hec ipsa area fidelis nri Wolfkangi dicti de Schirlinge feodum est de manu nra quoad vixerit, post mortem autem ejus cessura est jam dictis fratribus cum totali jure domus et arearum sibi subjacentium, prout ipse Wolfkangus pro peccatorum suorum et progenitorum remedio in eos, quidquid juris habuit, transtulit coram nobis. In signum itaque domini nri et Eccleie Ratisponen. ac Concessionis jam dicte quindecim denarios Ratispon. monete a sepe fatis fratribus solvendos nobis ac nris Successoribus annis singulis in festo aplorum Petri et Pauli census nomine reservamus. Hujus rei

testes sunt: frater Herwicus Prior fratrum predicatorum, frater Bertoldus lector, Haertwicus Notarius noster, Chunradus Hildebrant, Heinricus de Amberch, Lodwicus dictus Chrazzaer, Fridericus Stychel, et Heinricus piscator Cives Ratispon. Acta sunt hec anno dni 1263. Nonis Augusti.

*Sigillum Epi illaesum adpendet.*

**Num. CCCCXCVIII. 1263. 13. Octobr. Ex Originali:**

Arbitramentum circa possessiones in Essenbach et Leren litigiosas inter Epum Ratispon. et Comitem de Mosburg.

Nos Leo miseratione divina Ratispon. Epus, et Chunradus Comes Senior de Mosburga universis presentes litteras inspecturis volumus esse notum, quod cum inter nos questio verteretur super advocatia in Essenbach, et possessionibus in Leren, quas ego Chunradus Comes in titulo pignoris vendicabam; tandem super hac questione in arbitros extitit compromissum ex parte nra, videlicet Epi in magrum Ulricum Vicedominum, et Baldwinum de Baerbinge, et Sighardum de Egelolfesheim, ex parte vero mei Comitum in nobilem virum dnum Altmannum de Roteneke Comitem prepositum Sci Johannis, et Eberhardum militem de Howen, et Fridericum de Furtt, et in Fridericum de Perge, qui pro communi arbitro fuit ab utroque nrum pro bono pacis et concordie deputatus, qui tandem omnes simul sunt taliter arbitrati, quod ego Comes darem et traderem titulo proprietatis ad altare S. Petri Ratispon. Curiam meam sitam in Staudach, et aliam curiam meam cum duobus molendinis sitis in Altorf, que proprietatis titulo ad me hactenus pertinebant, et cujus Salmannum aliquatenus non sciebam, et reciperem in feodo a dno Epo supradicto et suis Successoribus in futurum, nec alienarem easdem possessiones jam dictas a mea potestate in prejudicium Ratispon. Eccleie quoquo modo: Ego vero arbitrio hoc consentiens predicta omnia, prout superius sunt expressa, feci et liberaliter adimplevi. Adiectum fuit etiam arbitrio supradicto, quod dnus Epus Ratispon. qui pro tempore fuerit, redimat possessiones in Leren pro Summa pecunie, quam expresserint et ordinaverint dnus Altmanus prepositus sci Johannis, et Fridericus de Perge superius nominati. Adiecerunt etiam septem arbitri supradicti, quod dnus Epus Ratispon. me Comitem infeodabit de duabus Curiis et duobus molendinis supe-

rius jam expressis, et de advocatia in Essenbach, quod nos Leo Ratispon. Epus approbantes fecimus et complevimus, prout arbitri statuerunt. Ordinatum fuit etiam per arbitros sepedictos, quod ego Chunradus Comes utar et fruar advocatia predicta, prout justum fuerit et honestum; et si violentiam indebitam intulerim hominibus vel possessionibus dicti loci, revocabo eam ad consilium Friderici de Perge, nunc ejusdem loci prepositi, vel alterius, qui pro tempore fuerit prepositus in eodem loco. In cujus rei testimonium presentea litteras confici placuit, et Sigillis nris et dicti prepositi Sci Johannis, Friderici de Perge, Chunradi marscalci de Sunichinge, Baldwni de Baerbinge, Sighardi de Eglolfesheim communiri, testibus, qui presentes fuerunt, nichilominus subnotatis et sunt hii: Alhardus decanus, Perhtoldus de Oberndorf archid. Hermannus de Winspach archid. Magr Otto scolasticus, Fridericus de Leuchinge, Chunradus de Cheveringe, Weichard de Houte, Chunradus de Mospach, Marquardus Wulpo Ratispon. Canonici: Ortolfus sacerdos, Gotschalcus sacerdos Gozwinus dyaconus, Jacob Subdyaconus Vicarii Ratisponen. Ecclie: Chunradus de Sunichinge Marschalcus, Heinricus de lapide, Gozwinus Wallerius, Chunradus de Swartzenburch, Fridericus de Stainheim; de familia vero Chunradi Comitis Chunra de Reinhershousen, Eberhardus de Howen, Perhtoldus de Fürtte, Perhtoldus de Hegelendorf, Eberhardus de Ubelcheim, Leupoldus Pragaer, Gozwinus de Weihs, Ulricus de Pünchoven, Heinricus de Polenchovea et alii quam plures. Actum anno dni 1263 III. Id. Octobris. *Septem Sigilla adpendent.*

**Num. CCCCXCIX. 1263. 15. Octob. Ex Diplomatario:**

Leo Epus Ratisp. Collegiatae S. Joannis ex Parochia Winklsaess duas libras denar. concedit supra 4 tt. ab Epo Sifrido jam concessas.

Leo miseratione divina Ratispon, Epus universis presentia inspecturis salutem in omnium Salvatore. Cum Ecclia Sci Johannis Ratispone tenuis foret et egens, antecessor noster ven. Epus Sifridus felicis memorie zelum domus dei habens eam respexit misericorditer, et in parte ipsius indigentiam relevavit per Eccliam Winchelsäzzen (hodie Asenkofen), cujus fundus ad ipsam pertinet, statuens, Conventui ejus de eadem solvi perpetuo libras quatuor annuatim; Nos



autem eidem Eccleie sci Johannis eo, quod membrum est Eccleie nre Cathedralis, propensius intendere cupientes in subsidium ejus licet modicum Eccleie Winkelsaezzen vacantis nris temporibus taxato, quod tolerare posset onus pensionis, auximus duabus libris de Capituli nri consilio et consensu, statuentes inviolabiliter, ut rector ejus, quicumque pro tempore fuerit, Conventui Eccleie sci Johannis Ratispone quocumque casu contingente solvat 6. libras annuatim sine qualibet difficultate: fratres quoque ejusdem Conventus gratiam pro gra reddentes, se predictamque Eccliam suam obligarunt promittendo, quod anniversarios venerabilis videlicet Epi Sifridi et nrum jugiter annis singulis celebrabunt, dni Sifridi bone memorie die, qua celebrari hactenus consuevit, nro vero nomine celebrabunt missam pro defunctis, cantabunt Vigiliis mortuorum in crastino beati Gregorii, cujus festum in quadragesima celebratur, cantabunt et historiam de beato Gregorio in translatione ipsius Sancti, que consuevit tertia die post Egidii celebrari: cujus promissionis collatum beneficium sit confirmatio Sigillum nrum, et Sigillum Capituli nri supradicti Solventur autem pretaxate 6 tt. terminis annuatim in festo sci Emmerami due, in festo sequentis Epiphanie due, in utroque anniversario una, quatenus etiam Sacerdos, qui dictam Eccliam pro tempore tenuit, si in aliquo dictorum terminorum prefatam pensionem solvere neglexerit, et infra dies 14. moram suam non purgaverit, ex tunc se gerat pro suspenso, quousque a nobis absolutionis gratiam mereatur. Actum Ratispone anno dni 1205. Id. Octobris.

**Num. D. 1264. 18 Martii. Ex Originali:**

Obligatio Zachariae de Hage militis, sine Consensu Epi Ratisbon. liberos suos nuptui non tradendi. Nos Albertus quondam Rat. Epus, universis presentes Litteras inspecturis volumus esse notum, quod in nra presentia constitutus Zacharias de Hage miles fide data promisit in manibus dni Leonis Rat. Epi, et Nichilominus corporaliter prestitit juramentum, quod liberos suos presentes et futuros, masculos et feminas non tradet nuptui, et quantum potuerit et in ipso fuerit, non permittet tradi sine licentia expressa petita et obtenta Epi Ratispon. Eccleie, qui pro tempore fuerit, et si contrarium factum fuerit, vacabunt ipso facto omnia feoda, que idem Zacharias a Rat. Ecclesia noscitur obtinere, et

nichilominus solvet centum libras Rat. monete Epo Rat. qui presederit illa vice, pro quibus centum libris fidejussores tradidit infra scriptos: Chunradum de Süneching marescalcum pro 20 tt. Gözwinum Wallarium pro 20 tt. Sigehardum de Eglofesheim pro 20 tt. Dietricum de Hage pro 20 tt. Chunradum de Wezar pro 10 tt. Edechonem de Herwegsreut pro 10 tt. Promiserunt etiam Chunradus et Zacharias filii predicti militis Zacharie, quod promissum patris sui, quod superius est expressum, observabunt firmiter, quantum est in eis; quod si non fecerint, vacabunt eo ipso omnia feoda, que noscuntur a Rat. Ecclia obtinere, et Rat. Epus ea conferet libere, cui velit, et dicti filii exhereditati sunt ipso facto ab omnibus aliis bonis patris sui. In testimonium itaque omnium predictorum presentes litteras confici placuit et Sigillis, nro videlicet et dicti Rat. Epi et Capituli Rat. Ecclie communiri, testibus, qui presentes fuerunt, nichilominus subnotatis et sunt ministeriales superius nominati, Chunradus de Pilna, Chunradus Capellanus Epi Rat. Karolus advocatus, frater Ortlibus de ordine hospitalis sci Johannis transmar ... miles de Wisent, Wernherus miles de Süneching, Gebhardus miles de ... Junior de Perg, Hawardus de Sünching et alii quam plures. Dat. anno dni 1264. XV. Kal. Aprilis.

*Tria Sigilla appendent; Sigillum Alberti quondam Rat. Epi hanc habet Circumscriptionem :*

*† S. fratris Alberti quondam Epi Ratisponem de Ord. Pred.*

#### **Num.DI. 1264. 29 Martii. Ex Diplomatario:**

Decisio Epi Leonis circa Electionem Praepositi ad S. Joannem Ratisbon. et definitio jurium Praeposito ac Decano competentium.

Nos Leo miseratione divina Ratispone Epus, universis presentes Litteras inspecturis volumus esse notum, quod cum super electionem prepositi ad Ecclesiam sci Johannis Ratispon. inter nos ex una parte, et Capitulum ejusdem Ecclesie ex altera questio verteretur, et de jure dicti Capituli, quod in ipsam electionem sui prepositi habebat, tum ex instrumentis, que super hoc ostendebat, tum ex antiqua et approbata consuetudine nobis fides sufficiens esset facta, nos de consilio prudentum virorum nostri Capituli juri nostro, quod in electione predicta videbamus habere, cessimus Canonicus sci Jo-

hannis, jus suum recognoscentes, et promisimus eis libere electionem sui prepositi, volentes eos in perpetuum eo jure gaudere, ita tamen, quod juxta consuetudinem antiquam nullus in prepositum jam dicte Ecclesie sci Johannis nisi de gremio Ratisponen. Eccleie majoris eligatur, et electus canonice a nobis aut Successore nostro, qui pro tempore Ratispon. Epus fuerit, confirmetur. Verum, quia divinum officium in sepe dicta Ecclesia sci Johannis fieri non videbatur horis statutis et cum solempnitate debita et condigna, statuimus, ut iidem Canonici decanum eligerent, quemadmodum in consimilibus Ecclesiis est consuetum, ut saltem per decani frequentiam ac diligentiam ceteri divinis officiis instruantur amplius insudare; dein vero Canonici electionem hmoi compromiserunt in arbitros, quorum arbitrio Magister Chunradus, Capellanus noster rite et rationabiliter electus extitit in decanum, et nos electionem factam confirmavimus et confirmamus auctoritate, qua fungimur in hac parte. Cupientes igitur tam prepositum, quam decanum sepe dicte Ecclesie sine disceptationis ac dubitationis scrupulo alterutrum uti jure tantum sibi competenti, jura utriusque districte distinximus, sicut ex infra scriptis perpendi poterit evidenter. Hec autem sunt jura prepositi sci Johannis : Correctio majorum excessuum preter illos, qui decano inferius reservantur, ad prepositum pertinebit. Item institutiones Curiarum, hubarum et aliarum possessionum, et quidquid utilitatis inde proveniet, due partes cedent preposito, tertia cellerario remanebit. Item si aliquae possessiones Eccleie sci Johannis alienarentur jure hereditario, quod Erbrecht vulgariter nuncupatur, aut jure personali, quod Leibgeding vulgariter dicitur, quidquid inde utilitatis obvenerit, due partes cedent decano et Capitulo, tertia preposito et cellerario remanebit. Item totum Capitulum eliget decanum, cellerarium et obellarium sine preposito, confirmatio decani ad Epum, confirmatio obellarii et cellerarii ad prepositum pertinebit. Item electio Canoniorum pertinet ad decanum et Capitulum, sed prepositus debet interesse electioni non tanquam habens vocem in electione Canoniorum, sed ut inquirat vota tantummodo singulorum; investitura tamen Canoniorum, et Confirmatio de novo electorum ad prepositum pertinebit. In cujus rei testimonium presentes litteras conscribi et Sigillis, nostro videlicet et Capituli Ratispon. fecimus communiri. Datum anno dni 1264. IV. Kalend. Aprilis.

**Num. DII. 1264. 1. Maii. Ex Originali:**

Concessio Curiae in Weidenhül in feudum, et redemptio Curiae in Küttensee sitarum in dominio  
Hohenburgensi in Nordgovia.

Nos Leo miseratione divina Ratisponen. Epus, omnibus presentes litteras inspecturis volumus esse notum, quod cum Curia in Chüttense esset obligata Chunrado Alfeldario, et exinde timeremus grave dampnum nobis et Eccle provenire; ut eam possemus ad nros usus reducere, de voluntate et consensu Capituli Ratisponen. vendidimus et titulo feodi concessimus dilecto fideli nro Ulrico militi de Hülloh Curiam sitam in Weidenhül pro 25 libris denar. Ratispon. adjecto tali pacto, ut quodocunque nobis vel Successori nro, qui pro tempore fuerit, placuerit, reemendi eandem Curiam pro 25 libris a dicto Ulrico, vel ab eis, quibus ipse reliquerit eandem curiam, habeamus liberam facultatem. In cuius rei testimonium presentes litteras sibi tradidimus Sigillorum nri videlicet, Capituli Ratispon. nobilis Viri dni Gebehardi Comitis de Hirzperch, et Communitatis Hohenburgen. robore communitas, testibus, qui presentes fuerunt, nichilominus subnotatis, et sunt hii: Magr Ulricus Vicednus, Magr C. Capellanus nr, Magr H. notarius nr, Aerbo noster scolaris, Fridericus de Puch Judex de Hohenburch, Rabeno de Aderatshousen, Rimboto de Smidemulen, Fridericus de Pach filius Judicis, Heinricus de Cheuzzenhoven, Chunradus Heybeschman, Heinricus de Chalch, Chunradus de Schoenneberge, et frater suus Karolus, Heinricus de Rorbach, Chunradus de Smidemulen, Wernherus de Smidemulen, Manstorfarius, Ulricus, Wernherus dispensator Epi, Leutwinus Pochstech, et alii quam plures. Actum et datum anno .dni 1264. Kal. Maii.

*Quatuor Sigilla integra appendent; Sigillum Communitatis Hohenburg. repraesentat Castrum cum 2 turribus, et hanc habet circumscriptionem.*

*† S. Urbanorum Castri de Hohenburc.*

**Num. DIII. 1264. 4. Maii. Ex Originali:**

Vindicatio Census areae et domus facta per Epum Ratisbon. veteri Capellae.

Nos Leo miseratione divina Ratisponen. Epus, universis presentes litteras inspecturis volumus esse notum, quod cum area juxta hei-

dam Ratispone ex opposito contra domum Weihsarii sita, in qua area nunc residet Chunradus pabulator, esset ex antiquo censualis Ecclesie veteris Capelle Ratispon. et idem Census a progenitoribus dne Reihze vidue, cognate Magistri Sibotonis Scolastici bone memorie diutius fuisset retentus usque ad tempora dicte vidue, que successerat suis progenitoribus in domo et area supradictis, retinendis tantum pro tempore vite sue ita, quod post suum obitum dicte domus et area eo jure, quo ad ipsam fuerant devolute, ad Priorissam et Conventum sancte Crucis Ratispon. devolventur ex remedio progenitorum vidue jam predicte, ipsa vidua ad nostrum consilium et inductionem recognovit Ecclesie veteris Capeile jus censuale sexaginta denar, in area supradicta, et decanus et Capitulum veteris Capelle remiserunt progenitoribus ipsius vidue pure et simpliciter propter deum, quicquid ab ipsius progenitoribus est retentum in censu aroe supradicte, et concesserunt in perpetuum eandem aream Ecclesie sancle Crucis ad censum 60 denar. solvendorum ad statutas oblationes decani et Capituli veteris Capelle annis singulis in festo sancti Emmerami vel infra octavum diem ejusdem festi, alioquin vacabit ipso facto Ecclesie veteris Capelle area memorata. In cujus rei testimonium presentes litteras Sigillis, nostro videlicet, et Capituli veteris Capelle, nec non Conventus sancte Crucis fecimus roborari, testibus hujus rei nichilominus subnotatis, et sunt hii: dnus Sighardus decanus, Heinricus de Frisaco, Arnoldus potestas, Heinricus puer, Hartmannus, Gundelohus, Ulricus plebanus sancti Pauli, Magister R. Scolasticus, Reihperus, Heinricus de Etzenreut, Gotschalcus Canonici veteris Capelle, frater Bertholdus lector predicatorum domus Ratispon. Jeutta priorissa, Margareta Subpriorissa, Franco conversus sancte Crucis Ratispon. et alii quam plures. Datum Ratispone anno dni 1264. quarta Nonas Maii.

*Tria Sigilla illaesa appendent.*

**Num. DIV. 1264. 9. Maii. Ex Diplomatario:**

Concessio duarum arearum Ratisbon. in der Waffler-Strasse facta domui sancti Egidii erga annum  
censum.

In nomine domini nostri Ihu Xpi amen. Nos frater Poppo de Osternah commendator domus sci Egidii in Ratispona omnibus, ad quos presens pagina pervenerit, salutem in vero salutari. Gesta ho-

minum cum hominibus quidem mutabilia, ut Successoribus etiam innotescant, scripture testimonio roborantur. Noverint igitur universi tam presentes, quam futuri, quod auctoritate dni nostri ven. Leonis Ecclesie Ratisponensis Epi apud ven. abbatem in Prul, Hainricum nomine, et suum conventum comparavimus duas areas perpetuo libere possidendas. Predictae vero aere sunt site in strata, que dicitur vulgariter der Waffler, que in una parte attingunt areas domus nostre, in secunda vero areas domus sci Emmerami. Nos vero et domus nostra cum fratribus nostris succedentibus pro donatione jarn dictarum arearum predicto dno abbati et conventui suo taliter obligavimus, ut ipsis perpetuo censu in nocte sci Emmerami vel in die dimidiam libram Ratispon. et X. denar, ad claustrum eorum in Prul annis singulis persolvamus. Si vero nos vel fratres succedentes in termino nobis prefixo quocunque anno frivole censum predicto abbati et conventui persolvere neglexerimus, eodem anno censum ipsorum tenemur ipsis modis omnibus duplicare. Si autem sequenti anno predictum censum etiam temere detinebimus, tunc sepedicte aere ad usus claustrum in Prul absolute debent resumere cum omnibus superedificatis edificiis iterato. Ut autem hec firma et inconvulsa permaneant, Sigillo predicti ven. Epi, et Sigillo iudicii Chori, unacum Sigillo nostro et Sigillo nostre domus fecimus communiri. Hujus autem rei testes sunt: Fr. Berngerus, Fr. Hermannus, Fr. Chunradus, dominus Johannes, Ulricus scriptor, dominus Bruno granator, et alii quam plures. Sunt autem hec acta anno ab incarnatione domini 1264. VII. Id. Maii.

**Num. DV. 1264. 1. Sept. Ex Originali:**

Epus Leo locat hubam in Dornwang prope Teisbach Friderico de Dornwang.

Nos Leo miseracione divina Ratisponen. Epus, universis presentem litteram inspecturis volumus esse notum, quod cum huba quedam sita in Dornwanch esset obligata Poksowario, Fridericus de Dornwanch dedit pro absolucione ejusdem hube tres libras denar. Ratispon. Nos igitur suum intentum attendentes, ipsam hubam sibi locavimus pro jure agriculture sue Colonie, ita quod eum et suos liberos ab eadem huba non removebimus, quamdiu inde nobis debitum censum persolvere poterunt, et Ecclesie expediverint, et in familia nre Ecclesie remanebunt, In cujus rei testimonium presentem

litteram conscribi et Sigillo nro fecimus communiri. Datum apud Teispach anno dni 1264. in dni beati Egidii.

*Sigillum Epi laesum adpendet.*

**Num. DVI. 1265. 12. Julii. Ex Originali:**

Transactio inter Leonem Epum Rat. et Henricam Ducem Bavariae super juribus Epi in Dingolfing, super juribus patronatus in Kelheim, Vilsbiburg, Pulach, quibus Epus cessit etc.

Nos Hainricus dei gra Comes Palatinus Reni, dux Bawarie, universis cupimus esse notum, quod cum inter dnum Leonem venerabilem Epum Ratispon. et eandem Ecclesiam ex una parte, et nos ex altera super diversis articulis questio verteretur, tandem ipsa questio mediantibus nostris consiliariis taliter est sopita nobis assentientibus et fide corporaliter prestita promittentibus firmitatem. Dux quidem renuntiavit expresse omni questioni, quam habuit contra Epum et Ecclesiam Ratispon. super proprietatibus in montanis, in Pache, et alibi, quas olim Rapoto Comes Palat. Bawarie dicitur eidem Ecclesie tradidisse. Ob hanc renunciationem infeodabit Epus vel Successor ipsius ipsum ducem et suos heredes in triginta libris reddituum denar. Rat. monete, dum primum vacaveriat ipsi Epo et Ecclesie, quos redditus dux idem duxerit acceptandos, exceptis castris et fundis castrorum jam vel quondam extractis. Item dux cessit plane renunciando actioni, quam habuit contra Epum, Ecclesiam et Capitulum Ratispon. de septingentis libris denar. Ratispon. monete pro recompensatione dampnorum sibi quondam in Judeis Ratisponen. per dnum Albertum Epum illatorum, et hac occasione ipsum Capitulum in suis possessionibus de cetero non impediet vel offendet. Propter hujus autem questionis renunciationem infeodavit Epus ipsum ducem de feodo in Wiheninting, scilicet rebus et hominibus, aliisque pertinentiis universis, cultis et incultis, quesitis ac etiam inquirendis, que olim viri nobiles Burchardus de Wier, et Albertus Comes de Mosburch ab ipsa Ecclesia tenuerunt. Item feodaliter investivit Epus ducem predictum de Curia in Münster apud Chambe, salvo tamen ipsi Epo suisque Successoribus jure ipsius Ecclesie patronatus. Renuntiavit insuper Epus et Capitulum questioni, quam habuit Ecclesia Ratisponen. super Dingolfing contra ipsum ducem et heredes ipsius.

Item super juribus patronatus Ecclesiarum in Vilspiburch, Chelhaim et Pulach conscientia fiet Epo per associationem juratoriam vicinorum duorum ad minus, quibus debeat fides mutuo adhiberi, vel per privilegia Sigillis autenticis sigillata, et hoc facto cedet Epus questioni, quam super jure patronatus dictarum Ecclesiarum habuit vel habere videbatur, in hiis ipsi duci jus suum plenarie recognoscens. Item renunciavit dux infeodacioni reddituum 15 tt. de quibus infeodare debuit Epus ipsum ratione Compositionis habite inter ducem, et Chunradum quondam de Hohenvels. Ad hec si ministeriales ipsius ducis et Ratisponen. Ecclesie contraxerint invicem matrimonium, liberi exinde geniti equaliter dividuntur, et similiter nati ex matrimoniis jam contractis dividi debent infra proximum festum beati Michahelis, sive sit unicus, sive plures juxta formam inter ipsam Eccliam et progenitores ducis in privilegiis antea comprehensam. Preterea neque Epus, neque dux recipient in prejuditium alterutrius in suam defensionem ministeriales, homines, et quoscunque alios servitores, sed cooperabuntur sibi in omnibus et per omnia bona fide, per que ipsorum concordia et amicitia poterit inviolabiliter observari, nisi reconciliacionis animo illud fiet. Verum tanien si pati noluerit pars offensa, et cum justitiam petierit ab altera, que recepit hmoi, continuo dimittetur. Demum si quid questionis vertitur, vel in futurum vertetur inter ministeriales utriusque partis, videlicet quoscunque sive Epum, sive ducem, seu se ipsos tangat materia questionis, totum finaliter et expresse terminabitur per Consiliarios utriusque, scilicet Sifridum de Frawenberch, Hainricum de Pfoling et Hainricum de Rohrbach, Chunradum de Erenvels, Chunradum marscalcum de Sünching, et Paldwinum de Paerbing per viam justitie et amicabilem compositionis; et ad hoc complendum Epus et Dux fideliter et efficaciter invicem se juvabunt, quod si alicui personarum predictarum hiis diffiniendis non poterit interesse, in potestate erit Epi atque Ducis, in loco absentis vel absencium alium vel alios subrogare, qui fide prestita vice Sacramenti in manibus Epi atque Ducis firmiter promittant, quod predicta diffinient fideliter et efficaciter sine qualibet captione, et convenient super hiis diffiniendis ad certum locum, utriusque parti competentem et non suspectum infra mensem unum, cum ab alterutra parte fuerint requisiti, inde non facta diffinicionem nullatenus recessuri. Hunc autem locum secundum situm partium et circumstantias questionum pars vicem actoris sustinens exprimet sine qualibet captione, execucionem quoque diffinicionis hmoi subrogatus



vel subrogati similiter fide data vice Sacramenti mutuo repromittent, Ad robur autem perpetuum predictorum presentes litteras conscribi et Sigillis, videlicet ipsius Epi, et eciam Capituli Ratisponen. et nostro placuit communiri. Actum anno dominice incarnationis 1265. IIII. Id. Julii, Indictione VIII.

*Tria Sigilla illaesa adpendent.*

**Num. DVII. 1265. 19. Octobr. Ex Originali:**

Traditio variorum praediorum facta hospitali S. Joannis Rat. a Chunrado Viceplebano in Nittenau cum obligatione sui anniversarii.

Leo miseratione divina Ratisponen. Ecclesie Epus, omnibus presencia inspecturis salutem in eo, qui Salus omnium est et vita. Vie mee a viis vestris, et cogitationes mee a Cogitationibus vestris (sunt diversae,) ait Dominus per prophetam. Quecunque ergo a filiis hominum geruntur, necesse est, sollercius litteris vel testibus firmari, ne ipsi claudicent in eisdem. Innotescimus ea propter universis presentibus et futuris, quod dnus Chunradus Viceplebanus in Nitnaw, per quem inventi sunt et comprehensi heretici Secte pauperum de Lugduno, redditus prediorum subscriptorum usui suo, quoad vixerit, deputans, per propria comparavit, distribuens scilicet 20 libras pro domo quadam Neuburgerinne in Chamb, reddente annui Census 10. solidos et 15. denarios, 13 libras pro predio quodam in Geswell reddente annui Census libram, septem vero libras pro predio in Taechilhovin, reddente Census annui 5 solidos, 14 libras pro predio in Pamsindorf, reddente annui Census libram, 7. libras pro predio in Peital, reddente Census annui 5. solidos. Ceterum condicio hec est inter ipsum et domum hospitalis (S. Joannis trans pontem Ratispon. accedente Consensu nro intercepta firmiter et premissa, quod videlicet Summula solucionis prediorum quorumlibet predictorum devolvatur ad dnum Chunradum Viceplebanum prelibatum in Vigilia vel in die sci Emmerami sine contradictione, ipsa domo hospitalis ministrante annuatim sibi illam. Eo utique decedente ministrabit eadem domus hospitalis 5. solidos de Peital omnibus confratribus et consororibus suis ibidem pro consolacione in anniversario ejusdem dni Chunradi ad agendum sui memoriam largiorem, Sacerdotibus vigiliis cantantibus 8. denar. Scolaribus 4. denar. infirmioribus vero hospitalis

unam libram Sciendum autem, quod idem dnus Chunradus non recepto Censu prediorum in termino jam prefixo domui sepedicte, alienare eum potest pro velle suo libere ab eadem. In hmoi firmamentum Sigillum nostrum presenti cedule duximus appendendum. Testes sunt: dnus Hainricus prepositus majoris Eccleie Rat. dnus Alhardus decanus, Magr Ulricus de Hachilstat thesaurarius ejusdem Eccleie, dnus Ulricus de Gamersheim, dnus Ulricus de Aw; confratres hospitalis Fr. Rudigerus, Fr. Ortlibus, dnus F. de Menzinbach; Cives Ratispon. Otto Pragaer, Ortlib in Foro, Perwinus Prukmaister, et Chunradus Tekindorfaer. Datum Ratispone anno dni 1265. XIV, Kalen-das Novembris.

*Sigillum Epi adpendet.*

**Num. DVIII. 1265. 21. Nov. Ex Originali:**

Leonis Epi Rat. Compositio inter abbatissam Gertrudem monasterii inferioris et Wolfgangum de Schirling ratione pincernatus et forestariatus, aliorumque feudorum, quae dictus Wolfgangus tenet a Monasterio inferiori.

Nos Leo miseratione divina Ratispon. Epus, universis presentem litteram inspecturis volumus esse notum, quod cum inter dominam Gerdrudem venerabilem abbam inferioris Monasterii ex una parte, et Wolfgangum de Schirling ex altera super officio pincerne et forestarii, et aliis feodis, que idem Wolfgangus ab Ecclesia inferioris Monasterii asseruit se tenere, verteretur materia questionis, tandem per Compositionem amicabilem sic dicta questio est decisa, quod dna abba Wolfgangum predictum infeodavit, excepto officio pincerne, omnibus feodis, que de jure debet ab inferiori Monasterio obtinere; propter quod idem Wolfgangus tenetur emere predium pro 60 tt. Ratisponen. monete infra hinc et festum beati Georgii, et a dicto festo usque ad biennium, et dare absolute et libere inferiori Monasterio, ita quod de proventibus ipsius predii cedat redditus unius libre Conventui monasterii supradicti, et residua pars predii ad abbe mensam in perpetuum pertinebit, ita quod deinceps in feodo nullatenus concedatur totum predium supradictum. Si antem Wolfgangus sepedictus infra tempus nominatum non emerit predium, prout superius est expressum, fidejussit pro 60 tt. Sigehardus de Eglofsheim, quas solvet inferiori Monasterio infra tempus supra scriptum, si Wolfgangum decedere non

contigerit infra ipsum tempus, ita tamen, quod tempus solutionis 60. librarum incipiet a tempore mortis Wolfgangi predicti, et terminabitur infra annum a mortis ipsius Wolfgangi tempore computandum, alioquin dictus Sigehardus intrabit Civitatem Ratispon. inde nullatenus exiturus, quousque dne abbe de 60 tt. plene fuerit satisfactum. Adjectum fuit etiam omnibus supradictis, quod dna abba de bona voluntate sepedicti Wolfgangi infeodavit Hainricum dictum Chlafschinch, ita, quod a tempore mortis ipsius Wolfgangi, si sine liberis masculis decesserit, dicta feoda apud Hainricum Chlafschinch libere remanebunt, et idem Hainricus solvet dne abbe inferioris monasterii, que p.t. fuerit, 110 libras Ratispon. monete, pro quibus et aliis 60 libris superius nominatis, si non fuerit servatum pactum superius nominatum et expressum circa emptionem predii et terminos constitutos, tenebit in pignore ipsa abba Curiam sepedicti Wolfgangi in Leirendorf, et decimas in Manstorf et in Alastorf, quas prefatus Wolfgangus in feodo ab inferiori monasterio noscitur obtinere. Iuravit etiam Hainricus predictus, quod bona fide et diligenti studio procurabit, quod liberi sui matrimonium contrahant de familia monasterii memorati, et si secus fecerint, cadent a jure feodi, quod dictus Hainricus post personam Wolfgangi ab inferiori monasterio suscepit, prout superius est expressum. Quandocumque tamen per predictum Hainricum Chlafschinch vel per suos liberos, apud quos de jure resederit feodum supradictum, satisfactum fuerit dne abbe, que p.t. fuerit, in 120 tt. dicte Curie et decime ipsi Hainrico et suis liberis jure feodi libere remanebunt. In hujus rei testimonium presentes litteras Sigillis, nostro videlicet et abbe inferioris monasterii jussimus roborari. Datum anno domini 1265. XI. Kalendas Decembris.

*Duo Sigilla adpendent.*

**Num. DIX. 1266. 17. Januarii. Ex Originali:**

Leonis Epi Ratisbon. arbitramentum inter plebanum in Schirling, et Hospitale S. Nicolai Ratispon. ratione quarundam decimarum minorum.

Nos Leo miseratione divina Ratispon. Epus, universis presentem litteram inspecturis volumus esse notum, quod cum inter dilectum confratrem nostrum dnum Heinricum (de Lerchenvelt) venerabilem prepositum Ratisponen. Eccleie, tunc plebanum in Schirlingen ex una

parte, et Magistrum leprosorum Hospitalis sci Nycolai extra muros Civitatis Ratispon. ex altera super decimis minoribus in Villis Schirlingen. et Rokkingen, et duabus Curiis Ainhusen et Mören questio verteretur, post varias altercationes hinc et inde habitas, in nos tandem a partibus extitit Compromissum. Nos vero arbitrati sumus, et ex ore nostro tale arbitrium pronuntiavimus sententiando, quod, quicumque sit plebanus in Schirlirigen, pro tempore recipiat minores decimas de Villis et Curiis supradictis, et in die sci Martini predictis Magistro et leprosis solvat denar Rat. usualis monete annis singulis unam libram. In Signum autem ratihabitionis arbitrii supradicti dna Gerdrudis venerabilis abba inferioris Monasterii, Patrona Ecclesie in Schirlingen, et nobilis vir dnus Altmannus de Rotenekk Comes, prepositus sci Johannis, nunc plebanus in Schirlingen Sigilla sua huic littere adponere decreverunt, et nos in robur omnium predictorum nostrum etiam Sigillum duximus adponendum. Datum Ratispone XVI. Kalendas Februarii, anno domini 1266.

*Tria Sigilla laesa adpendent*

**Num. DX. 1266. 30. Jan. Ex Originali:**

Contractus Leonis Epi Rat. cum Alhardo de Fraunhofen super Castro et possessionibus in Eglofsheim. Nos Leo miseratione divina Ratispon. Epus, universis presentem litteram inspecturis volumus esse notum, quod cum nos emissemus pro 150 tt. denar. Ratispon. ab Alhardo de Frowenhofen et uxore sua Eufemia Castrum et possessiones cum omnibus suis attinentiis, que apud Eglolfesheim proprietatis titulo habebant vel habere videbantur, nobis constitutis apud forum Puchpach pro eodem Contractu terminando, dicti Alhardus et uxor sua Eufemia cesserunt nobis et renunciaverunt in manibus nris simpliciter et precise pro se et suis liberis omni juri, quod in dictis Castro, possessionibus, et eorum attinentiis habebant vel habere videbantur, ita, quod infra festum Pasce nunc venturum per manum veri Salmanni nobis et Ecclesie nre bona stabiliant supradicta; quod si non fecerint, Sifridus de Frowenberch, ipse Alhardus de Frowenhofen et Fridericus de Pokkesowe (Poxau,) promiserunt fide data, solvere nobis et Ecclesie nre 100 tt. denar. Rat. alioquin intrabunt Civitatem Lantshutam, cum ad hoc

requisiti fuerint, inde non exituri sine nra vel Epi Ratispon. qui pro tempore fuerit, licentia speciali, insuper 70 libre, in quibus tantum ipsis debitores remansimus, penes nos remanebunt, quousque predicta bona per manum Salmanni nobis et Ecclesie nre fuerint stabilita. Quod si predictus Salmannus in hac parte ipsis difficilem se reddiderit et auctoritatem suam eis denegaverit, iidem Alhardus et uxor sua Eufemia facient nobis et Ecclesie nre stabiliri predicta bona juxta consilium et sententiam prudentum Virorum sine qualibet captione, sed eo, quod sententia et consilium prudentum Virorum dictaverit, ad effectum perducto, ces abit fidejussio et cautio supradicta. In cujus rei testimonium presentem litteram conscribi et Sigillis, nro videlicet et Sifridi de Frowenberch, et ipsius Alhardi de Frowenhoven fecimus communiri, testibus, qui presentes fuerunt, nichilominus subnotatis, et sunt hii: dnus Altmannus de Rotenekke Comes prepositus sci Johannis, Herwicus Capellanus, Haertwicus notarius dnus de Frowenberch, Ulricus Wulpo, Ulricus de Pünchoven, Heinricus de Dörenpach, Ditricus de Prenningen, Fridricus de Poksowe, Gozwinus de Wihs, Paldwinus junior de Paerbingen, Heinricus de danubio, Ulricus de Upchoven, Heinricus et Chuno fratres dicti de Walde, Werenhardus de Chrahaim, Fridericus de Stubinga, Ulricus frater cellerarii, Otto Viselaer, Chunradus Cellar, Heinricus Chnaeuttinger, Wernhardus filius cellerarii, et alii quam plures. Actum et datum apud forum Puchpach anno dni 1266. III. Kal Februarii.

Adjectum est etiam, quod liberi predictorum Alhardi et Eufemie per manum Salamanni renuntiabunt omnibus supradictis et ratam habebunt renunciacionem a parentibus suis factam, postquam pervenerint legitimam ad etatem: in locum vero fratris de Pokhsowe successit in omnibus Perchtoldus de Frowenberch.

*Sigilla sunt avulsa.*

**Num. DXI. 1266. 10 Julii. Ex Originali:**

Arbitramentum in lite inter abbatem et plebanum San Emmeram. circa debita et onera huic incumbentia.

Nos Leo miseracione divina Ratisponen. Epus, Magister Petrus prepositus Spaldensis, Magister Ulricus Custos, Albertus de Pleistein Canonici Ratispon. Ecclesie universis presentem litteram inspecturis

volumus esse notum, quod, cum in questionibus, quas habebant ad invicem venerabilis abbas et Conventus sci Emmerami ex una parte, et Leo plebanus ex altera, in nos fuisset simpliciter compromissum, nos ipsas questiones arbitrando taliter diffinimus, quod jam dictus plebanus annuatim solvat in nativitate domini abbati denar. Ratispon. libram unam, item de areis domus quondam Swikeri plebani sci Emmerami solvat abbati et Conventui 5. solidos et 12. denar. annuatim in festo beati Emmerami, in vigilia videlicet vel in festo. Item antiquum debitum predicti plebani, super quo ipsum dominus abbas, qui nunc est, et Conventus, et antecessores eorum impetunt et impetere consueverunt, compensamus cum 6. Scaphis siliginis et una avene, et dimidia libra denar. Ratispon. in quibus memoratus plebanus venerabiles abbatem et Conventum asserit obligatos, ita, quod deinceps super omnibus retentis hinc inde et retroactis omnis questio sit sopita et plena amicitia reformata. De domo vero edificata in areis supradictis in captionem abbatis et Conventus venerabilium sci Emmerami dictus plebanus nihil ordinabit, nisi necessitas sua hoc exegerit, vel pro remedio anime sue onus competens dicte domui in morte vel in vita duxerit imponendum. Si autem sepredictus plebanus violaverit hmoi Compositionem, et de hoc convictus fuerit per duos vel tres testes idoneos fide dignos, solvet ad fabricam Cathedralis Ecclesie Ratispon. 10. et 20 libras Ratispon. monete ad fabricam monasterii sci Emmerami. In cujus rei testimonium presentem litteram conscribi fecimus et Sigillorum, nri videlicet et coarbitrorum nostrorum munimine roboram. Datum Ratispone anno domini 1266. VI. Idus Julii.

*Quatuor Sigilla integra appendent.*

**Num. DXII. 1266. 26 Augusti. Ex Originali.**

Leo Epus Rat. confirmat Unionem Parochiae S. Ruperti Ratisbon. cum Monasterio S. Emmerami. Nos Leo miseracione divina Ratispon. Epus, universis tam presentibus, quam futuris per presentes litteras declaramus, quod Reverendus pater et dominus Clemens Papa venerabili abbati et Conventui Ecclesie Sci Emmerami Ratisponen. Ord. Sci Benedicti mediante nostra petitione hanc fecit et in perpetuum confirmavit graciam specialem, quod parochialem Eccliam sci Emmerami, cujus jus

patronatus ad eundem abbatem dinoscitur pertinere, quando eam vacare contigerit, concessit in usum dictorum abbatis et Conventus sci Emmerami cum omnibus juribus et pertinentiis suis, ac redditibus, qui de ipsa parochiali Ecclesia poterunt provenire, reservata congrua portione Sacerdoti Vicario eidem Ecclesie deputato. Verum quia predictos abbatem et Conventum Ecclesie sci Emmerami speciali dilectione amplectimur et favore, ac eandem Ecclesiam sci Emmerami pre aliis Ecclesiis nostre Civitatis et Dyocesis tenemur gracia prosequi ampliori, utpote que cum nostra Ecclesia majorem habet pre ceteris Unionem: Nos hmoi apostolice Concessionis gratiam specialem, sicut de nra petitione promovimus, ut procederet ad effectum, sic jam exhibitam et completam ratam habemus omnimodis atque gratam, et plenum Consensum nrum eidem Concessioni perpetuo adhibemus. In cujus rei evidentiam atque robur presentes litteras nras prefatis abbati et Conventui Ecclesie sci Emmerami dedimus Sigilli nri robore communitas. Actum anno domini 1266. VII. Kal. Septembris. *Sigillum Epi integrum adpendet.*

**Num. DXIII. 1266. 20. Sept.**

Leo Epus Ratispon. per Capellanum suum Ulricum de Dornberch fert sententiam contra plebanum in Geltofung super decimis ibidem, quarum tertia pars ad Monasterium Oberaltacense, et alia tertia pars ad Parochiam Aiterhofen pertinere debet. Datum Ratisponae anno Domini 1266. XII. Kalend. Octobris.

*Mon. Boic. XII. 127*

**Num. DXIV. 1266. 22. Nov. Ex Originali**

Locatio alicujus hubae facta ab Epo Leone.

Nos Leo miseratione divina Ratisponen. Epus universis presentia inspecturis volumus esse notum, quod cum huba in Villa Partschindes, in qua residet Heinricus cognominatus Toler, nobis absolute vacaret, eandem hubam filio Toler concessimus pro consueto jure, et ad censum debitum nobis ante octavas beati Martini annis singulis persolvendum, iriterposito tali pacto, quod si dicto termino dictum Censum nobis vel nris procuratoribus hoc requirentibus non fuerit persolutus, dicta huba vacet nobis et nre Ecclesie ipso facto. Con-

stituimus etiam nos auctores ejusdem super eadem huba, quod vulgo Gwer dicitur, sicut de jure possumus et debemus. In cujus rei testimonium presentem litteram conscribi et Sigillo nro fecimus communiri, testibus, qui presentes fuerunt, nichilominus subnotatis et sunt hii: dnus Altmannus de Rotenekk Comes prepositus sci Johannis Rat. Herwicus capellanus, Haertwicus notarius, Ulricus miles de Pünchoven, Chuno de Hofdorf, Albertus de Snelhartsdorf, Sighardus de Egelolfesheim, Heinricus purcgravius, Petrus et Chunradus fratres, Albertus judex de Randeck, Egeno Cehenarius, Albo filius ejusdem, Heinricus senior Toler, Albertus, Chalhohus, Ingamin filii ejusdem Toler, Perhtolt de Prukke, et alii quam plures. Actum apud Pertschindes anno dni 1266. X. Kal. Decembris.

*Sigillum Epi laesum adpendet.*

**Num. DXV. 1266. 7 Decembr. Ex Originali:**

Compositio facta inter Epum Ratisbon. et Conradum ac Frid. de Freuntsperch super quaedam mancipia, advocatiam in Langchampf, ac super alia bona.

Nos Leo miseratione divina Ratispon. Epus presentem litteram inspecturis volumus esse notum, quad cum inter nos et Eccliam nram, et nostros ministeriales et homines ex una parte, et Chunradum et Fridericum fratres de Friuntsperch et eorum homines ex altera super hominibus, possessionibus et rebus aliis questionis materia verteretur, tandem eadem questio per Compositionem amicabilem est sopita, quod dicti Ch. et F. renunciaverunt et cesserunt omni juri, quod habebant vel habere videbantur in Gerwico, Chunrado, Jacobo, Albone et Etichone fratribus, dictis de Volrs, et eorum sororibus scilicet Mathilde, Hiltkarde et Gertrude, et earundem sororum liberis, ita, quod hmoi cessio sive renuntiatio sit occulta usque ad unius anni spatium a festo beati Nycolai nunc instanti continue computandum, et ex tunc fiat publica, et deinceps inviolabiliter observanda. Fuit etiam adjectum premissae ordinationi, quod in Curia et decima nra in Langchamph nec institutionem, nec quicquam juris aliud preter debitum jus advocatie sibi debeant de cetero vindicare. Renuntiaverunt etiam, juri, si quod habebant vel habere videbantur in hominibus in Tirse commorantibus, videlicet Sibotone, Chunrado, Heinrico fabro, Vasoldo et fratre suo, et Alheide sorore eorundem preter jus advocatie,



quod in eisdem hominibus asserunt se habere. Insuper fuit amicabilem ordinatum ad cautelam ac futurarum et preteritarum litium finem, quod quicquid nos et Ecclesia nostra, ministeriales nostri et homines contra sepedictos Ch. et F. et ipsorum homines habuimus questionis, et econverso ipsi contra nos et nostros, hoc arbitrio sex virorum, trium videlicet ex parte nostra eligendorum, et ex parte dictorum Ch. et F. trium eligendorum per eosdem et per septimum, quem iidem sex duxerint eligendum, cum ad montana reversi fuerimus, arbitrium terminabitur ipsorum sententia vel amicabilem compositione, ita, quod in quam partem major pars declinaverit, ratum habeatur. Absolverunt etiam dicti Ch. et F. fratres Curiam nostram in Sel pro 66. tt. denar. Ratispon. et insuper absolverunt possessiones nostras, videlicet Drouhowe, Traistadel, Veiringe, Hohensuent, Eisinge, Vrowenpühel, scilicet redditus 10 tt. pro 50 tt. denar. Salisburg. pro quibus tenebant easdem possessiones titulo pignoris obligatas. Adiectum fuit etiam in recompensationem dampnorum nobis et nostre Ecclesie per ipsos Ch. et F. fratres, et Ulricum patrem eorum bone memorie illatorum, quod in proximo festo purificationis beate Virginis ipsi solvent 75 tt. denar. Salzburgen. et hinc ad annum alias 75 tt. pro solutione nostrorum pignorum, que sunt a nostris antecessoribus obligata, ita, quod ipsa solutio fiat tali tempore, quod iuxta terre consuetudinem solutio nostrorum pignorum non valeat impediri, alioquin Heinricus de Friuntsperch, Hiltpoldus de Lihtenwerde, Rudolfus de Ahliten, Ulricus dictus Cholbo et Liebhardus de Maerensleine intrabunt castrum vel forum Ratenberch, inde nullatenus exituri, quousque completa fuerit predicta solutio cum dampnis, que ex retardatione solutionis nostrorum pignorum poterunt provenire; quod si factum non fuerit per eosdem, dicti Ch. et F. fratres de Friuntsperch loca intrabunt superius nominata vel ipsorum alterum, ibidem sub expensis propriis remansuri, quousque dicta solutio sit completa. Nos etiam dictam pecuniara per solutionem pignorum convertere in utilitatem Ecclesie nostre intendimus, et conversam nichilominus profiteamur, Ut autem procedat arbitrium commissum per VII. arbitros, prout superius expressum est, pena a nobis dictis Ch. et F. est apposita 200 tt. Salzburg. denar. videlicet, ut qui contra ordinationem vel arbitrium venerit eorundem arbitratorum, solvet 200 tt. parti ordinationem vel arbitrium observanti, pro quibus 200 tt. Salzburgen. fidejusserunt ex parte nostra G. de Velwen, Chuno de Hofdorf, Sighardus de Eglolfsheim, Fridericus de Engelsperch, ex parte vero dictorum Ch. et F. fidejusserunt Gebhardus

de Velwen, et F. de Engelsperch supradicti, Ch. de Ahlitten, Ch. de Paegingen, ita, quod et nri et ipsorum fidejussores divisim in solidum teneantur. In cuius rei testimonium presentem litteram conscribi et Sigillis, nro videlicet, Gebhardi de Velwen supradicti, Chunonis de Hotdorf, Ulrici de Pünchoven, et predictorum fratrum Chunradi et Friderici de Friuntsperch placuit communiri, testibus, qui presentes fuerunt, nichilominus subnotatis, et sunt hii: dnus Altmannus de Roteneke Comes prepositus sci Johannis Ratispon. Herwicus Capellanus, Haertwicus notarius, Chunradus subnotarius, Chunradus plebanus de Ebs, Ch. plebanus de Angaehete, Gotschalcus notarius Velwarii. Laici: Ulricus de Pünchoven, Ulricus Wulpo, Albero de Snelhartesdorf, Heinricus de Penningen, Heinricus de Holzen, Heinricus de Semchoven, Heinricus de Hohenowe, Ulricus de Pilnah, Ch. Dulcis, Ulricus de Upfchoven, Wirnto Wallaer, Heinricus de danubio, Ch. de Wisent, Fridericus de Velsperch, Fridericus de Werberch, Rudolfus de Wibeldorf, Ulricus de Ahlitten, Fridericus et Chunradus fratres de Chuntel, et alii quam plures cum fidejussoribus et arbitris supradictis. Datum apud Utter anno dni 1266. VII. Id. Decembr.

*Sex Sigilla adpendent.*

**Num. DXVI. 1267. 7. Febr. Ex Originali:**

Renuntiatio feudi decimae in Sarching facta a Paldwino milite in Paerbing.

Nos Leo miseratione divina Ratispon. Epus, universis presentia inspecturis volumus esse notum, quod cum dilectus fidelis noster Paldwinus miles de Paerbingen nomine filie sue Petersen, et nepotis sui Alberti de Seirchingen, quem habet ex eadem filia, teneret in feodo ab eadem Ecclesia Ratisponen. decimam per totam Villam in Seirchingen, idem Paldwinus accedente consensu et bona voluntate filie et nepotis sui predictorum, et nichilominus mariti filie sue jam dicte Petrisse, scilicet Ernesti de Drauhpach, jus, quod in eadem decima unacum personis habuit supradictis, vendidit fideli nostro Hacmoni Civi Ratisponen. pro 100 libris denar. Ratispon. Cesserunt etiam et renuntiaverunt dictus Paldwinus miles, et P. filius suus de Paerbingen, et Ernestus de Drauhpach, et uxor sua et Alb. nepos Paldwini supradicti omni juri, quod habebant vel habere videbantur in decima prelibata, promittentes fide data, quod Albertum de Seirchingen jam

dictum nepotem Paldwini inducerent efficaciter, ut renuntiationem de feodo supradicte decime, quam fecit cum aliis, renovet annis singulis, quum predictus Heimo vel sui heredes eum ad hoc requisiverint, quamdiu idem puer legitimam non pervenerit ad etatem; sufficit enim cessisse et renuntiasse eundem puerum una vice sub certo testimonio, postquam eum ad annos discretionis plene constiterit pervenisse. In cujus rei testimonium presentes litteras conscribi et Sigillis, nostro videlicet et dicti Paldwini militis de Paerbingen fecimus communiri, testibus, qui presentes fuerunt, nichilominus subnotatis et sunt hii: Arnoldus potestas (Kraft), Canonicus veteris Capelle, Hainricus apud Capellam, Leutwinus apud Capellam milites, Haerwicus dulcis, Herwicus pollex, Hainricus de Gemelingen, Bruno de Aehkirchen, Leutwinus in turri, Chunradus super danubium et alii quam plures. Datum Ratispone anno dni 1267. VII. Idus Februarii.

*Sigillum militis de Paerbing adpendet, altero Epi avulso.*

**Num. DXVII. 1267. 29. Martii. Ex Diplomatario:**

Leo Epus concedit Collegiatae S. Joannis Ratisbon. duos annos praebendae vacantis. Nos Leo miseratione divina Ratispon. Epus universis presentem litterapm inspecturis volumus esse notum, quod considerantes et attendentes varios defectus Ecclesie sci Johannis Ratispone, quos sustinet in sarta-tectis, paramentis, libris, luminibus et rebus aliis, pie cogitavimus, defectus hmoi relevare, et indulsimus, ut de qualibet prebenda vacante in eadem Ecclesia in futurum post annum gratie, quem habet quilibet Canonicus testato decedens, et secundum annum consolationis, quem consuevit habere Capitulum, ipsi Ecclesie proventus duorum annorum immediate subsequentium colligantur, et fideli custodia reserventur sub clausum trium clavium, quarum unam tenebit decanus, secundam cellarius, tertiam obellarius Eccleie sci Johannis, qui pro tempore fuerint, et hii nihil ordinabunt de ipsis proventibus, nisi quando de totius Capituli sci Johannis voluntate processerit et consensu, nec ad alios usus convertentur, nisi prout requirit necessitas defectuum predictorum. Si vero aliquem predictorum Canonicorum intestatum decedere, vel voluntarium aut coactum cedere contigent, primus annus pro consolatione cedet Capitulo, et reliqui tres anni immediate sequentes cedent in restaurum jam dicte Ecclesie,

sicut superius est expressum. In cuius rei testimonium presentem litteram conscribi, et Sigillis, nro videlicet et dni Altmanni de Roteneck quondam prepositi sci Johannis, nunc prepositi majoris Eccleie Ratispon. nec non ipsius Capituli sci Johannis fecimas communiri. Datum Ratispone anno dni 1267. III. Kalendas Aprilis.

**Num. DXVIII. 1267. 29. April. Ex Originali:**

Confirmatio Eplis Curiae in Ahbach venditae a Chunrado de Hohenfels hospitali S. Joannis Ratisbon. Nos Leo miseracione divina Ratispon. Epus, universis presentem paginam inspecturis volumus esse notum, quod cum dilectus fidelis noster Chunradus de Hohenvels teneret a nobis possessiones dictas Ahbach, cum aliis possessionibus pro 220 libris Ratispon. denar. sicut in Instrumentis confectis plenius continetur: idem Chunradus imminente sibi necessitate vendidit pro 60 tt. Ratispon. monete proprietatis titulo dictas possessiones Ahbach hospitali sce Katerine in pede pontis Ratispon. et nos unacum Capitulo nro eandem Venditionem ratam et gratam habuimus et habemus, et eam auctoritatis nre patrocinio confirmamus; dictus vero Chunradus in recompensationem facte sibi gratie in hac parte Curiam in Reinoldeswinchel cum molendino et omnibus aliis suis pertinentiis, et Curiam in Bircha, in qua residet Villicus dicti Chunradi, dedit et tradidit nobis et Eccleie nre proprietatis titulo possidenda. In cuius rei testimonium presentem litteram conscribi et Sigillorum, nri videlicet et Capituli nri, nec non dicti Chunradi de Hohenvels munimine fecimus roborari. Datum Ratispone anno dni 1267. III. Kal. Maii.

*Tria Sigilla adpendent: istud Hohenvelsarii est equestre.*

**Num. DXIX. 1267. 30 April. Ex Originali:**

Bona quaedam in Ahbach venduntur eidem hospitali S. Joannis, alia alibi Epo Ratisbonensi cedunt. Leo miseracione divina Ratisponensis Epus, universis presentem paginam inspecturis volumus esse notum, quod cum dilectus fidelis noster Chunradus de Hohenvels teneret a nobis possessiones Ahbach

cum aliis possessionibus pro 220. libris Ratispon. denar. sicut Instrumentis super hec confectis plenius continetur, idem Chunradus imminente sibi necessitate vendidit pro 60. tt. Ratispon. monete proprietatis titulo dictas possessiones Ahbach hospitali sce Katherine in pede pontis Ratispon et nos unacum Capitulo nro eandem venditionem ratam et gratam habuimus et habemus, et eam auctoritatis nre patrocinio confirmamus, ac constituimus nos auctores esse dictorum bonorum, quod vulgari- ter dicitur Gwer; dictus vero Chunradus in recompensationem facte sibi gracie in hac parte, Curiam in Rinoldeswinchel cum molendinis et omnibus aliis suis pertinentiis, et Curiam in Pirchah, in qua residet villicus dictus Chunradus, dedit et tradidit nobis et Ecclie nre proprietatis titulo perpetuo possidendam. In cujus rei testimonium presentem litteram conscribi, et Sigillorum nri videlicet et Capituli nri, nec non dicti Chunradi de Hohenvels munimine fecimus roborari, testibus, qui interfuerant, nichilominus subnotatis. Sunt autem hii: dnus Altmannus prepositus majoris Ecclesie, dnus Alhardus decanus, Perhtoldus de Oberndorf, Kalhohus, Chunradus de Keveringe, Ulricus de Dornberch Canonici, Ulricus de Pesinge, Rechwinus de Valkenstein, Fridericus de Rakendorf, Ulricus de Stauffe, Rudigerus de Iseninge, Heinricus de Saler, Ulricus de Krandorf et alii quam plures. Acta sunt hec anno dni 1267. II. Kalendas Maii.

*Tria Sigilla integra adpendent.*

**Num. DXX. 1267. 6. Maii. Ex Originali:**

Indulgentiae Eccliae fratrum Praedicatorum Ratisbon. concessae ab Alberto II. quondam Epo Ratisbon.

Frater Albertus Epus quondam Ratispon. Universis Xpi fidelibus hanc paginam inspicientibus salutem in dno. Cum dnus ad statum Eplem nos dignatus sit misericorditer promovere, dignum arbitramur, quod nos ipsius dei cultui inpendamus diligentiam amplio- rem, volentes igitur devocionem in cordibus fidelium excitare, ad petitionem fratrum predicatorum in Ratispona omnibus, qui ad Eccliam ipsorum confluerint in festis beatorum Dominici Confessoris, Petri martiris, Blasii patroni eorundem fratrum, 40. dies in quolibet festo pre.-

misso de Injunctis sibi penitentiis in dno misericorditer relaxamus. Datum anno dni 1267. in die Johannis ante portam latinam.

*Sigillum ovale minus ex rubra cera integrum adpendet.*

**Num. DXXI. 1267. 26. Maii. Ex Originali:**

Teidigung zwischen Bischof Leo, und Eckarts Hausfrau über ein Gut und Lehen zu Pechlarn.

*Diese Urkunde scheint die älteste, in deutscher Sprache abgefasst, zu seyn.*

Wir Bischof Leo von Regenspurch tun chunt allen den, die disen Brief ansehent, daz ein Chriech waz zwischen uns und unserm Gotzhous ein halbe, und Ekharts Hausfrowen, Froun Agnesen und ir Kinden, di si het bi Heinrich von Pamprukke anderthalbe umb sogetan Gutz, alz an den briven stet, di darüber gemachet sint, daz wirt mit Teiding darzu braht, daz der Chriech lazzen wart an siben Mann, alz ouch an den vorgeanteten Briven stet, di schieden den Chriech also, daz uns der Hof ze Bechlarn beliben sol mit anderm Gut, alz ouch an denselben Briven stet, und daz unser Bot, und Frow Agnesen daz Chorn und den Nutz von dem Hof, bed miteinander solden sammen und legen in unsern Stadel, und solden ez verpfähten mit der Saige, und swaz vier Mann, di wir und Frow Agnes darzu erwelen, bi ir Eide gesagen mügen, daz dez Chorns ir werden müg, daz suln wir ir geben ab unserm Chasten. Sie sull ouch biz sant Martins Messe, di nu schirst chumet, ouz dem Markt ouz der Stat ze Bechlaren varen, niht wider darin ze chomen ze dheimem Wesen, auzzer mit unserm oder unsers Nachchomen Willen und Urloube. Wir suln ouch losen ein Hous, daz stet bi dem Tor ze Bechlarn, und ein halbes Lehen daselb, und ander Gut, daz darzu gehört, daz waz versetztet Ludwig für 5 tt. und sul derselb Ludwig den Nutz von disem Jar nemen, und sul ouch unser Burchrecht uns geben, alz er ze reht sol. So aber wir daz Hous und daz halbe Lehen gelösen umb 5 tt. so ist ez ledich, und mügen wir oder unser Nachchomen mit demselben Lehen und House schaffen allez, daz wir wellen. Und daz dise Schidung stät belib, ist dieser brief versigelt, mit unserm Insigel, und mit des Aptes von Melkh. Ditz ist

geschehen dez Jares, do von Christes Geburt waren 1267. Jar, an dem pfingsttage geschriben.

*Duo Sigilla adpendent, a) Epi affabre sculptum, habens a tergo Scutulium Epatus cum circumscriptione: Secretum cela, b) Abbatis Mellicensis Ortolfi.*

**Num. DXXII. 1267. 24. Jun. Ex Originali:**

Oppignoratio Curiae in Waibling et tabernae in Pilsting.

Nos Leo miseratione divina Ratispon. Epus, presentia inspecturis volumus esse notum, quod cum Ecclesia Ratispon. teneatur Ulscalco militi de Graevelhoven in 35 tt. denar. Ratispon. et pro eisdem denar. teneat in pignore Curiam in Waibeling ex antiquo, inter nos amicabiliter taliter est conventum, quod nos eandem Curiam sibi et filio suo Ulscalco et jam dicti filii heredibus, vel cui senior Ulscalculus in morte legaverit, permisimus possidendam, ita quod eandem Curiam tenentes a data presentium litterarum defalcet de dicto debito denar. Rat. annis singulis 2 tt. et sic expletis decem et septem annis sine quolibet dubitationis scrupulo dicta Curia ad nram Ecclesiam libere revertetur; anno tamen 18<sup>vo</sup> recipient persone prenotate de fructibus Curie non nisi ad estimationem unius libre. Preterea inter nos similiter est conventum, ut de taberna in Pilsting, quam idem Ulscalculus senior tenebat in pignore 5. librarum denar. Rat. annis singulis dimidiam libram denar. nobis amputet et defalcet, ita, quod expletis 10. annis dicta taberna ad nostram Ecclesiam etiam sine difficultate qualibet revertatur. In cujus rei testimonium presentem litteram conscribi et sigillo nro fecimus communiri, testibus, qui hiis interfuerunt etiam subnotatis, et sunt hii: Magr Ulricus thesaurarius, Chunradus de Lupurch Can. Ratispon. Herwicus capellanus, Haertwicus notarius Curie nre, Frid. Wolframus, Chunradus de Hohenvelse, Gözwinus Wallaer, Heinricus de Rorbach, Sighardus de Eglolfesheim, Chuno de Hofdorf, Hugo inter latinos, Kameritus, Leutwinus de Capella, Ulricus de Pesinge, Otto de Viht, Rudgerus de Isningen, Ericho de Herbergesriut, ... de Gozzoltinge, Fridericus de Perge, Magenso de Gebelhoven, Marquardus judex de Teispach et ceteri castellani ejusdem loci, Gozwinus de Wihse, Heinri-

cus de danubio, Ulricus de Uphhoven, Chunradus dulcis, Nicolaus de Rordorf et alii quam plures.  
*Sigillum Epi Leonis integrum adpendet.*

**Num. DXXIII. 1267. 25. Junii. Ex Originali:**

Leo Epus Ratisbon. confirmat Unionem Parochiae Aufhausen cum Monasterio sancti Emmerami.  
 Nos Leo miseracione divina Ratisponen, Epus universis tam presentibus, quam futuris per presentes litteras declaramus, quod Reverendus pater et dominus Quido, tit. sci Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis, apostolice Sedis Legatus venerabili abbati et Conventui Ecclesie sci Emmerami Ratisponen. Ordinis sci Benedicti mediante nra petitione, quam eidem Cardinali et Legato Concilium in Vienna celebranti porreximus viva voce, presentibus dno Friderico tunc abbate dicte Ecclesie sci Emmerami, et aliis magnis viris hanc fecit et in perpetuum confirmavit gratiam specialem, quod parochialem Ecclesiam in Aufhausen, cujus jus patronatus ad eundem abbatem dinoscitur pertinere, quando eam vacare contigerit, concessit in usum dictorum abbatis et Conventus sci Emmerami cum omnibus juribus et pertinentiis suis ac redditibus, qui de ipsa parochiali Ecclesia poterunt provenire, reservata congrua portione Sacerdoti Vicario eidem Ecclie deputato. Verum quia predictos abbatem et Conventum Ecclesie sci Emmerami speciali devocione amplectimur et favore, ac eandem Ecclesiam sci Emmerami pre aliis Ecelesiis nostre Civitatis et dyocesis tenemur gracia prosequi ampliori, utpote que cum Ecclesia nostra majorem habet pre ceteris unionem: Nos hmoi Concessionis gratiam specialem, sicut de nra petitione promovimus, ut procederet ad effectum, sic jam exhibitam et completam ratam habemus omnimodis atque gratam, et plenum Consensum nrum eidem concessionis perpetuo adhibemus. In cujus rei evidentiam atque robur presentes litteras nras prefatis abbati et Conventui Ecclie sci Emmerami dedimus, Sigilli nri robore communitas. Actum anno domini 1267. VII. Kalendas Julii.  
*Sigillum Epi adpendet.*



**Num. DXXIV. 1267. 29 Junii. Ex Originali:**

Permutatio duarum Curiarum in Haselbach, cum aliis Curiis, Conrado de Hohenvels attinentibus. Nos Leo miseratione divina Ratisponen. Epus, universis presencia inspecturis cupimus esse notum, quod nos de communi voluntate et consensu Capituli nostri permutavimus cum dilecto fideli nostro Chunrado de Hohenvels proprietatem duarum Curiarum sitarum in Haselbach (prope Salern) cum earum attinenciis, cultis et incultis, quesitis et inquirendis, que ad nram Ecclesiam proprietatis titulo pertinebant, pro duabus Curiis sitis in Rehperch et una Curia sita in Pirchach apud Schönberch cum attinenciis earundem trium Curiarum, cultis et incultis, quesitis et inquirendis, quarum proprietas ad Chunradum de Hohenvels libere pertinebat: ipse vero Chunradus eandem proprietatem, quam sibi dedimus in predictis duabus Curiis in Haselbach sitis, vendidit Rudegero dicto de Isningen pro 60. libris denar. Ratisponen. accedente nra et Capituli nri voluntate, similiter et consensu. Ut autem hmoi permutatio et vendicio rata et inconvulsa permaneat, presentem litteram conscribi et Sigillorum, nri videlicet et Capituli nri, Chunradi de Erenvels et Chunradi de Hohenvels supradicti munimine fecimus roborari, testibus, qui presentes fuerunt, nichilominus subnotatis, et sunt hii: Chunradus de Erenvels, G. Wallaer, Hugo inter latinos, Kameridus, Fridericus de Puch, Ulricus de Chrandorf, Paldwinus de Pärbing, Ulricus de Stouf, Gebhardus de Zeizhoven, Hartwicus Judan, Fridericus de Raitenbuche, Lätwinus apud Capellam, Gerhardus de Werd, Chunradus de Wingen milites, S. de Eglofsheim, Hawordus de Sünching, Fridericus de Perge, Paldwinus de Parbing junior, Heinricus super danubium, Ulricus de Upfhoven, Albertus de Owe, Philippus, Chunradus Dulcis, Fridericus et Lätwinus fratres, Hainricus de Dornberch. Actum Ratispone ante altare beati Petri anno dni 1267. III. Kalendas Julii. *Quatuor Sigilla integra adpendent: Sigilla Ernvelsarii et Hohenvelsarii sunt equestria, et Scutum utriusque omnino conforme.*

**Num. DXXV. 1267. 1. Julii. Ex Originali:**

Commutatio seu translatio quorundam reddituum ex huba Essenbach ad hofmarchiam Ergoltsback. Nos Leo miseratione divina Ratispon. Epus, volumus esse notum, quod cum nos super quadam huba sita in Essenpach Heinrico de Ergoltspach pro dotalicio ad uxorem suam confirmassemus per manum nostram 12 tt. denar. Ratispon. que solvit annuatim sex solidos denar. Ratispon. et tritici duas scaffas, ac nobis videbatur, quod sibi dictos redditus alibi commutaremus, et id magis expediret nostre Ecclesie atque nobis, de bona Voluntate ipsius et consensu ordinavimus et deputavimus sibi et uxori sue et eorum liberis in Hofmarchia nra Ergoltspach redditus supradictos, videlicet 6 solidos denar. Ratispon. et duas scaffas tritici ipsis de eadem Hofmarchia annis singulis persolvendos, et sic hubam nostram nobis dimisit libere absolutam: ipse etiam Heinricus, quamdiu uxor sua et liberi ipsorum superstites fuerint, non habebit potestatem aliquam disponendi, vel de ipsis redditibus ordinandi: uxore autem ipsius et liberis eorum viam universe Carnis ingressis, ad ipsum Heinricum dicti redditus devolventur. Nos autem vel Successor noster, qui pro tempore fuerit, pro 12 tt. denar. Ratispon. habebimus potestatem liberam, eosdem redditus, quocumque nobis placuerit, redimendi, et tunc ipsi ad nos et nram Eccliam libere revertentur. In cujus rei testimonium presentem litteram Sigilli nri munimine placuit roborari, testibus qui huic permutationi interfuerunt, nichilominus subnotatis, et sunt hii: Magister Harwicus, et Habordus notarii, frater Wolframms, Hugo inter latinos, Gebhardus de Sein milltes, Heinricus de danubio, Libhardus de Weinting, et Gebhardus de Zeizhoven. Datum anno domini 1267. in Kal. Julii.

*Sigillum Epi laeeum adpendet.*

**Num. DXXVI. 1267. 11. Jul. Ex Originali:**

Elocatio vitalitia possessionum in Gekking et Staubing erga donationem montis prope Weltenburg. Nos Leo miseratione divina Ratisponen. Epus, universis presentia inspecturis volumus esse notum, quod nos dilecto in Xpo confratri

nro, nobili viro, dno Altmanno Comiti de Rotenekke preposito Ratisponen. Ecclie possessiones in Gekking et Stoubing Ecclie nre attinentes concessimus possidendas tantum pro tempore Vite sue, quas ipse absolvit a dilecto fideli nro, nobili viro Wernhero de Prunne pro quadraginta libris denar. Ratispon. pro quibus eidem per Antecessores nros fuerant obligate. Dictus vero prepositus pro facta sibi gratia rependens gratiam accedente Voluntate et consensu nobilium Virorum fratrum suorum dnorum Minhardi et Gebhardi Comitum de Rotenekke, nec non duorum Heinrici Canonici Ratispon. et Minhardi filiorum jam dicti Minhardi dedit et tradidit libere et absolute Ecclie Ratisponensi proprietatis titulo montem situm juxta Weltenburch supra danubio, dictum Purchstal cum silva, que eidem monti dinoscitur attinere. In cuius rei testimonium presentem litteram conscribi et Sigillorum, nri videlicet et dnorum predictorum munimine placuit roborari. Dat. Ratispone anno dni 1267. V. Idus Julii.

*Quatuor Sigilla appendent.*

**Num. DXXVII. 1267. 28. Aug. Ex Originali:**

De non infeudandis 2 1/2 hubis sitis in Schopfloch.

Nos Leo miseratione divina Ratispon. Epus, universis presentia inspecturis volumus esse notum, quod cum dilectus fidelis noster Chunradus de Hohenvels de possessionibus suis in Altentanne, Schopfloch et Oflo, quod Ceidelante (Ceilenland pinquis pascua pro vaccis lac dantibus) nuncupatur, pro 220 tt. denar. Ratispon. a nostris predecessoribus esset infeodatus, sicut in privilegiis super hoc confectis plenius continetur, nos habito super hoc Consilio, quia videbatur nobis et Ecclie nre quam plurimum expedire, duas hubas et dimidiam sitas in Schopfloch de possessionibus supradictis, quas dictus C. tenebat in feudo, reemimus pro 6 tt. ita, quod apud nos et nram Eccliam debeant remanere, de cetero nullatenus infeudande. Dicte autem sex libre de 220 tt. denar. Rat. in liberatione possessionum supradictarum defalcabuntur, et si cum 214 tt. denar. Rat. a nobis vel nris Successoribus fuerint persolute dicto Chunrado de Hohenvels vel suis heredibus, ipsa feoda, possessiones scilicet supradicte, ad nos et nram Eccliam libere revertentur. In cuius rei testimonium presentem litteram Sigillorum, nri videlicet et Capituli nri, Chunradi de

Ernvels et Chunradi de Hohenvels supradicti munimine placuit roborari. Datum Ratispone anno dni 1267. V. Kal. Augusti.

*Quatuor Sigilla adpendent, ultima duo sunt equestria, rhombos erectos in pectore habentia.*

**Num. DXXVIII. 1268. 5. Jan. Ex Originali:**

Concessio Insulae prope Stauf facta per Epum Ratisbon. cuidam Ottoni et suis haeredibus erga annum Censum.

Nos Leo miseratione divina Ratispon. Epus, universis presentia inspecturis volumus esse notum, quod cum haberemus partem terre modicam in insula prope Stouf sitam, que per alluvionem nre Eccleie prediis accreverat, nobis infructuosam, frater Wolframms procurator noster tunc temporis eandem terram Ottoni filio suo de consensu nro contulit ad runcandum, qui ipsam runcavit faciendo ibi pratum ad duo diurnalia suis laboribus et expensis, et nos tum propter merita ipsius fratris Wolframmi procuratoris nostri, tum et propter labores dicti Ottonis sui filii impensos in eodem prato, ipsum concessimus eidem Ottoni, suisque heredibus ad censum quadraginta denariorum nobis in festo beati Michahelis annis singulis persolvendum, et dictus Otto, sui que heredes tam diu dictum pratum pacifice possidebunt, quam diu nobis vel nostris Successoribus censualiter poterunt deservire, nobis et Ecclesie nre solvendo Censum sepius jam expressum. In cuius rei testimonium presentem litteram Sigilli nri munimine placuit roborari. Datum Ratispone anno dni 1268. Nonis Januarii.

*Sigillum Epi adpendet.*

**Num. DXXIX. 1268. 24 April. Ex Originali:**

Compromissio Ducis Ludovici, et Epi Leonis in arbitros super diversis articulis.

Nos Ludowicus dei gra Com. palat. Rheni, dux Bawarie, universis presentes litteras inspecturis volumus esse notum, quod cum inter nos ex una parte, et dilectum compatrem nrum, venerabilem Ratispon. Eccleie Epum ex altera super diversis articulis questio verte-

retur, Nos ex parte nri tribus arbitris, videlicet dne Arbone archidiacono Ratispon. Eccleie, dno Hadmaro de Laber, Minhardo de Rorbach, et tribus ex parte dilecti Compatriis nri, videlicet Magro Ulrico thesaurario Ratispon. Eccleie, Chunrado de Erenvels, et Paldwino de Paerbinge ad hoc electis, commisimus eandem questionem super singulis articulis finaliter terminandum, ita, quod si aliqui sex arbitrorum huic arbitrio interesse non poterunt, loco absentis sive absentium substituentur alius vel alii sine mora: qui si inter se concordare non poterunt, ipsa questio Reverendo in Xpo patri, dno nro et affini Karissimo Wladislao sce Salzeburgen. Eccleie venerabili Archiepo infra mensem unum a die redivisus sui ad partes Bawar. reservabitur terminanda, et quicquid super eadem questione ipse Archiepus arbitratus fuerit, nos et dictus Compater noster ambo fide data promisimus inviolabiliter observare. Adjectum est etiam, ut si dictus Compater noster, vel nos illo mense, quo dnus noster Archiepus proferre debet arbitrium, in terra Bawar. non fuerimus, mense sequenti idem arbitrium immediate per ipsum terminabitur sine qualibet captione, nobis tamen ambobus in partibus Bawar. constitutis, nisi alter nostrum vel ambo legitimis impedimentis fueriraus impediti, quibus cessantibus ad decisionem questionis, sicut expressum est superius, procedetur. Si vero dictus dnus noster Archiepus in proferendo arbitrio moram fecerit, nos ambo nichilominus stabimus promissioni et fidei date, terminum alium, quem nobis sepe dictus dnus noster Archiepus super eodem arbitrio sine prejudicio utriusque partis assignaverit, expectantes. In cuius rei testimonium presentes litteras conscribi et Sigillis, nro videlicet necnon predicti compatriis nri placuit communiri. Datum Ratispone anno dni 1268. VIII. KaL Maii.

*Duo Sigilla adpendent a) ex parte sinistra Ducis equestre, cum rhombis obliquis in scuto pectorali, b) Epi Leonis ex parte dextra.*

**Num. DXXX. 1268. 7. Maii. Ex Originali:**

Compositio facta inter Leonem Epum Ratispon. et Alhardum de Saulburg, ob damna ab Alhardo Epo illata et alias usarpationes.

Nos Leo miseratione divina Ratispon. Epus, universis presentia inspecturis volumus esse notum, quod cum Alhardus de Saulberch propter injurias et gravamina nobis et Ecclesie nostre ab ipso illata

indinationem nostram multotiens incurrisset, demum inter nos et ipsum amicabilem compositio intercessit, talis videlicet, quod ipse Alhardus Rudgerum de Rüdling servitorem suum, et Hartuuicum de Muhtnach et pueros suos, ceterosque homines Ecclesie Ratispon. quos sibi vendicavit auctoritate propria, dimittat libere absolutos. Villicum quoque nostrum de Weier cum pueris suis et alios homines Ecclesie nre, qui sibi confederati fuerant, quos vulgus Muntleut appellat, dimittet a sua potestate, et renuntiabit omni juri, quod in eosdem hactenus usurpabat, nec deinceps reassumet. Insuper liberi, qui de Rudgero de Rüdling et uxore sua, que propria dicitur Alberti de Saulberch, procreati fuerint, inter nos et ipsum Alhardum equaliter dividuntur, primo tamen puero apud nram Ecclesiam, si fuerint impares, remanente. Pueri vero Heinrici filii Hartuuici de Muhtnach, qui duxit uxorem de familia Alhardi, quos ex ipsa uxore habuerit nunc vivente, ipsi Alhardo simpliciter remanebunt. Pro aliis vero dampnis ab ipso Alhardo, et suis nobis et nostris hominibus illatis, idem Alhardus nobis satisfaciet, juxta quod Otto miles de Straubing dni Heinrici illustris ducis Bawarie procurator, et Gozwinus Waller miles, et Wolframmus noster procurator duxerint statuendum, salva tamen nobis remaneat questio, si quam habuimus proponere contra predictum Rudgerum de Rüdling nomine suo et patris sui, excepta questione, quam habemus contra ipsum pro eo, quod extra familiam Ecclesie nre dicitur accepisse coniugem, quia propter hoc deinceps nostra gratia non carebit. Ut autem prelibata Compositio et ordinatio rata et inconvulsa permaneat, presentes litteras conscribi et Sigillorum, videlicet dilecti compatris nri dni Heinrici ducis Bawarie atque nostri munimine placuit roborari. Datum Ratispone anno dni 1268. Non Maii.

*Duo Sigilla illaesa adpendent.*

**Num. DXXXI. 1268. 7. Maii. Ex Originali:**

Fidejussio pro Alhardo de Saulburch Ducem Bavariae et Epum Ratisbon. molestante.

Nos Henricus dei gra Comes palat. Reni, dux Bawarie, universis presentia inspecturis volumus esse notum, quod cum Alhardus de Saulberch propter injurias et gravamina nobis et Ecclesie Ratispon. ab ipso illata, indignationem nostram et dilecti compatris nri dni Leonis venerab. Epi Ratispon. multotiens incurrisset, et ob id Ca-

strum suum Saulberch in nra et dicti Epi fuisset potestate positum usque ad tempus dati presentium litterarum, Nos restituimus ei dictum Castrum receptis ab eo fidejussoribus pro 200 tt. denar. Ratispon. videlicet Ulrico dapifero de Ekinmul pro 10 tt. Wimario Frumesil pro 10 tt. Chunone de Hofdorf pro 10 tt. Gerhoho de Freimlansperg pro 10 tt. Dieterico de Awe pro 10 tt. Ottone de Straubinga pro 10 tt. Alberto filio ejusdem pro 10 tt. Sighardo de Eglofshaim pro 10 tt. Wolfgango de Schirling pro 10 tt. Chunrado de Schwarzenburch pro 10 tt. Paldewino juniore de Paerbingen pro 10 tt. Chunrado juniore Wisintario pro 10 tt. Ekeberto de Weihse pro 10 tt. Gozwino de Weihse pro 10 tt. Hermanno de Seirching pro 10 tt. Heinricho de Paumgarten pro 10 tt. Chunrado de Satilpogen pro 10 tt. Gebolfo juniore de Salah pro 10 tt. Wirntone Wallaer pro 10 tt. Ottone de Eglofshaim pro 10 tt. qui fidejusserunt in hunc modum, ut si dictus Alhardus stratam publicam nri districtus vel Epi supradicti spoliaverit, vel nos vel dictum Epum, vel nros homines contra justitiam offenderit aut dampnificaverit in rebus aut personis, et super hoc requisitus a nobis ambobus vel altero nostrum vel nris procuratoribus non satisfecerit infra mensem, dicti fidejussores requisiti a nobis ambobus vel altero nrum, vel nris procuratoribus intrabunt Straubingam, inde nullatenus exituri, sub conductu nro ibi morantes, usque de dampnis et injuriis illatis per Alhardum sepedictum fuerit satisfactum; alioquin 200 tt. parti, que lesa fuerit, ipsi fidejussores solvent; et si dampnum et injurie illate excedant estimationem 200 tt. idem Alhardus obligavit nobis ambobus et nris Successoribus pro eo, quod excedit 200 tt. partem Castri Saulberch, quam in eodem dinoscitur obtinere, cum omnibus aliis bonis suis predicta fidejussione a proximo festo penthecostes ad sex annos sequentes tantummodo perdurante. Si vero sepedictus Alhardus cum aliquo de nostris vel dicti Epi ministerialibus vel hominibus ceperit discordare, et ex hoc dampna hinc inde illata fuerint et injurie, de his satisfiet a partibus secundum formam inter nos et sepedictum Epum quoad alios ministeriales nros et homines conceptam in privilegio super hoc confecto. Juravit etiam idem Alhardus, quod si Rutlandus et Meingotus patri sui redemerint infra bienium, prout inter eos est conventum, partem Castri Saulberch, que ad ipsos dinoscitur pertinere, sepedictus Alhardus turrim Castri Saulberch assignabit nobis ambobus, vel cui fecimus nro nomine assignari, conservandam, quousque nobis ambobus cautio plena fiat per R. et M. pre-

dictos, quod nos ambos et nostros homines contra justitiam non offendant vel stratam publicam spolient, que extenditur per nros districtus, et dni Epi superius nominati. In cujus rei memoriam presentes litteras conscribi et Sigillorum, nri videlicet ac dicti Epi robore placuit communiri. Datum Ratispone anno 1268, Non. Maii.

Denique est adjectum, ut si aliquem vel aliquos ex predictis fidejussoribus infra predictum Sexennium decedere contigerit, ipse Alhardus loco defuncti vel defunctorum sine mora fidejussores alium vel alios subrogabit.

*Duo Sigilla Ducis et Epi adpendent.*

**Num. DXXXII. 1268. 21. Julii. Ex Originali:**

Consensus datus ad matrimonium cum viro, qui non erat de familia Epi Ratisbon. contrahendum. Nos Leo miseratione divina Ratispon. Epus, universis presentem litteram inspecturis volumus esse notum, quod de bona Voluntate nra procesit et assensu, quod Juta filia Ulrici Cellarii nri in Hohenburch, que nobis attinet, cum Ottonis de Waichaeren attinente filio nobili Ortolfo de Staeringe fedus inivit conjugale matrimonium contrahendum, cum quo dividantur equaliter inter nram Eccliam et ipsum Ortolfum liberi, qui de hmoi matrimonio crearentur. Si vero filium unum vel filiam generaverit, eadem nobis et Ecclie nre libere attinebit; placuit enim nobis, eidem Ortolfo in hac parte facere gratiam specialem propter servitia diuturna, que impendit nre Ecclie atque nobis. In cujus rei testimonium presentem litteram Sigillis, nro videlicet et dicti Nobilis placuit roborari. Datum in Eberspeunt anno dni 1268. XIII. Kal̄ Augusti.

*Sigillum Epi appendet, altero Ortolfi avulso.*



**Num. DXXXIII. 1268. 30. Sept. Ex Originali:**

Compositio inter pum Leonem, et Ulricum Nobilem de Abensberg super dividendis prolibus militis  
Ulrici de Weidenhül.

Nos Leo miseratione divina Ratispon. Epus, universis presentem litteram inspecturis volumus esse notum, nos et dilectum fidelem nostrum Ulricum de Abensperch in hoc unanimiter convenisse, quod pueri, qui ex Heinrico de Harde et uxore sua, videlicet Ulrici de Widenhül militis de Hohenburch generati fuerint, inter Ratisponen. Ecclesiam et predictum Ulricum nobilem de Abensperch equaliter dividantur. In cujus rei testimonium presentes litteras conscribi et Sigillis, nostro videlicet et ipsius Ulrici placuit roborari. Datum Ratispone anno dni 1263. pridie Kal. Octobr.

*Duo Sigilla adpendent, a) Epi, 5) equestre Ulrici de Abensberg rotundum.*

**Num. DXXXIV. 1268. 5. Dec. Ex Originali:**

Plebanus de Ottering ob excessus suspensus, ab Epo in gratiam recipitur, et promittitur illi beneficium. Nos Leo miseratione divina Ratispon. Epus universis presentem litteram inspecturis volumus esse notum, quod cum nos pro eo, quod defectum habuit in natalibus, ratione cujus curam animarum sibi habere non licuit, et ex aliis causis, quas propter honestatem persone in presentibus literis reticemus, privassemus Heinricum quondam plebanum in Ottringen ipsa Ecclia in Ottringen, punivissemus ipsum etiam pecunaliter, ab officio eum nichilominus suspendentes. Tandem ad instantiam Virorum discretorum Magri Ulrici custodis, et fratris Friderici lectoris fratrum minorum ipsum ad nram gratiam recepimus sub hac forma, quod idem Heinricus cessit omni juri, quod habebat vel habere videbatur in Ecclia supradicta; renunciavit etiam omni questioni, que sibi contra nos et Eccliam nram competebat, et hmoi renunciatiem sen cessionem fide data et juramento corporali prestito confirmavit, et nos sibi promisimus bona fide, quod ad consilium dni Altmanni, Ven. prepositi Ratispon. et dicti Custodis, et dni Ulrici de Dornberch nri Capellani vel alterius eorundem, si presentes vel superstites omnes non fuerint, providebimus dicto Heinrico in beneficio competenti, cum ad hoc obtulerit se facultas, dum tamen ante provisionem hmoi obtineat

super defectu natalium a Sede Aplca vel Legato ipsius, quod beneficium habens Curam animarum sibi recipere liceat et tenere. Absolvimus etiam eum ad cautelam, et officio suo restituimus, suspensionis sententiam relaxantes. In cuius rei testimonium presentes litteras placuit communiri Sigillis, nro videlicet et dni Altmanni prepositi, Magri Ulrici custodis, et Ulrici de Dornberch, virorum venerab. predictorum, Actum Ratispone anno dni 1268. in Vigilia beati Nicolai.

*Quatuor Sigilla adpendent.*

**Num. DXXXV. 1269. 24 April. Ex Diplomatario:**

Epi Leonis arbitramentum inter Wernhardum Comitem de Leonsberg, et iudicem de Teispach ob 9. hubas in Gumaring.

Nos Leo miseratione divina Ratispon. Epus universis presentia inspecturis volumus esse notum, quod cum inter dilectum compatrem nostrum, nobilem virum Wernhardum comitem de Leonberch ex una parte, et fidelem nostrum Marquardum iudicem de Tispach ex altera super possessionibus, videlicet 9. hubis in Gumaring questio verteretur, tandem post longas altercationes habitas inter partes causa decidenda finaliter in nos ex utraque parte extitit compromissa, et nos arbitrando pronuntiavimus, quod dictus Wernhardus Comes memorato Marquardo contulit in feudo dictas 9. hubas et infeudabit eisdem hubis ... uxorem et liberos ipsius Marquardi, quandocumque ad hoc fuerit requisitus, interposito tali pacto, quod ipse Comes, vel heredes sui plenam potestatem habeant, retinendi dictas 9 hubas pro 70 tt. denar. Ratispon. quandoconque voluerint, vel etiam cuicumque dictus Comes vel Heredes sui retinendi eas dederint facultatem, et hoc a dicto Marquardo et ... uxore sua et suis liberis, et aliis quibuscumque, quibus jam dicte persone reliquerint vel deputaverint hubas supradictas. Et quia dictus Marquardus dicebat, se tenere in feudo a Comite unam hubarum predictarum, Comite contrarium asserente, arbitrando pronuntiavimus, quod Marquardus non habebit dictam hubam titulo feudi alio modo, quam reliquas octo hubas, videlicet sub pactis et conditionibus prelibatis. In cuius rei testimonium presentes litteras Sigillis, nostri videlicet et dicti Comitis placuit roborari, testibus, qui his interfuerunt, nihilominus subnotatis et sunt hi: Albertus plebanus de Raeuzing, Marquardus, Haertuicus, Herwordus et Conradus Notarii,

Gözwinus Wallarius, Ulricus de Pünchoven, Conradus et Leo fratres de Täching, Fridericus de Räuzing, Gozuuinus prepositus, Heinricus de Gebelchoven, Berhtoldus de Peuerpach milites, Fridericus de Perge, Fridericus Seeman, Ratoldus et Fridericus fratres de Pochsowe, Heinricus et Mingotus Iratres de Saulberch, Ulricus de Upfchoven, Eberhardus dictus Smerbalch, et alii quam plures. Dattun in Pilsting anno Domini 1269. in festa sancti Georgii.

**Num. DXXXVI. 1269. 29. Maii. Ex Originali:**

Conrads von Hohenfels Vertrag mit dem Bischofe Leo, zugleich dessen Urptheo.

Wir Bischof Leo von Regenspurg tun chunt allen den, die disen Brief ansehent, daz wir durch reht Triwe, der wir schuldich sin Chunrad von Hohenvels, und durch sin Junghit ze witzen bringen, und in den Eren ze behalden, alz er von sinen Vodern her bechomen ist, vingen (gefangen nahmen), und haben in lazzen mit der bescheidenheit, di hi geschriben ist: daz er sin Triwe hat gegeben und da Triwe gesworen ze behalten, daz er umb sin Vanchnusse si friunt innechliche on übel lüsto unser Bischof Lewen, unser Dinstmanne und unser Diner, swi di geheizzen sin und siner Lout, swi di genennt sin, und aller der, di er beschuldigt und archwont an siner Vanchnusse für sich selben, und für sin Lout, und für sin friunt alle, und alle, di ouch gefriund uns und den vorgenannten Louten, di sich annemmen umb sin Vanchnusse. Er hat ouch siu Triwe gegeben und gesworen, di Triwe ze behalten, daz er leb reht und redlich, als siner geburte und ritterlichen Zühten wol anste, daz er niht verderb an Sel, Lib, Eren und Gut. Er hat ouch gelobet und gesworen, daz er dhein siner Burge oder siner Veste anwerd oder verweret mit dheimem Gelübd, oder mit dheimem gevärlichen weg verchumbre oder enpfrend von im selben und von dem Gotzhouse ze Regenspurch, und daz er sin Dinst und sin Triwe niht ziht von uns und dem Gotzhouse ze Regenspurch, und daz er di dri vorgenannten sachen behalte von hinne untz. ze Sunnwenten, und dann über fünf Jar, also, daz di Süne umb sin Vanchnuss immer stät belib. Ist, daz er der vorgenannten drier sache dhein bricht, so hat er vergildt uns und unserm Nachchomen und dem Gotzhouse ze Regenspurch allez daz Reht, daz er hat an Valchenstein Burg und Marcht, Lout und Gut, daz dazu gehoret, swi si geheizzen sint, und den Segensperch, und waz

dazu gehöret, Lout und Gut, und allez das Reht, daz er hat in Schönberch, und an Louten und an Gut, daz dazu gehört, daz sol ouch allez beliben dem Gotzhous von Segenspurch, ob er bricht in der Frist dhein der vorgenannten sache. Dazu habent sin edl Lout gelobt und gesworen Otte von Viht umb den Segensperch, und Alexander und ander sin edel Lout, di dez Segensperch pflegent, daz si uns und dem Goszhous ze Regenspurch di Burg antwurten ze Segensperch; als habent ouch gelobt und gesworen umb Schönberch Rudiger von Isning, Heinrich von Saler, Ulrich von Chrandorf, Hartwich der Brobst und ander, di dez Schönberch pflegent, daz si uns oder unserm Nachchomen und dem Gozhous ze Regenspurch antwurten di Burg ze Schönberch, und Lout und Gut, di dazu gehorent, dazu habent di vorgenannten und ander sin edel Lüt gelobt und gesworen, daz si von im varen und uns und dem Gotzhous und unserm Nachchomen raten und helfen allez, dez si mogen, daz doch wider ir Triwe nicht si, und daz si im mit Hülfe oder mit Rat niht beigesten; dazselb hat ouch gelobt und gesworen Chunrad von Erenvels.

Ueber den Bruch sint gesetzet fünf Man, mit den oder mit drien ouz in man Chunraden von Hohenvels überwinden sol, ob er breche an den vorgenannten sachen. Die fünf sint herr Altmann von Rotenekke Tumprobst von Regenspurch, Hadmar von Laber, Ulrich von Slüzzelberch, Herdegen der jung von Grindila, Sighart von Eglofsheim, di sulen ouch dez swören, daz si weder durch Lib, noch durch Leid, noch durch Forchten, nochjdurch dheinerlei sache iht legen, wan daz ir gewizzen si, ob er gebrochen hab oder niht. Swen wir oder unser Nachchom dez gefragen, und mag man der fünf gehalten niht, so sul man ander nemen nach dez Erenvelsers rat an der stat, der man niht gehalten mag, und sol daz allez geschehen biz sant Jacobs Mezz, di schirst chumbt, ez si dann, daz ez von uns oder von dem Hohenvelser werd gefristet, An der sache aber, alz geschriben ist, daz Chunrat von Hohenvels leben sol ritterlich nach siner Geburte, und alz sin Vodern herchomen sint, brichet er also, ob di fünf oder di drie ouz in ouf ir eit sagent, daz er wol baz und erbärlicher leben möcht, ob er wold, und daz si sich niht versehen dheiner Bezzerung von im, und wan Chunrad von Hohenvels in schuld waz gevallen, und sin Urlor verchumert het, do bat er uns, daz wir im lihen ouf Valehenstein Burg und Marcht, und swaz dazu gehört Lüt und Gut on edel Lout, 300 tt. R. dl. also ze geben ze hant 100 tt. und an dem 8. Tag nach sant Michaels Tag 50 tt. und

vor der Lihtmezz ze Losung ze 50 tt. da man mitlösen sol 20 tt. Gült oder mit mer Pfenning, und sol von den 20 tt. Gült behüten die Burg ze Valchenstein, mit Turneren, Purgeren, Wachteren und Torwärteln, und swaz über di Losung der 20 tt, Gült wird, daz sol man dem Hohenvelser geben ze der vorgenannten zu, und die Gült sol bescheiden der Hohenvelser ze lösen nach Otten von Viht und Alexanders Rat, und daz wir in der Pfenning warten, alz da vorgeschriben ist, dez sint pürgen worden für di ersten 50 tt. Paldwin von Pärbing der alt, für 50 tt. Gözwin Waller, für 25 tt. wir selb Bischof Leo, für 50 tt. oder mer, da man mitlösen: sol 30 tt. Gült, umb di andern, untz wir in geweren der 300 tt. sint pürgen Ulrich von Pünchoven für 40 tt. Dietrich von Owe für 30 tt. Sighard von Eglofsheim umb di andern, oder si sulen invaren auf unsern schaden ze Regenspurch oder an ein ander Stat, di in der Erenfelser oder Hohenvelser genennent, on Gevärd, und nimmer da ouzchomen, untz er gewert werd. Swelhen schaden darüber nimmt der Hohenvelser mit rechter Bescheidenheit on Gevärd, dez sol er her zu uns und ze dem Gotzhous gewarten, und stirbet der vorgenannten pürgen einer oder mer, so suln wir in 14 Tagen nach dem Tag, alz wir gemant werden, ander hinwieder setzen. Ez ist ouch gescheiden also, swenn er in den 5 Jaren oder hinnach mit sin selbem Gut, oder daz im sin Lüt geben oder lihent, on Gevärd lösen wil di vorgenannten pfant, daz er dez gewalt hab, und daz wir und unser Nachchomen in dez niht irren, daz haben wir selb gelobt; und daz daz gefüdert werd und niht geirret, daz haben gelobt der vorgenannt Tumbprobst, Alhart von Hütte der Techent, Maister Ulrich der Guster, Ulrich von Dornberch, Chunrad von Erenvels, Gözwin Waller, Paldwin von Pärbing, Ulrich von Pünchoven und Sighart von Eglofsheim. Und so Chunrad von Hohenvels Valchenstein gar gewaltich wirt, so sol er ez besezen nach unserm Rat, oder nach unsers Rates rat, oder nach dez Rats, swer dann Bischof ist, und sulen uns di warten und dem Gotzhous oder unserm rat, ob daz Gotzhous in Chriech ist oder ledich, in allem dem Reht und auf die zeit, als vor hie geschriben ist; und ob der vorgenannten pürgen einer verchert wird oder mer, sulen ander an ihr stat gesetzt werden, und unserm Gotzhous oder unserm Nachchomen leisten mit Gelübd und mit eiden, daz di vorgenannten habent gelobt und geschworen, und di Lüte da er Valchenstein mit besetzt, di sulen sin sin, und nach unserm rat oder nach unsers Rates rat dar gesetzt werden, alz da vor ge-

schriben ist. Daz ouch der Gewerft und der satz, der da vor geschriben ist, ganz und stet bedenhalb belib, so haben wir den Brief heizzen versigeln mit unserm und dez Capitels Insigel, Ulrichs von Slüzzelberch, Chunrads von Erenvels, Paldwins von Bärbing, Gözwins des Wallers, Ulrichs von Pünnchoven, Herdegen des Jungen von Grindla und Sigharts von Eglofsheim; bi dem Teiding sind gewesen di Ziug: Herr Altmann der Tumbprobst, Maister Ulrich der Guster, Ulrich von Dornberch der Viztum, Ortlieb von Seirching Chorherr von Regenspurch, Maister Härtwich, und Arnold Chorherren von der alten Chapel, Herwich Caplan, Greimolt und Chunrad Schriber, Chunrad von Erenvels, Paldwin von Pärbing, Ulrich Pünnchover, Sigbart von Eglofsheim, Rudger von Isningen, Dietrich von Owe, Heinrich von Saler, Ott von Viht, Fridrich von Raitenbuch, Etich von Herwergsriut, Heinrich von Pfaffenswante, Reihwin von- Valchenstein, Ulrich von Stouff, Gerhart von Werde, Ulrich von Chrandorf, Ulrich von Pfraundorf, Ernst und Ekpreht von Drouspach, Philipp, Heinrich von Paumgarten, Fridrich Probst, Lätwin von Seirching, Chunrad Marschalch von Ergolting, Ulrich Marschalch von Upfchovon, Hartwich Probst von dem Schönberch, Gotschalch, Fridrich Veltsperger, Lätwin und Fridrich Pochstechen, Ortlieb von Wald, Fridrich von Bochsowe, Nikla von Rordorf, Albrecht von Seirching, und ander Lüt ein michel Teil. Der Satz ist geschehen zu Stouff, do man het von Christes Geburte 1269. Jar, dez nächsten Pfintztags nach sant Urbans Tag.

*Novem Sigilla adpendent.*

**Num. DXXXVII. 1269. 13. Jun. Ex Originali:**

Determinatio annui Census in bonis quibusdam Epatus Ratisbon. pro uxore Wolfhardi Chleiheimer et aliis.

Nos Leo miseratione divina Ratispon. Epus, universis presentia inspecturis volumus esse notum, quod nos ad instantiam dni Henrici illustris duris Bawarie, et amicorum Wolfhardi militis de Chleiheim petitionem Henrico de Rorbach et Chunrado et Furtenvelt militibus stabilivimus in quibusdam possessionibus, quas a nobis idem Wolfhardus tenebat titulo feudali, videlicet in duabus Curiis in Umbcho-

ven et in huba una in Herising sita. Itē in huba una in Ivenhoven, item in huba una in Helschoven, item in dimidia huba in Paineschoven, et in dimidia huba in Oberwatenbach 50 tt. Rat. denar. Alheidi uxori jam dicti Chleihamarii et suis liberis, si quos per ipsum habuerit conservandas, ita videlicet, quod postquam ipse Wolfhardus decesserit, eadem Alheide uxore sua superstite remanente ipsa, et sui liberi, si quos habuerit per jam dictum Wolfhardum, pro 50 tt. denar. Ratispon. teneant titulo pignoris dicta bona. Adiectum fuit etiam, quod si idem Wolfhardus sine liberis masculis decederet, nos vel Successor noster habemus potestatem, bona prenotata a liberis feminis, ad quos devolventur, pro 50 tt. denar. Rat. redimendi. In cujus rei testimonium presentes litteras Sfgilli nri robore placuit communiri, restibus, qui hiis interfuerunt, nichilominus subnotatis et sunt hii: Grimoldus de Preising, Berhtoldus de Frowenberch, Ulricus Wulppo, Ulricus de Punnchoven milites, Hawordus noster notarius, Alhardus de Frowenhoven, Wolflinus Vicednus, Albertus de Owe et alii quam plures. Actum apud Landeshut in domo Swikkeri. Datum in Aeuting anno dni 1269 Id. Juni.

*Sigillum est avulsum.*

**Num. DXXXVIII. 1269. 10. Aug.**

Leo Epus Ratispon. per arbitros determinat litem inter abbatem Emmeramensem, et praepositum Rorensem ob decimas in variis praediis ortam, quo arbitramento decimae litigiosae adjudicantur Monasterio Rorensi cum adjecta obligatione, annuatim Monasterio San Emmeramensi 5. scaffas siliginis et 5. avenae cum 10. solidis danar. assignandi. Acta sunt haec anno Domini 1269. IV. Idus Augusti.

*Mon. Boic. XVI. 137.*

**Num. DXXXIX. 1269. 17. Augusti.**

Leo Epus Ratispon. inter Collegis tam sancti Joannis Ratisponae, et Oberaltacenses amicabilem facit Compositionem, statuitque, ut Coenobium Collegiatae pro decimis hactenus litigiosis tres scaffas siliginis, unam scaffam hordei, et unam scaffam

avene anuatim Ratisponam mitiat Actum et datum Ratisponae anno Domini 1269. Indictione XII. in octava sancti Laurentii Martyris.

*Mon. Boic. XII. 129.*

**Num. DXL. 1269. 8. Sept. Ex Originali:**

Comes Wernhardus de Leonsberch renuntiat iudicio in Marklkofen injuste possessse.

Nos Leo miseratione divina Ratispon. Epus, universis presentia inspecturis volumus esse notum, quod cum inter nos ex una parte, et dilectum Compatrem nrum Werenhardum Comitem de Lenberch ex altera super iudicio Ville in Marchelhoven, quod vulgariter dicitur Dorfgeriht sive Chirchgeriht, questio verteretur, idem Comes, licet res eadem iudicata prius fuerit, quodammodo recognoscens, se idem iudicium minus bene possidere, cessit et renuntiavit in manibus nris omni iuri, quod habebat vel habere videbatur in iudicio supradicto, salvo sibi iudicio Comitie, quod extra dictam Villam in generali suo placito consuevit haberi in publico suo Consistorio, quod Schranne vulgariter nuncupatur. In cuius rei testimonium presentes literas conscribi, et Sigillorum, nri videlicet, et Capituli Ratisponen. Eccleie, ac dicti Comitum munimine placuit roborari, testibus, qui huic cessioni sive renunciacioni interfuerunt, nichilominus subnotatis et sunt hii: Berchtoldus de Oberndorf Archidyaconus, Magr Ulricus thesaurarius, Ulricus de Dornberch Capellanus, Heinricus de Roteneke, Chunradus de Lupurch, Can. Ratispon. Albertus decanus de Raeuzing Wilhelmus quondam plebanus in Geinhoven, Fridericus Vicarius in Herpoltsvelden , Magr Haertwicus noster Notarius clerici: Dietricus de Owe, Heinricus de Hoholtinge, Fridericus de Raeuzing, Otto de Haedgering milites, Poppo dictus Waltpot, Gotschalcus de Hoholtingen, Wolferimus de Prule, Werenhardus dictus Viselaer, et alii quam plures. Datum Ratispone anno dni 1269. Sexto Id. Septembris.

*Tria Sigilla illaesa adpendent.*



**Num. DXLI. 1269. 1. Oct. Ex Originali:**

Arbitrament zwischen dem Bischofe Leo zu Regensburg, und Friedrich von Raidenbuch als Erbschenk des Hochstifts.

Wir Ludwig von Gotes gnaden Pfaltzgrave ze Rein, Hertzog in Pairen, bekennen mit dem priefe, daz wir die Unsönne, so zwischen dem erwidigen in Got herren und Vater herrn Leo Pishoven ze Rengspurg, und unserm lieben getreuen herrn Fridrichen von Raidenbuch ze Raidenbuch Ritter als dez Pistumb ze Rengspurg Erbschengk gewesen ist, mit irem gueten willen gesöndt haben, also, daz unser herre der Pishof und all sein Nachkommen Pishoven ze Rengspurg dem genannten von Raidenbuch und allen seinen Nachkommen und alweg dem eltern dez Nammen und Geshlächts furan alle Gerechtigkeit, so ze dem Schenkenambt gehört, und andern enden auch gewohnheit ist, geben und zusteem lassen soll ungeverdt. Er soll Im auch die Lehen in Stauffer herrschaft gelegen, auch allen Zehend ze Granswang, das allez er fürpas andern leiht, und waz ze dem Scheckenambt gehört, mit aller gerechtigkeit verleihen, und er also mit sambt andern Stücken wie von Alter her enpfahen, darzu so ain Pishove stirbt, so soll der angehend Pishof alweg ainem Erbschenken von Raidenbuch geben 3 Mark Silbers, und so man In weicht, soll er doselben, wie sich dann gehört, sein Ampt verpringen, doch soll man Ime und seinen Chnechten, wie dann mit Gewohnheit vor herkommen ist, erberlichen hofgewandt geben, darauf soll die sache also gänzlichen und gar zwischen in gesöndt sein on allez gefärde. Daz ze Urchunt vestiglichen haben wir unser Insigel hiran gehalten. Geschehen ze Rengspurg nach der Menschwerdung Cristi 1269. Jar am sandt Remigi Tag.  
*Sigillum equestre integrum adpendet: In Scuto pectoris videndi sunt rhombi.*

**Num. DXLII. 1270. 12. Jan. Ex Originali:**

Confirmatio trium Scaffarum ex Curia in Sarching in feudum datarum.

Nos Leo miseratione divina Ratispon. Epus, universis presentia inspecturis volumus esse notum, quod Fridericus dictus Chuchenmaister in nra constitutus presentia tres scaffas siliginis de Curia sua, que

sita est in Seirching, in qua residet Liupoldus, annuatim vendidit et contulit titulo feodali sorori Heilwigi dicte de Swarzenvelt pro 10 tt. denar. Rat. simpliciter et precise in Ratispona solvendas, ita tamen, quod si siligo ex aliquo infortunio haberi non poterit, per alios fructus Curie ad plenum restauretur hoc adjecto, quod si culpa sua vel Successorum suorum aliquid de predictis deperire vel defraudari contigerit, ipse vel Successores sui de aliis possessionibus restaurare teneantur, hoc etiam in penam non persolventium adjecto, quocumque anno predictas tres scaphas ante festum Mychahelis non persolverint, nisi legitimo impedimento impediti, de cetero Vinea, que dicitur Ainsetz in monte, qui dicitur Harperch ab ipso titulo feodali absolute possideatur, interposito in Venditione hmoi nichilominus tali pacto, quod ipse Fridericus vel heres suus, quicumque sibi successerit, habeat, postquam dicta Soror fructus presentis anni perceperit, ab ipsa reemendi pro 10 tt. denar. Rat. easdem tres scaphas, quandocumque voluerit, potestatem, seu etiam ab eo vel ab eis, cui eadem soror eas vendiderit vel alienaverit seu duxerit tam in vita, quam in morte ordinandas, quod etiam faciendi dicta soror habebit liberam facultatem, nec prenotatus Frid. hoc poterit aliquatenus impedire. In cujus rei testimonium presentem litteram Sigilli nri robore placuit communiri. Actum Ratispone anno dni 1270. Dominica infra octayam Epiphanie.

*Sigillum Epi laesum adpendet.*

**Num. DXLIII. 1270. 22. Jan. Ex Originali:**

Leo Epus Ratisbon. recipit fratres Ordinis sancti Augustini in Civitatem Ratisbonensem.

Nos Leo miseratione divina Epus, Altrnannus prepositus, Alhardus decanus cum universitate tocus Capituli Ratisponen. Ecclesie cunctos presencia inspecturos volumus non latere, quod ob dei reverenciam ac devocionis augmentum fratres heremitas ordinis beati Augustini ad nostram Civitatem et dyocesim pro filiis specialibus liberaliter, ut decet, recepimus, eosdemque nostra gracia compassibili amplectentes, Capellam domini nostri Ihu Xpi in ponte sitam Judeorum sub onere declarato in litteris super hoc confectis ipsis per nos, Altmannum prepositum de consensu Capituli et auctoritate nostra,

scilicet Leonis Epi collatam, divino cultu volumus secundum libertatem eis ab apostolica benignitate indultam inhabitantes perpetuo exornare. Ut igitur tempore stabilito fratres prenotati talibus gaudeant beneficiis receptionis et concessionis, presentem paginam Sigillorum nostrorum munimine sepedictis fratribus obtulimus insignitam. Datum Ratispone anno dornim 1270. XI. Kalendas Februarii. *Tria Sigilla integra adpendent.*

**Num. DXLIV. 1270. 1. Februarii. Ex Originali:**

Redemptio Castri Valkenstein a Conrado de Hohenvels possessi ad Eccliam Ratisbon. ne Comitatus Tumstauf scissuram pateretur.

Nos Leo miseratione divina Ratispon. Epus, universis presentia inspecturis volumus esse notum, quod cum dilectus fidelis noster Chunradus de Hohenvels juvenili motu ductus incurrisset gravia onera dchitorum, ita, quod Castrum Valchenstein intenderet modis omnibus obligare pro solutione hmoi debitorum, timentes, quod dictum Castrum ad manus devolveretur alienas, et sic districtus nri Comitatus (Staufensis) scissuram pateretur, et jurisdictio turbaretur, de nostrorum juratorum Consiliariorum et Capituli totius consilio provida deliberatione prehabita talem Contractum inivimus cum dicto Chunrado de Hohenvels, quod promisimus ei mutuare trecentas libras Ratispon. monete super dictum Castrum cum suis attinentiis, militaris conditionis hominibus dumtaxat exceptis, de quibus jam 250 tt. sibi solvimus, et de 50 tt. residuis possessiones obligatas Castro Valchenstein attinentes, videlicet viginti librarum redditus redimemus, impendendos in Custodia dicti Castri, et cum dicto Castro, et aliis attinentiis et hominibus preter militares personas Ecclie nre nomine tenebimus, et Successores nostri, quousque per dictum Chunradum de Hohenvels vel heredes ipsius de ipsorum propria pecunia sine captione qualibet conquisita Ecclie nostre plene fuerit satisfactum, et quia de pecunia 50 tt. in quibus dicto Chunrado remansimus debitores, in purificatione beate Virginis in principali mutuo, videlicet de 300 tt. non potuimus sibi satisfacere sine gravi dampno nostro et Ecclie, et diverse usure ac accessiones intollerabiles occasione hmoi imminebant, dilecti in Xpo fratres Altmannus de Rotenekke prepositus, Alhardus decanus. et Capitulum Ratispon. Ecclie compatientes nobis

et Eccle in hac parte, ac considerantes dampna et defectus, qui ex alienatione Castri Valchenstein, si ad manus devoluta fuisset alienas, Ratispon. Eccle poterant provenire, speciale nobis et Eccle nre subsidium exhibentes, emerunt a nobis non spe lucri, sed caritative Compassionis motu ducti ad instantiam maximam ministerialium, qui nostrum Consilium juraverunt, pro 150 tt. Ratispon. monete decem et octo scaffas tritici, solvendas eis annis singulis Ratispone, vel alibi loco competenti de Curia nostra villicali in Eglofsheim, nisi grando, sterilitas vel bellum seu guerra sine nostra et Successoris nostri culpa proveniens remissionem induxerit faciendam, que moderabitur juxta discretionem et consilium meliorum Vicinorum inspecta defectus, qui evenerit, qualitate seu etiam quantitate. Si vero contentio inter nos et Villicum dicte Curie fuerit super redditibus Curie, videlicet centum et quatuor modios tritici Villico asserente, quod propter redditus laci in Giselingen, et retentionem oblationum, que Chirchgetraeht vulgariter nuncupatur, que Villico subtrahi consueverunt, non possit solvere 104. modios tritici, talis disceptatio vel subtractio pensione 18 Scaffarum Capitulo solvendarum non diminuet, sed ad nos et Successores nostros tantummodo pertinebit, et quia predia Eccliarum antiqua difficillime vendi possunt, adjecta est dicto Contractui hec cautela, ut predictis preposito, decano et Capitulo de 150 tt. nobis numeratis, prout superius est expressum, per modum reemptionis plene satisfiat de proventibus thelonei et monete, que in Ratispon. Civitate noscitur obtinere, ita, cum moneta vacaverit, que, usque quo Liutoldus in foro recipiat suum debitum de 300 tt. nobis debitis a dno Heinrico duce Bawarie, extitit obligata, et septem anni transierint, computandi a nativitate dni nunc transacta. 'Nos etiam de predictorum Consiliariorum consilio et consensu proventus monete et thelonei in solutionem 150 tt. finaliter deputavimus colligendas per cellarium et obellarrum Chori, qui pro tempore fuerint, et officiales nostros Cammerarium et Marscalcum, et convertendos in utilitatem supradictorum prepositi, decani et Capituli, quousque ipsis de 150 tt. per modum reemptionis plenum satisfiat, et tunc ad nos et nostros Successores dicte 18 Scaffe, proventus thelonei et monete libere revertentur. Promittimus etiam bona fide, immo impotentes nos ex nunc reddentes et nostros, in quantum possumus, Successores, quod proventus thelonei ac monete in usus alios convertantur. In cujus rei testimonium presentes litteras conscribi et Sigillorum, nri videlicet, Altmanni prepositi, Alhardi decani, Magri Ulrici tbesaurarii,

Ulrici de Dornberch vicedni, C. de Ernvels, C. de Hohenvels, Paldwini de Paerbing, Sighardi de Eglolfshaim munimine placuit roborari. Datum Ratispone anno dni 1270. Kal. Februarii. *Adpendent octo Sigilla, isto Eglolfsheimarii avulso; Sigilla Chunradi de Ernvels, et Chunradi de Hohenvels sunt equestria.*

**Num. DXLV. 1270. 4. Martii. Ex Originali.**

Arbitramentum, quod jus patronatus Ecclesiae paroch. in Aich Epo Ratisbon. ac jus patronatus Eccliarum paroch. Treutlkofen et Haselbach Henrico de Horbach competat.

Nos Henricus dei gra dux Bawarie, palat. Comes Rheni, universis presentia inspecturis volumus esse notum, quod cum inter dilectum Compatrem nrum, dnum Leonem venerabilem, Epum Rat. et Eccliam suam ex una parte, et dilectum fidelem nrum Hainricum nobilem virum de Horbach ex altera, super jure patronatus trium Eccliarum, videlicet Aiche, Treutelhoven, et Haselbach questio verteretur, dno Epo assentiente, quod Ecclie sive Capelle in Treutelhoven et Haselbach filie forent Ecclie in Pünnapiburcht, collatio vero Ecclie in Aich pleno jure ad ipsum pertinere deberet, ex adverso predicto H. nobili viro de Horbach affirmante, quod in omnibus predictis tribus Ecclis seu Capellis haberet jus presentandi, tandem decisio questionis hmoi in nos extitit a partibus finaliter compromissa; Nos itaque accepta jurisdictione arbitraria sic ipsam decidimus questionem: Predictus dnus Leo Ratisponen. Epus, sui que Successores Eccliam in Aiche in perpetuum conferent pleno jure, predictus quoque H. nobilis de Horbach et ipsius heredes habebunt jus presentandi in Capellis Treutelhoven et Haselbach superius jam expressis. In cujus rei testimonium presentes litteras Sigillis, nro videlicet et dicti dni Leonis Rat. Epi, nec non nobilis viri Alberti de Halz Soceri dicti H. de Horbach, et ipsius Hainrici de Horbach placuit communiri, testibus, qui huic nro arbitrio interfuerunt, nichilominus subnotatis, et sunt hii: Magr Ulricus thesaurarius, Ulricus de Dornberch vicednus, Chunradus de Lupurch, Canonici Ratispon. Hainricus prepositus Oettingensis, Chunradus noster notarius, Magr Haertwicus, et Chunradus notarius dni Leonis Epi sepedicti, clerici.

Albertus nobilis de Hals, Chunradus de Hohenvels, Erinoldus de Preisingen, Alramus de Rotowe, Sigfridus de Sigenhoven, Ortlibus. de Walde, Hainricus de Mostorf, Rihkerus de Aheim, Wolfkerus de Warte, Gözwinus Wallaer, Chuno de Hofdorf, Rudigerus de Iseningen, milites. Sighardus de Egelolfsheim, Fridericus de Pochsowe, de familia dicti nobilis de Horbach Wernhardus de Treutelhoven Wernhardus de Apfalterberge, Marquardus de Aiche, Hainricus Geltingaer, H. Judex, Chunradus et Ulricus Fratres de Lantingen et alii quam plures. Dat. in Biburch anno dni 1270. IV. Nonas Martii.

*Tria Sigilla illaesa adpendent.*

**Num. DXLVI. 1270. 8. April. Ex Originali:**

Leo Epus Ratisbon, confirmat Conradi sui antecessoris donationem decimarum novalium Monasterio inferiori factam.

Nos Leo miseracione divina Ratisponen. Epus, universis presencia inspecturis volumus esse notum, quod cum felicis memorie noster predecessor dnus Chunradus Epus in recompensacionem dampnorum illatorum tempore guerre ae discordie, quas idem Chunradus Epus habuit cum illustri duce Bawarie, Ecclesie inferioris monasterii Ratisponen. decimas novalium de possessionibus non transfeodatis, et de illis possessionibus tantum, quas nullo possident mediante, runcatis et runcandis in posterum contulisset, prout in privilegiis super hoc confectis plenius continetur, et insuper abba venerabilis dna Gerdrudis et Conventus ejusdem monasterii nobis exhiberent privilegia Confirmacionis a Sede aplca sibi data de percepcione hmoi novalium decimarum: Nos hoc attendentes, de Consensu Capituli Ratisponensis et Consiliariorum nostrorum juratorum unanimi Voluntate gratiam hanc a dno Chunrado predicto factam ipsi Ecclesie sive monasterio, et a Sede aplca confirmatam innovavimus, ratam eam habentes, et auctoritate presencium defectum, si quis in hmoi privilegiis est, suppletentes, ita tamen, quod si abba predicta, vel quecunque p. t. fuerit, de assensu dicti Conventus quemquam de ipsis decimis infeodaverit, obligaverit, aut modo alio alienaverit, totam vel partem ipsarum, hoc vires non habeat, et ipsa abba et Conventus ipso facto cadant a jure si quod habebant, vel habere in eisdem decimis se sperabant; volumus enim, ut fructus ipsarum decimarum in supplementum prebende

ac subsidium Conventui prenotati monasterii debeant solummodo remanere, nec expendi per abbam, que p. t. fuerit, in usus alios, vel converti. In hujus rei testimonium presentes Litteras Sigillorum, nostri videlicet, et Capituli nostri, nec non abbe et Conventus predictorum munimine placuit roborari. Datum Ratispone anno domini 1270. VI. Idus Aprilis.

*Adpendent duo tantum Sigilla abbatissae et sui Conventus, duobus Sigillis Epi et sui Capituli avulsis.*

**Num. DXLVII. 1270. 28. April. Ex Originali:**

Leo Epus Ratisbon. confirmat fratribus Ord. S. Augustini emptionem venditionem cum Rorensibus initam.

Nos Leo miseratione divina Ratispon. Epus, universis presentia inspecturis volumus esse notum, quod constitutus in nra presentia dilectus in Xpo Minhardus venerabilis decanus veteris Capelle Ratispone, nunc procurator et yconomus Rorensis Eccleie de consensu et unanimi Voluntate Chunradi venerabilis prepositi, nec non tocuis Conventus Rorensis Ecclesie vendidit titule proprietatis pro 37 tt. denar. Rat. dilectis in Xpo Priori et Conventui ordinis sancti Augustini domum et aream sitas juxta Capellam domini Ratispone cum omni jure, quo eas Rorensis Ecclesia possidebat; et quia predicta pecunia de scitu nro ad utilitatem Rorensis Ecclesie est redacta, nos eandem Venditionem ratam habemus, quantum ad nos pertinet, atque gratam. In cujus rei testimonium presentes litteras conscribi, et Sigillorum nri videlicet, nec non prepositi et Conventus Rorensi Ecclesie, et decani predictorum fecimus munimine roborari, testibus, qui hiis interfuerunt, nihilominus subnotatis et sunt hii: Paldwinus de Paerwinge, Ditricus de Awe, Karolus de Awe, Liutpoldus dictus Ygel, Ulricus lanator, Haertwicus Weinlingaer, Rudigerus Weintingaer, Karolus Pragarius, Chunradus filius Gumperti, Heinricus filius Awarii, quondam magistri Civis, Karolus dictus Nürre, Ernestus dictus Drauhpeck, Leutwinus filius Kahmoreti, Hermannus de Seirchinga, Heinricus Tunawer. Actum Ratispone apud conseeratum Petrum, anno dni 1270. IIII. Kal. Maii.

*Quatuor Sigilla illaesa adpendent.*

**Num. DXLVIII. 1270. 25. Maii. Ex Originali:**

Venditio Curiae in Einhausen, ac Curiae et hubae in Ating, reservato jure reemptionis.

Nos Leo miseratione divina Ratispon. Epus, universis presentia inspecturis volumus esse notum, quod cum haberemus necessarias 60 tt. denar. Rat. pro solvendis Purchutis (castellanis) dilectis fidelibus nris Chunrado de Hohenvels, Götzwino Waller, Friderico de Perge, et expensis, quas fecimus in adductione uxoris dicti Chunradi de Hohenvels, et aliis utilitatibus Ecclesie nre, quas distincte ac expresse in nro posuimus registro, sentientes, nobis ex hiis debitis adcrecere dampna gravia et usuras, vendidimus dilecto fideli nro Ottoni militi de Strubinga Curiam nram in Einhausen (prope Straubingam) tenendam titulo feodali pro 60 tt. denar. Rat. prenotatis. In remuneracionem quoque sue devocionis indulsimus eidem Ottoni, redimere pro 40 tt. denar. Rat. in festo purificationis nunc venturo a Gozwino Wihsario Curiam et hubam nostram in Ating, que eidem Wihsario per antecessores nros pro dictis 40 tt. fuerant obligate, datis ad hoc eidem Ottoni fidejussoribus, videlicet dilectis fidelibus nostris Rudgero milite de Capella, nunc Magro Civium, et Ditrico de Owe milite, quod si tunc temporis dictus Otto in redemptione Curie et hube in Ating fuerit impeditus, dicti fidejussores vel alter eorum, si unus superstes non fuerit, tantum de redditibus suarum possessionum assignabunt ipsi Ottoni, quantum Curia et huba predictae solvere annis singulis consueverunt: predicti vero fidejussores, si ambo medio tempore decesserint, nos vel Successor noster, qui pro tempore fuerit, tenebimur memorato Ottoni ad solutionem eorundem reddituum, ut est dictum, quousque pro 40 tt. denar. Rat. quas ab Ottone jam dicto recipiemus, Curiam et hubam in Ating a Gozwino Wihsario absolvemus, quas etiam tunc tenebit titulo feodali. Est etiam hoc adjectum, quod nos vel nri Successores a sepefato Ottone vel suis heredibus Curiam in Einhausen, Curiam et hubam in Ating supradictas pro 100 tt. denar. Rat. quocunque anni tempore nobis placuerit, reemendi simul et semel habeamus liberam facultatem. In cujus rei testimonium presentes litteras Sigillorum, nostri videlicet et Ottonis nominati sepius munimine placuit roborari. Actum Ratispone anno dni 1270. VIII. Kal. Junii.

*Duo Sigilla integra appendent; Sigillum Ottonis est triangulare cum Circumscriptione: † S. Ottonis. de. Strubinga.*



**Num. DXLIX. 1271. 1. Martii. Ex Originali:**

Cessio possessionum in Saemting facta ab Hermanno milite de Mannstorf.

Nos Leo miseratione divina Ratispon. Epus universis presencia inspecturis volumus esse notum, quod cum Hermannus miles dictus de Mannstorf recognoscens, quod de persona Ratisponensi Eccleie attineret, et per matrimonii Copulam se quoad prolem alienaret ab eadem, et volens de suis facultatibus alienationis hmoi compensationem facere, de possessionibus, quas a Ratispon. Ecclesia feodi titulo tenebat, cessit cum solempnitate debita, que consuevit in talibus adhiberi, possessionibus in Saemting, solventibus annuatim 43 Scaffas tritici, decem videlicet siliginis, decem et octo pisar. duas avene, tredecim hordei, et denar. Rat. quatuor tt. et munitioni, quam construxerat ibidem, ita, quod munitio ipsa destruat, et alia nullatenus construatur, et locus munitonis et possessiones supradicte per nos et Successores nros alienentur nullatenus a Ratispon. Ecclesia feodali titulo vel quocunque alio, sed ad mensam Epi pertineant in futurum. Quia vero, pecuniam non habuimus, unde devotionem dicti militis possemus remunerare, pro meritis dilecte in Xpo Agnes priorissa et Conventus sce Crucis Ratispon. dederunt in recompensationem devotionis predicte pro munitione et loco ipsius et possessionibus sepefatis 210 tt. denar. Rat. et quia supradictus H. unacum ... Judice de Ahbach emerant a nobis pro 60 tt. den. Rat. decimam Vini in parochia Ahbach sitam, quoadusque nos vel Successores nri ipsam reemeremus ab eisdem, pro pecunia jam predicta, idem Hermannus receptis 30 tt. Rat. a priorissa et Conventu superius nominatis, cessit medietati decime supradicte, et eam priorisse et Conventui dedit et tradidit auctoritate nra et Consensu Capli nri, neo non ministerialium et aliorum, quorum intererat consentire, hoc adjecto pacto, quod nos et Successores nri habeamus liberam facultatem, a priorissa et Conventu sepefatis locum munitonis cum possessionibus superius nominatis pro 210 tt. Rat, den. et medietatem supradicte decime pro 30 tt. Rat. reemendi. In cujus rei testimonium presentes litteras Sigillorum, nri videlicet et Capituli Rat. nec non Consiliariorum nrorum Canonicorum, dnorum Altmanni prepositi, Alb decani, Magri Ulrici Scolastici et Ulrici de Dornberch nri Vicedni: Laicorum vero, Chunradi de Erenvels, Chunradi de Hohenvels, et Paldwini de Pärbing militum, ac Sighardi de Eglofsheim, et priorisse ac Conventus

predictorum munimine placuit roborari. Dat. Ratispone anno dni 1271. Kal. Martii.

*Undecim Sigilla laesa adpendent, isto Hohenvelseri avulso: Sigillum Ernvelseri est equestre cum rhombis in pectore.*

**Num. DL. 1271. 17. April. Ex Originali.**

Permutatio possessionum in Pirkwang loco possessionum in Sewen et in Puche.

Nos Leo miseratione divina Ratispon. Epus, universis presentia inspecturis volumus esse notum, quod prehabito Consiliariorum nrorum juratorum consilio et inspecta utilitate nre Ecclesie cum dilecto fideli nro Haenslino de Lauterbach de possessionibus nris in Pirchenwanch, a quibus propter loci distantiam redditus debitos minime habere consuevimus, et propter alias causas legitimas pro possessionibus in Sewen et in Puche infra scriptis, quas a nobis tenebat in feodo, cum voluntate nri Capituli et assensu talem fecimus permutationem, credentes hoc nobis et Ecclesie nre firmiter profuturum: dictus Haenslinus duas Curias et hubam unam in Sewen sitas, et in Puche tres hubas, quarum duas colit ... dictus Sutzenmaier, tertiam colit ... dictus Flaischsach, cum omnibus attinentiis, quesitis et inquirendis, solutas ab omni jure advocatie et liberas, ad manus nras simpliciter resignavit. Nos vero in recompensationem dicte cessionis et resignationis tradidimus eidem jus et proprietatem possessionum nostrarum in Pirchenwanch cum omnibus attinentiis, jure patronatus dicte Ecclesie, et hominibus eidem hofmarchie attinentibus, ubicunque locorum fuerint, nobis et Ecclesie nre reservatis, feodis infeodatis ab antiquo de ipsa hofmarchia per predecessores nros retentis et exceptis interposito tali pacto, quod ipsas possessiones a nobis reciperet in feodo, quod et fecit, resignando nobis et tradendo jus et proprietatem earundem possessionum in Pirchenwanch ad aram sci Petri simpliciter et cum solemnitate debita, quodam beneficio dicto Kirchenlehen solvente 35 denar. sibi reservato, pro quo et nobis et Eccleie nre tradidit 40 denar. redditus de Curia sua in Graeuzelbach, que sibi noscitur proprietatis titulo attinere. Nos vero ipsum Haenslinum, hominibus jure patronatus predictae Ecclesie in Pirchenwanch, et feodis ab antiquo collatis duntaxat exceptis, infeodavimus de eisdem possessionibus in Pirchenwanch cum

attinentiis, quas sibi cum redditibus 40 denar. de Curia in Graeuzelbach prenotatis in feodo conferentes. Idem etiam Haenslinus juxta ordinationem prehabitam et conventionem nobis et Ecclesie nre cavit de evictione, dando fidejussores, scilicet Dietricum de Haechsenacher, Chunradum de Swarzenburch, Alhardum de Frauenhoven, Rudigerum de Puche, quorum quilibet per 10 annorum spacium fidejussit, ut si nobis aut nris Successoribus super possessionibus in Sewen et in Puche prenotatis a quoquam questio mota fuerit, quandocunque a nobis vel Successoribus nris fuerint requisiti, intrent Civitatem Ratispon. aut si propter inimicitias hoc facere non valebunt, locum alium ad hoc sine captione qualibet deputatum, inde nullatenus exituri, quousque sepefatus Haenslinus vel heredes sui possessiones evictas nobis et Ecclesie nre recompensent, et satisfaciant nichilominus de dampno, si quod nos ex evictione hmoi et nram Ecclesiam contigerit sustinere. Adjectum est etiam, quod si fidejussorum unus aut plures decesserint medio tempore, ipse Haenslinus alium vel alios debeat infra dies 34. quando a nobis requisitus fuerit, subrogare. In cujus rei testimonium presentes litteras Sigillorum, nri videlicet, dni Heinrici illustris ducis Bawarie nri compatris, nec non nri Capituli, et Haenslini sepius nominati munimine placuit roborari.

Promisit insuper dictus Haenslinus, quod si super possessionibus prenotatis in Sewen et in Puche, vel aliqua ex ipsis questio nobis aut nris Successoribus mota infra 10 annorum spacium fuerit, et post decennium terminata, de evictione teneatur nichilominus, prout superius est expressum. Adjectum est etiam, quod dicto Haenslino salvum remaneat iudicium et jus advocatie in hominibus hofmarchie Pirchenwanch attinentibus, sicut hactenus feodali titulo possidebat. Testes, qui interfuerunt, sunt hii: Magr Ulricus Scolasticus, Herwicus Capellanus noster, Al. decanus de Raeuzzing, Hawordus notarius noster, Dietricus de Haehsenacher, Heinricus et Rudgerus de Capella milites, Al. de Frawenhoven, C. de Swarzenburch, L. Ericius, R. Pragarius, F. Grazaer, S. Wallaer, Ditricus pincerna, Maerchlinus de Altheim, R. de Puche, K. de Tömlinge, F. Vellsperger et alii quam plures. Actum Ratispone anno dni 1271. XV. Kal. Maii.

*Quatuor Sigilla adpendent: quartum habet circumscriptionem: † S. Johannis. de Lauterbach.*

**Num. DLI. 1271. 2. Junii. Ex Originali:**

Concordia inter ministeriales Frisingensis et Ratisbon. Ecclesiae facta.

Nos Chunradus Frisingen. et Leo Ratisponen. Epi, universis presentes litteras inspecturis volumus esse notum, quod cum inter dilectos fideles nros Alhardum de Vrowenhoven, ceterosque ministeriales et homines Ecclesie Ratisponen. ex una parte, et Sibotonem dictum Chlaechel et reliquos ministeriales Ecclesie Frisingen. ex altera gravis fuisset exorta materia questionis, ex incendiis, rapinis, et homicidiis, captivationibus, depecuniationibus, et aliis diversis dampnis enormiter aggravata in tantum, quod ex diuturna discordia crescere timeretur, consensu unanimi et benevola Voluntate in talem formam convenimus, deliberatione cum nris Consiliariis prehabita diligenti, quod quicquid fuerit questionis inter nos et Ecclesias nras, et predictos fideles nros, et quoscunque alios nobis subjectos et ad nram Ecclesiam pertinentes, sit in arbitrio et arbitratione sex Virorum infra scriptorum ad hoc a nobis communiter electorum ita, ut quicquid ipsi arbitrando, vel ut vulgariter loquimur, sententialiter diffiniendo vel amicabiliter componendo super dictis questionibus duxerint statuendum, ratum a nobis et a dictis partibus omnimodis habeatur: si vero dicti sex arbitri non potuerint concordare, elegimus concorditer et assumpsimus dnum Ludovicum, Illustrem palatinum Comitem Rheni, ducem Bawarie pro coarbitro septimo arbitratore vel amicabili compositore, sic, quod quicquid ipse cum predictis arbitris vel cum parte eorum, vel per se solum in dictis questionibus duxerit ordinandum, ratum et firmum a nobis et a partibus teneatur. Si vero dictus Ludovicus Dux, vel aliquis ex arbitris supradictis decisioni predictarum questionum non potuerit vel noluerit interesse, in nro erit arbitrio sive voluntate, in locum absentis vel absentium nolentis vel lolentium alium vel alios subrogare. Adjectum est etiam a nobis, ut arbitrium sive Compositio usque ad festum beati Michahelis proxime venturum per dictos arbitros vel substitutos eisdem sine captione qualibet, sive presentes partes fuerint sive non, juris ordine vel amicabiliter terminetur, et si abesse contigerit dnum Ludovicum predictum vel alias impediri, quod decisioni predictarum questionum infra festum beati Michahelis superius nominatum non potuerit interesse, processus arbitrii sive Compositionis amicabilis sub pactis et conditionibus suprascriptis usque ad festum beati Martini proximo subsequens progetur. Erunt etiam firme treuge inter partes, quoad primum

terminum usque ad octavas beati Michahelis, et si eundem terminum contigerit prorogari usque ad festum beati Martini subsequens, durabunt treuge usque ad octavas beati Martini firmiter inter partes. Ut autem effectum debitum sortiatur arbitrium vel compositio amicabile, quod vel quam dicti arbitri duxerint faciendam, nos personaliter fide data promisimus sub pena quingentarum librarum Ratispon. monete pro nobis et nobis attinentibus, quos tangit negotium, firmiter observare: quas etiam 500 tt. solvet pars non servans arbitrium vel amicabilem Compositionem parti, que arbitrium vel compositionem amicabilem voluerit observare. Erunt autem ex parte nri arbitri, videlicet Epi Frising. Wernhardus quondam Vicednus, dnus Ditricus miles de Viltzheim, Sighardus dapifer: ex parte vero nri Rat. Epi, Ulricus de Pünnechoven Vicednus, Heinricus miles de Dörnpach, Eberhardus de Windspach Judex in Bechlaren. In cujus rei testimonium presentes litteras sigillorum nrorum munimine placuit roborari. Actum et datum apud Wiennam anno dni 1271. quarto Nonas Junii.

*Duo Sigilla Eporum adpendent.*

*Confer. etiam Meichelbeck historia Frising. Tomo II. P. I. p. 75. et Scheidii Specimen diplomatarii Bav. Num. XI. p. 196.*

#### **Num. DLII. 1272. 1 Februarii Ex Diplomatario:**

Leo Epus Ratisbon. Fridericum et Conradum Burggrafios Norimberg. infeodat de foro Spalt et tribus partibus Civitatis Orengau, ac filiam Friderici praedicti de foro Riedveld.

Nos Leo miseracione divina Ratisponensis Epus, unversis presentes litteras inspecturis volumus esse notum, quod nos primo et principaliter infeodavimus nobilem virum Fridericum Burcgravium de Nurenberg de feodis infra scriptis, que ipse et progenitores sui a Ratisponensi Ecclesia hactenus tenuerunt, postremo vero infeodavimus de eisdem nobilem virum Chunradum Burcgravium juniorem, infeodavimus eciam filiam ipsius Burcgravii senioris Elizabetam juniorem de foro Rietvelden.

Supradicti vero Fridericus et Chunradus Burcgravii, intendentes devocioni nostre reddere gratas vices, promiserunt fide data, sicut in suis patentibus litteris continetur, quod predicta feoda, que receperunt, quantum in eis est, non alienabunt,

nec eciam transfeudabunt in quamcunque personam aliam; sed si sine heredibus masculis decesserint, ad Ratisponensem Ecclesiam libere revertentur. Sunt autem ista feoda forum Spalt cum Ecclesia ibidem et juribus suis, et tres partes Civitatis Orengue, salvis aliis, que in futurum duxerint nominanda. In cujus rei testimonium presentes litteras tradidimus Sigilli nri robore communitas. Datum Ratispone anno domini 1272. II. Idus Februarii.

**Num. DLIII. 1272. 3. Martii. Ex Originali:**

Decisio Leonis Epi de domo ad S. Albanum Ratisbonae.

Nos Leo miseratione divina Ratisponen. Epus, universis presencia inspecturis volumus esse notum, quod cum inter Hospitale in pede pontis Ratisponen. ex una parte, et Maehthildam relictam Heinrici Civis Ratisponen. cognomine advocati ex parte altera pro media domo, quam idem Henricus inhabitabat, et alia domo pistoria integrali, que Pachhaus vulgariter nuncupatur, questio aliquamdiu ventilata nostre fuerit decisionis arbitrio recommissa, nos partibus in nra presentia constitutis, fide super ratihabitione nre decisionis hinc inde recepta, provida deliberatione sumus taliter arbitrati, quod frater Henricus de Raetelhoven tunc Magr Hospitalis unam libram Ratispon. monete, ac unam scaffam siliginis dedit femine supradicte, que in nra presentia constituta renuntiavit omni juri, quod ei competebat vel competere videbatur in domibus antedictis. In cujus renuntiationis testimonium presentem litteram scribi fecimus, Sigilli nri robore cum subnotatione testium coramunitam. Testes sunt hii: Hugo prior, Pertoldus lector, Chunradus de Aeistet, Chunradus de Chunse fratres domus Predicatorum Ratispon. Henricus de Raetelhoven tunc Magr Hospitalis, Ulricus Sacerdos, Chunradus de Pilsting fratres ejusdem Hospitalis, Hugo miles inter latinos, Albertus de Owe, Chunradus super danubio, Henricus Dulcis quondam Scultetus, Otto, Pertoldus, Ekbertus Veslarii et alii quam plures fide digni. Acta sunt hec anno dni 1272, in octava Mathie.

*Sigillum Epi adpendet.*

**Num. DLIV. 1273. 15. April. Ex Originali:**

Ordinatio Leonis Epi Ratisbon. ne nova precaria (Leibgeding) admittatur in Monasterio superiori ante reductionem earum ad numerum quinquaginta.

Nos Leo miseratione divina Ratisponen. Epus, universis presencia inspecturis volumus esse notum, quod cum Ecclesia superioris Monasterii gravia debitorum onera incurrisset tum propter maliciam temporis, tum propter intollerabilem numerum prebendarum, qui nimis excreverat et ultra vires possessionum ejusdem Ecclesie quoad personas Conventus et officialium, et precariarum, que Leipting vulgariter nuncupantur, Nos in hac parte intendentes indemnitati dicti Monasterii providere, de consensu dne Wilburgis abbatisse, tociusque Conventus superioris Monasterii providere statuimus, firmiter et districte mandantes, ut deinceps nulla prebenda vel precaria in dicta Ecclesia conferatur, seu etiam concedatur, quousque numerus intolerabilis ad quinquagenarium numerum redigatur, et talis numerus, quinquagenarius videlicet in posterum nullatenus augeatur. In robur itaque Ordinationis superius jam expresse presentes Litteras confici placuit, et Sigillis, nostro videlicet et superioris Monasterii communiri. Actum anno domini 1273. Sabbato post Tiburtii.

*Duo Sigilla laesa adpendent.*

**Num. DLV. 1273. 10. Julii Ex Originali:**

Leo Epus donat Conventui Praedicatorum Ratisbon. aream in parte occidentali juxta Monasterium eorundem.

In nomine dni amen. Nos Leo miseratione divina Ratisponen. Eccleie Epus omnibus presens Scriptum intuentibus salutem in domino Ihu. Cum in amore virtutum dilectorum in Xpo fratrum predicatorum sancta jugitur delectetur humilitas, et cuncta sollicite refugiat, que pertimescit sibi aliquod fame vel consciencie illatura dispendium, dignum reputamus, ut eorum necessarium Eccleie dei, nobisque frequens ac devotum ministerium conferendo, que commoditatibus eorum expediunt, honoremus. Hinc est, quod tenore presencium declaramus, quod nos de communi consensu Reverendorum in Xpo confratrum nrorum dui Altmanni prepositi, Alhardi decani, ce-

terorumque Canonorum majoris Ecclesie Ratisbonensis qui debebant et poterant comode interesse, quandam aream in parte occidentali juxta domum Fratrum predicatorum sitam, illam videlicet, in qua ea, que nova domus appellatur, tam lapidea pro majori parte, quam lignea tota constructa est, habens a latere meridionali contiguam aream domus Chunradi nigri, ad nos et Ecclesiam Ratisponensem jure proprietatis pertinentem, contulimus in Xpo dilectis fratri Hugoni Priori, totique Conventui fratrum ordinis predicatorum Ratisponensium pure ac simpliciter post mortem fidelis nri Wolfgangi dicti de Schirling, qui aream predictam pro tempore vite sue possidet, titulo proprietatis perpetuo possidendam. In cujus donationis testimonium presentes Litteras ipsis dedimus Sigillorum appensione, videlicet nostri et capituli majoris Ecclesie Ratispon. munimine roboratas. Acta sunt liec anno dni 1273. VI. Idus Julii.

*Duo Sigilla integra adpendent.*

**Num. DLVI. 1273. 12 Jul. Ex Originali.**

Venditio omnis posteritatis et uxoris Hetzarii cujusdam facta ad Ecclesiam Ratisbon. ab Eberhardo de Neumberg.

Nos Heinricus dei gra Comes Palat. Reni, dux Bawarie presentibus profitemur, quod Eberhardus de Neumberch miles coram nobis et per nos vendidit et tradidit dno nro Heinrico venerab. Ratispon. Ecclesie Epo omnem posteritatem Hetzarii et uxoris sue, quondam officialis in Ergoltspach, sive proprietatis seu feodali titulo ad eum pertineant, et quocunque nomine seu Conditione ad ipsum pertinentes censeantur, ab Ecclesia Ratisponensi, cui se spondit auctoritatem i. e. gewerschaft prestatum libere possidendam, renuntians pro se et heredibus suis omni juri et actioni, quod ei in prefata uxore Hetzarii officialis et ab ea progenitis, et in posterum generandis competat, vel competere poterit in futurum In cujus rei testimonium presentes litteras Sigilli nri robore fecimus communiri. Datum Ratispone anno dni 1278. IIII. Id. Julii.

*Sigillum Ducis est avulsum.*



**Num. DLVII. 1273. 25. Aug. Ex Originali:**

Gregorius PP. X. concedit Ecclesiae cathedrali Ratisbon. in festo apostolorum principis, S. Petri indulgentias.

Gregorius Epus servus servorum dei, venerabili fratri Epo, et dilectis filiis Capitulo Ratisponensi salutem et aplcam ben. Licet is, de cuius munere venit, ut sibi a fidelibus suis digne et laudabiliter serviatur, de habundantia pietatis sue, que merita supplicum excedit et vota, bene servientibus multa majora retribuatur, quam valeant promereri, nichilominus tamen desiderantes reddere domino populum acceptabilem, fideles Xpi ad complacendum ei quasi quibusdam illectivis muneribus, indulgentiis scilicet et remissionibus invitamus, ut exinde reddantur divine gratie aptiores. Cupientes igitur, ut Ecclesia vestra, que in honore apostolorum principis est fundata, congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui Ecclesiam ipsam in festivitate predicta venerabiliter visitaverint annuatim, de omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi quadraginta dies de injuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. Datum Lugdun. VIII. Kal. Septembris, Pontificatus nostri anno tertio.

*Plumbum: Gregorius PP. X.*

**Num. DLVIII. 1274. 6. Jan. Ex Originali:**

Transactio Epi Leonis cum haeredibus Perhtoldi Memchovarii ob Curiam in Waibling ipsi impignoratam.

Nos Leo miseratione divina Ratispon. Epus, universis presentia inspecturis volumus esse notum, quod cum felicis memorie dnus Sifridus quondam Ratispon. Epus antecessor noster pro Ratispon. Ecclesie negotiis urgentibus obligasset titulo pignoris Curiam sitam in Waibling pro 26 tt. Rat. Berhtoldo de Memchoven seniori nunc defuncto, et idem Memchovarius eandem Curiam tanto tempore tenuisset, quod pro obligadonis titulo nomine feudi sibi in eadem Curia vendicasset, et propter hoc ipsum, dum vivebat, per subtractionem divinatorum ad vite sue terminum arctassemus, tandem eo universe carnis viam ingresso a suis heredibus recepimus cautionem,

quod secundum gratiam et jus nobiscum componerent ipsius heredes, quod tandem factum fuit sub hac forma, quod Ulricus filius Memchovarii supradicti, cui memorata Curia cesserat, cum bonis aliis in, sua hereditaria portione receptis a nobis 43 tt. den. Rat. recognovit dictam Curiam ad Ratispon. Eccliam absolute proprietatis titulo pertinere, et quia dictas 43 tt. sine magno dampno Ecclie in solutionis termino habere non potuimus, eandem Curiam de nrorum Consiliariorum juratorum consilio vendidimus Friderico militi dicto de Raeuzzing pro 43 tt. quas solvet Memchovario Ulrico predicto, et tenebit eandem Curiam emptionis titulo sine qualibet impetitione, quousque per nos vel Successores nros ab ipso, vel ab illis, quibus ipse 43 libras in Vita deputaverit vel in morte, reemimus pro pecunia supradicta. Ordinavit autem idem Fridericus dictam pecuniam Heinrico dicto de Chüngesawe et Wolfgango dicto de Trenbaech suis cognatis, si decesserit intestatus. Et quamdiu eandem Curiam tenuerit titulo supradicto, aut aliis deputaverit eandem Curiam vel 43 tt. superius nominatas, divina nullatenus subtrahentur, nec arctabuntur per Censuram Ecclcam occasione Curie sepius nominate. In cuius rei testimonium presentes litteras scribi fecimus et Sigilli nri robore communiri cum testibus subnotatis, et sunt hii: Gotfridus et Gerboto fratres minores, Heinricus cognomine paganus Can. Ratispon. Albertus capellanus, Chunradus notarii nri, Gozwinus Wallaer, Ulricus Pünchovaer, Sighardus de Eglolfsheim, Habordus de Sünching, Fridericus de Perg, Chunradus de Püberpach milites, Marquardus iudex noster in Teispach, Albertus de Sarching, Hermannus de Wisent, Paldwinus junior de Paerbing, Albertus de Awe, Fridericus dictus Pochstech et alii quam plures. Actum et datum Ratispone anno dni 1274. VIII. Idus Januarii.

*Sigillum Epi Leonis non nihil laesum adpendet.*

**Num. DLIX. 1274. 9. Maii. Ex Originali:**

Indulgentiae pro contribuentibus ad fabricam Ecclesiae Cathedralis Ratisbon. igne consumptae. Nos Chunradus dei gra Frisingensis Ecclesie Epus, omnibus presens scriptum intuentibus volumus esse notum, quod cum Ecclesia Ratisponensis casu fortuito ignis voragine funditus sit destructa, nec

sine auxilio fidelium et consilio salutari valeat reformari, auctoritate dni nri Ihu Xpi, et beatorum apolorum Petri et Pauli confifi suffragio omnibus elemosinas suas conferentibus et subsidium fabricam ad eandem, contritis et confessis 40. dies criminalium et centum venialium misericorditer relaxamus, dum tamen de dyocesani processerit Voluntate, presentibus usque ad consummationem operis valituris. Datum Lugduni in Concilio generali anno domini 1274. VII. Idus Maii.

*Sigillum Epi adpendet.*

*Hujusmodi Indulgentias concesserunt.*

*Conradus Archiepus Magdeburg. dd Lugduni 10. Maii 1274.*

*Epus Niwenburg. Fridericus Epus Merseburg. Petrus Epus Patav. Otto Epus Hildesheimensis, Bruno Epus Olmucens. Conradus Epus Argentin. Henricus Archiepus Trevir. Otto Epus Mindensis, Volradus Epus Halberstad. Wernhardus Epus Seccov. Epus Eystett. cum prioribus, dd. Lugduni, 16. Maii. 1274.*

*Fridericus Archiepus Salisburg. dd. Lugduni 23. Maii 1274.*

*Joannes Chimensis Epus dd. eod. Gundissalvus Archiepus Compestallanus, dd. eod. Sanctius Archiepus Tolletanus, dd. eod. Robertus Epus Nivern. dd. eod. Hermannus Epus Osiliensis, dd.*

*Lugduni 24. Maii 1274*

**Num. DLX. 1274. 26. Maii. Ex Diplomatario:**

Leo Epus Ratisbon. consentit, quod Adelheidis filia Friderici Burggrafii Norimberg;. Uxor Heinrici Comitis de Castel casu, quo illum sine filiis legitimis decedere contingat, in Villa forali Rietveld tanquam feudo Eccliae Rat. jure haereditario succedat.

Leo miseratione divina Ratisponensis Epus, universis presentes Litteras inspecturis salutem cum noticia subscriptorum. Laudabile est scripture testimonium, quod facta presentium transmittit noticie posterorum. Noverint itaque universi, quos nosse fuerit oportunum, quod nos ad preces et instanciam nobilis viri Friderici, Burggravii de Nurenberg consensimus et consentimus, quod in Villa forali de Rietvelden, quam idem dominus nobilis et progenitores ipsius ab Ecclesia nostra in feodum habere et habuisse dinoscuntur, si ipsum sine filiis legitimis decedere contingat, filia sua Alheidis, Comitissa de Castel, et Heinricus maritus ejusdem, et liberi eorundem, si quos an-

nunte domino in posterum ipsos habere contingat, jure hereditario succedant ac eandem Villam sibi retineant titulo feodali possidendam, utendam, fruendam, eorumque liberi cum pertinentiis suis, pascuis, aquis, omnique jure, quo prefatus nobilis, sui que antecessores ab Ecclesia nostra ipsam retroactis temporibus habuerunt: quod si forte nobilem prefatum Comitem, scilicet de Castel et uxorem ejus absque liberis decedere contingat, consentimus per presentes, quod ad heredes prefati Burggravii tunc sui proximiores feodum predictum perveniat sub forma superius expressa. Et ad hujus scripti evidentiam et robur indubitatum presens instrumentum eidem Burcgravio Sigilli nri munimine tradidimus communitum. Testes, et qui interfuerunt predictis, sunt hii, nobiles viri Comes Gotfridus de Senis, et Comes Emicho dictus der Wildgrafe, Heinricus de monte miles, et Ludwicus de Isenburg, et Canonici quidam ejusdem Ecclesie, et multi alii fide digni, Datum Lugduni anno domini 1274. VII. Kalendas Junii.

**Num. DLXI. 1275. 9. Martii. Ex Originali:**

Venditio duarum Curiarum in Kössnach.

Nos Leo miseratione divina Ratispon. Epus, universis presentes litteras inspecturis volumus esse notum, quod cum propter graves et diversas expensas, quas fecimus Lugduni in Concilio generali, et etiam in provinciali Concilio in Salzeburga, ac eundo ad illustrem dnum O. regem boem. pro liberandis nre Ecclesie possessionibus in Austria, quas idem dnu rex nris culpis nullatenus exigentibus fecerat occupari, demum et propter expensas non modicas, quas fecimus in Curia serenissimi dni R. Romanorum regis apud Nurenberch celebrata, cui nos oportuit solempniter Interesse, gravi debitorum essemus onere pregravati, Nos ab hmoi debitis saltim in parte cupientes nos et nram Ecclesiam relevare, de consilio nri Capituli et consensu ac consiliariorum nostrorum specialiter juratorum vendidimus Ulrico Hachenbergerio genero dilecti fidelis nri Heinrici de Paumgarten duas Curias in Cheszna pro 52 tt. Ratispon. pro quibus bone memorie Epus Sifridus predecessor noster predictas Curias nre Ecclesie comparavit, que ad plus 6 tt. Rat. singulis annis solvunt, reservata tamen nobis et nris Successoribus potestate, ipsas Curias, quandocunque voluerimus, circa festum purificationis B. M. V. reemendi, hoc adjecto,

quod si predictus Ulricus decesserit, quod absit, heredes ipsius decedent in predictis Curiis eo jure, quo ipse possidet, quousque per nos et Successores nros reempte fuerint ab eisdem. In cujus rei testimonium presentes litteras sibi tradidimus nri et Capituli nri Sigillorum munimine roboratas. Datum Ratispone anno dni 1275. VII. Idus Martii.

*Duo Sigilla adpendent.*

**Num. DLXII. 1275. 12. Maii. Ex Originali:**

Indulgentiae a Leone Epo Ecclesiae collegiatae ad veterem Capellam concessae.

Nos Leo miseratione divina Ratisponen. Epus, universis presentes litteras inspecturis volumus esse notum, quod nos ad devotionem excitandam omnibus Xpi fidelibus corde contritis et confessis, qui in die beati Servacii et per octavas ejusdem Eccliam B. M. Veteris Capelle causa devotionis duxerint visitandam, de omnipotentis dei misericordia et beatorum aplorum Petri et Pauli auctoritate confisi 40. dies criminalium, et 80. venialium de injuncta sibi penitentia in dno misericorditer relaxamus. In cujus rei testimonium presentes litteras Sigillo nro jussimus communiri. Datura Ratispone anno dni 1275. quarto Idus Maii.

*Sigillum Epi adpendet.*

**Num. DLXIII. 1275. 18. Maii. Ex Originali:**

Indulgentiae ab Epo Ratispon. eidem Ecclesiae veteris Capellae concessae.

Leo miseratione divina Ratispon. Epus, universis Xpi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium salvatore. Licet is, de cujus munere venit, ut sibi a fidelibus suis digne et laudabiliter serviatur, in sanctis suis secundum sacre scripture testimonium honoretur, tanto tamen specialiori affectu sue genitricis prosequitur servitores, quanto eam gratiarum prerogativis pre aliis sublimavit. Cum igitur Ecclesia sce Marie veteris Capelle Ratispon. reliquiarum multitudine, specialiter tamen patrocinio beate Marie Virginis illustrata sub spe promerende indulgencie a Xpi fidelibus devotius frequente-

tur, Nos ad devotionem hmoi excitandam omnibus Xpi fidelibus corde contritis et confessis in festivitibus Nativitatis dni, Resurrectionis dominice, Ascensionis et Pentecostes, ac in festivitibus ipsius Virginis gloriose, ac Patronorum altarium ipsius Monasterii, nec non in dedicatione ipsius Ecclesie, limina Sanctorum ibidem devote visitantibus 40, dies criminalium et 80. venialium de injuncta sibi penitentia in dno misericorditer relaxamus, indulgentias quoque ab aliis quibuscunque Epis concessas ratas habemus et eas robor debitum volumus obtinere, presentibus per questuarios minime deferendis. In cujus rei testimonium presentes litteras Sigillo nostro jussimus communiri. Datum Ratispone anno dni 1275. XV. Kalend. Junii.

*Sigillum Epi appendet.*

**Num. DLXIV. 1275. 8. Junii:**

Cum Monasterium Nideraltacense, — ad quod spectat Jus patronatus parochialis Ecclesiae in Mindraching, — advocatiam ejusdem Ecclesiae ab Ulrico dapifero de Ekkmül redemisset pro certa pecunie quantitate, et Ulricus de Dornberch Decanus Ratisponensis, ac Rector dictae parochialis Ecclesiae in Mindraching eandem Summam solvere non posset, Leo Epus Ratispon. concedit, ut eadem Ecclesia in proxima sui Vacatione Monasterio Altahensi in 15 tt. maneat obligata, et cum onere talis debiti ad eum transeat, qui tunc in ea fuerit institutus. Datum Ratispone anno Domini 1275. sexto Idus Junii.

*Mon. Boic. XI. 251.*

**Num. DLXV. 1275. 24. Jun. Ex Originali:**

Leo Epus Ratisbon. concedit Eccliae fratrum Praedicatorum Ratisbon. Indulgentias, ac ab aliis Epis obtentas confirmat.

Leo miseratione divina Rat. Eccleie Epus. Dilectis in Dei filio abbatibus, prepositis, archidyaconis, decanis, plebanis ac Vicariis universis sue Dioces. salutem in dno Ihu. Si effectum doctrine advertimus aplice, qua monemur, ut honore nos invicem debeamus prevenire, profecto invenimus, quod in dando plus accipimus, quam prestemus, quia dum

ad alios liberalitatis nre munificenciam extendimus et honoris, munificencia ipsa cum fructu gratiarum ad erarium nrum redit. Cum igitur dilecti in Xpo fratres Ordinis predicatorum, qui contemplacioni celestium ferventius invigilant, et pie Vite studio sine intermissione insudant Ratispone degentes, Oratorii sui angustia impediti, necessarium Eccleie dei ministerium hiemali tempore, ac et pluviali in estate non valeant adimplere, sed cogantur ad proponendum dei Verbum ad aliena et diversa ejusdem Civitatis se transferre monasteria, officinarum quoque sue religioni necessariarum gravem admodum defectum sustineant: Nos qui benivolo favore pium eorum propositum prosequi intendimus, ad exstruendum Oratorium juxta morem ordinis manum adposuimus adjutricem. Universitatem itaque vestram commonentes et Karitatem intime suscitantes, ac in remissionem peccatorum vestrorum, nec non culparum contractarum ex divini cultus, horarum canonicarum ac pastoralis sollicitudinis negligencia vobis districtius injungimus per presentes, quatenus de bonis a deo vobis collatis ad consummanda predicta pias ipsis largiamini elemosinas, et subjectum vobis populum ad eroganda grata Karitatis subsidia publicis exhortacionibus, secretis consiliis et testamentorum ordinacionibus inducatis. Ut autem huic salubri negotio operam adhibere videamur efficacem, de omnipotentis dei misericordia, et gloriosissime genitricis sue perpetue Virginis Marie meritis, imo et beati Petri apli et beati Wolfkangi Epi et Confessoris ejus meritis confisi omnibus, qui predictis fratribus predicatoribus pro Consummatione operis jam cepti manum porrexerint adjutricem, 80. dies criminalium et annum venialium de injuncta ipsis penitencia misericorditer relaxamus, ratas nichilominus habentes circa populum nobis subjectum confratrum et Eporum nostrorum, quorum dioceses sepe dicti fratres ad seminandum dei Verbum ingrediuntur, indulgencias, si quas ipsis duxerint in dno concedendas. Insuper ratas habemus circa subditos nros, si qui fratribus predictis suas elargiti fuerint elemosinas, Indulgencias Eporum subscriptorum ipsis in Concilio Lugdunensi nobis ibidem existentibus concessas, quas ad hoc, ut vobis plenius innotescant, litteris presentibus duximus inserendas, a venerabili fratre nro dno Heinrico Treverensi Archiepo 40. dies criminalium et 80. venialium, ab Epo Chimensi 40. dies criminalium et 80. venialium, a fratre Alberto quondam Epo Rat. 40. dies criminalium et 80. venialium, a fratre Guidone Epo Claromonten. 40. dies criminalium et 80. venialium, a fratre Titerico Epo Faventino 40, dies criminalium et 80. venia-

lium, a fratre Ottone Epo Mindensi 40. dies criminalium et 80, venialium. Datum Ratispone anno dni 1275. VIII. Kal. Julii.

*Sigillum integrum Epi adpendet.*

**Num. DLXVI. 1275. 14. Aug:**

Leo Epus Ratispon. confirmat donationem Juris patronatus et praedii in Semerskirchen (ubi Comites de Roteneck in domino sunt tumulati,) Coenobio Rorensi factam a Meinhardo Comite de Roteneck, et filio ejus Henrico archidiacono Rat. cum obligatione adjecta, ut pro Meinhardo dicti Meinhardi patre p.m. et dicto Meinhardo ipso, si decesserit ex hac Vita, anniversarius celebretur, et duae Scaffae siliginis in panes redactae, similiter carnes pro 1/2 tt. denar. Rat. comparatae inter pauperes et egenos distribuantur. Datum Ratisponae anno Domini 1275. in Vigilia Assumptionis beatae Virginis.

*Mon. Boic. XVI. 141.*

**Num. DLXVII. 1275 18. Aug. Ex Originali:**

Donatio Curiarum Roneg et Reut facta Capitulo cathedrali Ratisbon. per Comites de Roteneck. Nos Altmannus prepositus, Heinricus archid. Ratispon. Minhardus et Gebhardus Comites de Roteneck, universis presentia inspecturis volumus esse notum, quod nos affectam, quem circa Ratisponen, habemus Eccliam, volentes refluere aliquomodo in effectum, ad salutem etiam utriusque hominis ampliandam, Curias nras Roneg et Reut cum dimidia parte feodi thelonearii et dimidia parte Judicii fori ejusdem, silvis, Burchstallis, et omnibus bonis, cultis et incultis, quesitis et inquirendis, que in eodem foro nos contingebant, et Curias Raetershausen et Chatzbach communi voluntate, consilio et consensu dedimus prelibato Capitulo Cathedralis Ecclesie Ratispone, renuntiantes omni juri, quod nobis in eisdem bonis competeat vel competere videbatur. Item nos Minhardus et Gebhardus presentibus specialiter profiteamur, quod absolvimus et absolutam pronuntiamus libram denariorum Curie in Petzmoz, quam Ulricus cognomine Grillo et pater suus se a nobis asserebant possidere titulo feodali, ita quod



nulla exactio pretextu talis impetitionis fiat de cetero in eadem. In cujus donationis et  
absolutionis testimonium presentem litteram scribi fecimus et Sigillorum nrorum robore communitam.  
Dat. Ratispone anno dni 1275. in die Agapiti.

*Quatuor Sigilla adpendent: Sigillum Comitum Minhardi est equestre.*

**Num. DLXVIII. 1275. 5. Decembris. Ex Diplomatario.**

Fridrichs von Sigenhoven Vermächtniss von 2 tt. jährlichen Zinses zum deutschen Hause in  
Regensburg auf die Lebzeit seines Vaters.

Ich Friderich von Sigenhoven vergihe und tu chunt allen den, di disen brif ansehen oder horen, daz ich  
dem Orden des teutschen Hauss von Jerusalem hab geben alle Jar, diweil mein Vater, pruder Hainrich  
von Sigenhoven lebt, 1 tt. Geltes auz dem Zoll zeRegenspurch, und 1 tt. Geltes auz dem Spital; und in  
welchem Haus mein egenannter Vater wohnhaft ist, da sol der Commenthur derselben 2 tt. Geltes  
genzlichen und gar gewaltig sein, damit ze tun und ze lassen, waz er wolle, doch daz er meinem Vater,  
wan er ein chrancher Mann ist, nach seiner Beschaidenhait desto tröstlicher und hilflicher sei an aller  
seiner Notdurft, wan er seiner wol bedarf, und wan mein vorgeschribner Vater, pruder Hainrich nicht  
mer en ist, so sollen diselb 2 tt. Geltes an mich und mein Erben wider gevallen on allen Chriech und on  
all Ansprach. Daz im daz also stät und unzerbrochen beleib, gib ich im disen brief versiegelten mit  
meinem Insigel. Dez sind Gezeugen bruder Gottfrid von Stauph, bruder Konrad der Muschopf, bruder  
Wernhart der Probst, hr Konrad von Satelpogen, hr Hermann von Lichtenberch u. a. erber Leut. Daz ist  
geschehen, da von Christes Gepurt waren 1275 Jar, an sant Niklas Abent.

**Num. DLXIX. 1276. 26. Februarii. Ex Originali:**

Provisio de Ecclesia in Hofkirchen.

Nos Ulricus de Dorenberch dei gra decanus Ratispon. Ecclesie, Henricus de Rotenekke archidiaconus,  
et Gundakarus scolasticus ejusdem Ecclesie universia presentes litteras inspecturis volumus esse

notum, quod cum Capitulum nostrum pro bono pacis et concordie super facienda provisione de Ecclesia in Hofchirchen, que ex morte Berhtoldi de Oberndorf felicis memorie vacare ceperat, in qua etiam Ecclesia idem Capitulum jus obtinet patronatus, in nos tanquam in arbitros contulisset unanimiter et concorditer vota sua: nos accedente auctoritate et consensu venerabilis patris et dni nostri Leonis Ratisponen. Epi, ordinationem et provisionem de prenotata Ecclesia faciendam duximus in hunc modum; statuimus enim ex nobis tradita potestate, quod ... diaconus filius quondam Officialis nostri in Hofchirchen presentari debeat ac institui pro perpetuo Vicario in Ecclesia memorata sub onere consueto, sex solidorum scilicet, qui solvi pro assignatione clavium consueverunt, ita, quod idem Vicarius post completum terminum, qui a festo purificationis nuper preterito incepit, et tam pro restauratione nostre fabrice, quam pro solvendis debitis supradicti Berhtoldi de Oberndorf dilecto confratri nostro Rulando quinque libras Ratispon. in omnem eventum persolvat annis singulis de proventibus ipsius Ecclesie terminis constitutis, videlicet in festo Egidii duas libras, in festo Michaelis unam libram, et in Nativitate Domini duas reliquas nomine pensionis, in qua solutione si fuerit negligens vel remissus, quantum ad terminos, qui faciende solutioni pensionis sunt superius pretaxati, solvet sine qualibet excusatione nostre fabrice duas libras, et ipsi Rulando tenebitur nichilominus hoc non obstante ad integram pensionem. Verum si predictum Rulandum cedere vel decedere, quod absit, continget, vel etiam ad pinguius beneficium, quod ad minus decem libras persolvat, quomodolibet pervenire, volumus et ordinamus, ut ex tunc cesset ordinatio, quam circa ipsum Rulandum in hmoi fecimus pensione, et ipse sine contradictione cedet omni juri, quod sibi ex nostro arbitrio in perceptione 5 librarum fuerat acquisitum, ita, quod beneficium pensionis predictarum 5 librarum videlicet ad officium diaconi, qui cantando et legendo Choro nostro deserviat, perpetuo pertinebit, qui etiam diaconus ad hoc Officium et beneficium per Capitulum eligitur. In cujus rei testimonium presentes litteras confici placuit, et Sigillo Dni Epi, nec non Sigillo nostri Capituli roboratas. Acta sunt hec anno Domini 1276. V. Kalendas Martii.

*Duo Sigilla valde laesa adpendent.*

**Num. DLXX. 1276. 8. April. Ex Originali:**

Leo Epus confirmat Monasterio inferiori donationem novalium ab Epo Conrado factam.

Nos Leo miseratione divina Ratispon. Epus universis presencia inspecturis volumus esse notum, quod cum felicis memorie noster predecessor dnus Chunradus Epus in recompensacionem dampnorum illatorum tempore guerre ac discordie, quas idem Chunradus Epus habuit cum illustri duce Bawarie, Eccleie inferioris Monasterii Ratispon. decimas novalium de possessionibus non transfeodatis, et de illis possessionibus tantum, quas nullo possident mediante, runcatis et runcandis in posterum contulisset, prout in privilegiis super hoc confectis plenius continetur, et insuper venerabilis abba dna Gerdrudis et Conventus ejusdem Monasterii nobis exhiberent privilegia Confirmacionis a Sede Aplca sibi data de perceptione hmoi novalium decimarum: Nos hoc attendentes de Consensu Capituli Ratispon. et Consiliariorum nrorum unanimi Voluntate gratiam hanc a dno Chunrado predicto factam ipsi Ecclesie sive Monasterio, et a Sede Aplca confirmatam innovavimus, ratam eam habentes et auctoritate presencium defectum, si quis in hmoi privilegiis est, supplentes, ita tamen, quod si abba predicta, vel quecunque pro tempore fuerit, de assensu dicti Conventus quemquam de ipsis decimis infeodaverit, obligaverit, aut modo alio alienaverit totam vel partem, hoc vires non habeat, et ipsa abba et Conventus ipso facto cadant a jure, si quod habeant vel habere in eisdem decimis se sperabant; volumus enim, ut fructus ipsarum decimarum in supplementum prebende ac subsidium Conventui prenotati Monasterii debeant solummodo remanere, non expendi per abbam, que pro tempore fuerit, in usus alios vel converti. In cujus rei testimonium presentes litteras Sigillorum, nri videlicet et Capituli nri, nec non abbe et Conventus predictorum munimine placuit roborari. Datum Ratispone anno dni 1276. Idus Aprilis.

*Quatuor Sigilla adpendent.*

**Num. DLXXI. 1276. 14. April. Ex Originali:**

Bruno de Brennberg offert Castrum suum Brennberg Ecclesiae Ratisbon. in feudum.

Nos Leo miseracione divina Ratisponen. Epus, Universis presentia inspecturis volumus esse notum, quod dilectus in Xpo frater noster Bruno de Brennberch Eccleie nre Canonicus habito sano consilio, volens clericus remanere, pro remedio anime sue ac progenitorum suorum partem proprietatis Castri in Brennberch cum parte altera, que feudum ab Ecclia nra fuit, et omnia alia feuda, que progenitores sui a Ratispon. Ecclia feudali titulo hactenus tenuerunt, et que a nobis in feudum receperat idem Bruno, ad honorem Virginis gloriose ac beati Petri nobis et Ecclie nre pure et simpliciter resignavit, ita, quod ipsum Castrum feudali titulo, et predictorum feudorum possessionem cum omni utilitate tenebit, excepto dapiferatu cum suis pertinentiis, pro tempore Vite sue. Dilectus etiam in Xpo frater noster Heinricus de Rotenek Eccleie nre Archidyaconus, et Chunradus de Erenvels ministerialis Eccleie nre Castellanos et Turnarios in ipso Castro nomine Ecclie nre locabunt ad conservandum predictae Ecclie nre fideliter ipsum Castrum, qui tamen eidem Brunoni in omnibus obedient et intendent, que Ecclie nre nociva non fuerint seu dampnosa, proprii etiam homines ipsius Brunonis, quamdiu pacifici fuerint et quieti, ac utiles Ecclie nre et etiam ipsi Brunoni, ad ipsum Castrum habeant refugium, et in jure suo ibidem pro viribus tuebuntur. Nos quoque ipsius Brunonis devotione pensata, quam ad Nos et Eccliam nram habet, de consilio Consiliariorum nostrorum specialiter juratorum proventus duarum prebendarum sibi obtinebimus nomine precario in Ecclia Cathedrali, que laicis vendi solent. Si vero proventus duarum prebendarum obtinere non poterimus, unius saltem prebende proventus obtinere laborabimus bona fide. Verum si neutrum illorum obtinere poterimus, de possessionibus Ecclie nre ad consilium predictorum Heinrici Archidyaconi, et Chunradi de Erenvels tantum sibi deputabimus, quantum de ipsis prebendis, si ambas non obtinuerimus, vel de una, si unam nequiverimus obtinere, percipere singulis annis possit, trecentas etiam libras eidem tenemur persolvere, quarum centum sibi persolvimus in presenti, alias vero ducentas infra festnm purificationis beate Marie Virginis venturum proximo eidem persolvemus, vel pro eisdem possessiones Ecclie nre sibi deputabimus ad Consilium predictorum Heinrici archidyaconi et Chunradi de Erenvels, sed hoc in ipsius Brunonis residet optione, utrum possessiones velit recipere, vel pecuniam nu-

meratam, de quibus videlicet possessionibus in morte vel in vita ordinandi et disponendi, prout voluerit, habebit liberam potestatem, ita tamen, quod nos et nri Successores possessiones, si receperit pro ducentis libris, possimus reemere, quando placet, fructus etiam prebendarum predictarum et redditus possessionum, quos eidem pro ducentis libris debemus deputare, ad Consilium sepedictorum H. archidyaconi et C. de Erenvels refundere tenebimur isto anno. De propriis vero suis hominibus et bonis disponendi amicis suis, et in remedium anime sue habebit et habet liberam facultatem, prout ei videbitur expedire, alia penes Eccliam nram, secundum quod ei dnus inspiraverit, remanebunt; preces etiam ipsius Brunonis rationabiles quantum ad feuda sua, que ab Ecclia nra tenet, gratiose tenebimur exaudire. Nos etiam una cum Ministerialibus et fidelibus Ecclie nre ipsi prestabimus Consilium et auxilium debitum, in quantum possumus, quod emenda a Civitate Ratispon. sibi fiat de occisione fratris sui, et hominum suorum, et de dampnis suis hominibus a Civibus Ratispon. irrogatis; et si inter nos et ipsum Brunonem de prestando hmoi auxilio questio oriatur, ista per prefatos H. archidyac. et C. de Erenvels decidetur. Ad hec etiam eidem Brunoni refundemus, si qua de bonis suis seu feudis, que ab Ecclia nra tenet, dnus Henricus illustris dux Bawarie occasione hmoi occupabit, et de eisdem bonis nomine Ecclie nre intromittere nos debemus. Procurabimus etiam, in quantum possumus, sepefato Brunoni de Henrico de Boumgarten justitiam exhiberi. Insuper si tandem Brunonem continget, quod absit, casu fortuito laicare, prelibati Henricus archidyac. et Chunradus de Erenvels Castrum Brennberch in sua tenebunt potestate, quousque uxorem de familia Ecclie nre ducet, et tunc ipsum Castrum cum dapiferatu et suis pertinentiis, et aliis feudis, que ab Ecclia nra tenet, ad ipsum libere revertentur, et nos et nri Successores a prestatione fructuum prebendarum vel prebende, et aliis precariis liberi erimus et immunes, et possessiones, sique pro dicta pecunia sibi deputate fuerint, ad nos seu Eccliam nram similiter revertentur. Si vero pecuniam numeratam receperit, nobis et Ecclie nre refundet ad consilium predictorum H. archidyac. et Ch. de Erenvels, ita, quod de parte proprietatis Castri, quam Ecclie nre dedit, compensatio competens sibi fiat. Ceterum si uxorem extra familiam Ecclie nre duxerit quocunque tempore, sepenominati H. archidyac. et Ch. de Erenvels Castrum in Brennberch in sua retinebunt tamdiu potestate, donec nobis et Ecclie nre de trecentis libris fuerit satisfa-

ctum, compensatione partis proprietatis ejusdem Castri, ut prediximus, prius facta. Verum si ab Ecclia nra diverterit, postquam Castrum in sua fuerit potestate, de trecentis libris nos nrique Successores respectum habebimus ad eundem. Ajectum est etiam, ut si Castrum sepius nominatum quocunque casu amissum fuerit eo tempore, quo predicti H. archid. et C. de Erenvels in sua potestate tenent, ex hoc nullum dampnum recipiet dictus Bruno. Nos etiam de Burchhuta ipsius Castri, quamdiu in predictorum H. archid, et C. de Erenvels fuerit potestate, sine dampno prelibati Brunonis tenebimur providere: matri etiam ipsius Brunonis duas libras Ratispon. monete annis singulis, quoad vixerit, persolvemus. Additum est insuper ad cautelam, quod si alterum predictorum H. videlicet archid. vel C. de Erenvels decedere, quod absit, contigerit, superstes in locum ejus, qui decessit, alium subrogabit, et sic deinceps curret substitutio hmoi usque ad completionem negotii antedicti. Et ut hec omnia rata permaneant, et suis temporibus observentur, dedimus et constituimus fidejussores nros dilectos in Xpo fratres, dnum Altmannum prepositum, dnum Ulricum decanum, magrum Ulricum thesaurar. et Heinricum de Rotenek archidiacon. et plebanum, qui nunc sunt et pro tempore fuerint nre Eccleie Cathedralis; laicos vero dilectos fideles nros Chunradum de Erenvels, Chunradum de Hohenvels, vel qui pro tempore tunc fuerit pincerna, Hawordum de Sünching, vel qui fuerit tunc marscalcus, et Ulricum de Pünchoven, et si alter predictorum, videlicet Erenvelsarius vel Pünchovarius decesserit, ex parte Eccleie nre alius fidejussor subrogabitur loco sui. Verum si premissorum aliquod tempore debito non fuerit adimpletum, unus ex Canonicis Eccleie nre, et unus ex fidelibus nris, qui tunc per ipsum Brunonem admoniti fuerint, extra domos suas super dampnum nrum nomine obstagii se recipient Ratispone vel in alio loco competenti, et cum per 14 dies sic se receperint, alii duo hiis dimissis liberis et solutis, se modo recipient supradicto. In cujus rei testimonium atque robur presentes litteras Sigillorum, nri videlicet et Capli nri, ac predictorum dni Altmanni prepositi, dni Ulrici decani, magri Ulrici thesaur. Heinrici de Rotenek Archidyaconi, et Chunradi de Erenvels, Chunradi de Hohenvels, Hawordi de Sünchingen, et Ulrici de Pünchoven, nec non ipsius Brunonis munimine duximus roborandas. Dat. Ratispone, anno dni 1276. XVIII. Kal. Maii.

*Octo Sigilla integra adpendent, isto Hawordi de Sünching avulso. Sigilla Erenvelsarii et Hohenvelsarii sunt equestria.*

**Num. DLXXII. 1276, 30. Augusti. Ex Originali.**

Ordinatio Capituli Cathedralis Ratisbon. quod nullus ad Capitulum admittatur ante plenam fructuum perceptionem.

Nos Altmannus dei gracia prepositus, Ulricus decanus, totumque Capitulum Ratisponen. Ecclesie, universis Xpi fidelibus salutem in dno sempiternam. Cum juxta canonicas Sanctiones consuetudinis ususque longevi non sit vilis auctoritas, et plerumque discordiam pariant novitates in tantum, quod preterita malorum exempla cautelam suadeant in futurum, et frequenter novis morbis oporteat nova antitoda preparari: Nos cupientes antiquorum Patrum vestigiis pro virribus inherere, quorum terminos positos absque reatu transgredi posse non credimus, quos, si non fallit sapiencia Salomonis, accepisse constat sue compositionis in sancto spiritu fundamentum, provida deliberacione prehabita et consilio diligenti de communi Voluntate nri Capituli et assensu sub religione prestiti Sacramenti duximus firmiter statuendum, et inviolabiliter observandum, ne aliquis cujuscunque etatis, status seu condicionis existat, qui de novo in consortium nrum eligitur, ante plenam perceptionem prebende sue in fratrem Capituli admittatur, ita, quod tunc demum super receptione sua ad Capitulum duorum confratrum suorum potest gratiam juxta approbatam consuetudinem implorare, cum plenam perceptionem fructuum seu proventuum prebende sue fuerit assecutus. In cujus rei testimonium presentes litteras confici placuit, et Sigillo nri Capituli communiri. Acta sunt hec anno dni 1276. tertio Kal. Septembris.

*Sigillum Capituli integrum adpendet.*

**Num. DLXXIII. 1277. 10. Jan. Ex Originali:**

Varia bona Epatus Ratisbon. in Austria sita dantur in feudum Leutoldo et Heinrice de Chunring ac aliis.

Nos Leo miseratione divina Ratispon. Epus universis presentes litteras inspecturis volumus esse notum, quod cum vir strenuus Albero dapifer de Velsperch unum Luz, qui incipit sub Castro Velsperch (in Austria) et protenditur usque in fluvium Tey sub castro Heidberch et ex alio latere ascendendo, cum omnibus bonis, cultis et incultis,

quesitis et inquirendis, silvis, pascuis, pratis, molis, molendinis, aquis, aquarumque decursibus, viis et inviis in terminis ipsis sitis, a Ratisponensi Ecclia tenuisset titulo feudali, et idem Luz cum omnibus bonis predictis ceperit nobis et Ecclie nre vacare per mortem dapiferi supradicti, Nos considerata devotione et fidelitate, quam Leutoldus et Heinricus fratres de Chunring, ac Ulricus de Pilichdorf ad nos et Eccliam nram habent, pensatis etiam eorum fidelibus servitiis, que nobis et Ecclie nre exhibent et exhibere poterunt in futurum, ad magnam ipsorum instantiam et diligentem ipsum Luz cum omnibus bonis superius nominatis eisdem, Leutoldo videlicet et Heinrico fratribus de Chunring ac Ulrico de Pilichdorf, nec non uxoribus eorundem et Geisele, filiabus bone memorie dapiferi prenotati liberaliter contulimus titulo feudali, reservatis tamen nobis et Ecclie nre ipsorum accedente beneplacito et consensu sedecim feudis vel saltim quindecim, si haberi sedecim non poterunt in Luz superius jam expresso, que nobis et Ecclie nre deservire debent in perpetuum cum omni jure et utilitate libere et solute. Si vero sedecim feuda in ipso Luz haberi non poterunt absoluta, quindecim nobis et Ecclie nre in eodem Luz, ut prediximus remanebunt et ipsi sextum decimum superaddent de bonis suis, ubicunque in Austria duxerimus eligendum: predicta etiam feuda, que nobis et Ecclie nre remanent in silvis, pascuis, pratis, gaudebunt omni jure, utilitate ac libertate, que in predicto Luz hactenus habuerunt. Adjectum est etiam, quod si predicta 16. feuda infra dies quindecim, postquam dictorum bonorum adepti fuerint possessionem, nobis et Ecclie nre non fuerint, ut tractatum est, libere assignata, quilibet predictorum, videlicet Leutoldus et Heinricus Fratres de Chunring et Ulricus de Pilichdorf unum militem Wienne nomine obstagii pro se mittet, qui abinde non sunt aliquatenus exituri, donec predicta sedecim feuda nobis et Ecclie nre fuerint precise et libere assignata. In cujus rei testimonium et perpetuam roboris firmitatem presentes littere Sigillorum, nri videlicet, et predictorum Leutoldi et Heinrici fratrum de Chunring, qui in presenti tractatu uno tantum Sigillo utuntur, nec non Ulrici de Pilichdorf sunt munimine roborare. H. r. t. sunt: Heinricus Marscalcus de Weitra, Erchengerus de Landesere, Chunradus de Potendorf, Heinricus dictus Huntel, Otto de Haselowe, Otto de Perhtoldstorf, ... de Howenvelde, Otto de Putten, Otto de Ruspach, Otto asinus, Albero et Otto de Rastenberch, Heinricus de Staine, Marquardus de Zinzendorf, Fridericus de Hausekke, Hermannus de Schönleite, Arnoldus



plebanus de Pechlarn, Chunradus et Bertholdus notarii nri, Fridericus dictus Veselaer, Wernherus dictus Haeuzzo Cives Ratispon. Eberhardus Judex in Pechlaren, Wolfhardus officialis in Ruste, Gewolfus Cives Tulnen. et quam plures alii fide digni. Datum et actum Wienne anno dni 1277. IIII.. Idus Januarii.

*Tria Sigilla integra adpendent.*

**Num. DLXXIV. 1277. 18. Jan. Ex Originali:**

Sententia Principum, quod infeodationes ab Epis sine consensu suorum Capitulorum factae irritae sint censendae.

Rudolfus dei gra Rom. Rex semper augustus, Universis imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis salutem, cum noticia subscriptorum. Ad universitatis vre noticiam cupimus pervenire, quod existentibus nobis feria secunda ante Conversionem sci Pauli anno dni 1277. Indictione V. in domo fratrum minorum apud Wiennam, ac assidentibus nobis venerabilibus infrascriptis Principibus, ad instantiam ven. H. Trident. Epi in communi fuit sententia requisitum, an Archiepus vel Epus irrequisito Capituli sui Consensu posset aliquem infeodare de novo, et an infeodatio, si taliter fuerit ordinata, roboris debeat firmitatem habere ? et plena super hiis deliberatione habita, est ab ipsis Principibus Ecclcis, quam secularibus, aliisque Nobilibus communiter et sententialiter diffinitum, quod hmoi infeodatio a principe et prelato Ecclco fieri non valeat, et si facta est hactenus, vel in posterum adhuc fiet, nullius esse debeat firmitatis. Nos autem sententiam hmoi, utpote rationabiliter promulgatam adprobantes, eandem auctoritate Regia confirmamus. Hii vero sunt principes et Nobiles alii, per quos eadem sententia extitit promulgata : Ven. Fridericus Salzburgen. Archiepus, Bertholdus Babenberg. Leo Ratispon. Petrus Patavien. Chunradus Frising. Henricus Trident. Dietricus Gurcen. Johannes Chymen. Wernhardus Seccov. Epi, Ludwicus Comes palat. Reni, dux Baw. Minhardus Tirolen. Fridericus Burcgravius de Nürenberch, Hugo de Werdenberch, Fridericus de Leining, Ulricus de Haeunnburch, Heinricus de Pfannberch, Eberhardus de Chatzenelpogen Comites, et alii quam plures. In cujus rei testimonium Majestatis nre Sigillum presentibus est appensum. Datum Wienne anno, die, et Indictione predictis, regni vero nri anno quarto.

*Sigillum majestat. adpendet.*

**Num. DLXXV. 1277. 13. Jun. Ex Originali:**

Mundiburdium Epo Ratisbon. quoad possessiones quasdam in Austria a Rege Rudolpho concessum. Rudolfus dei gra Romanorum Rex, semper augustus, omnibus in perpetuum. Licet ex Officii nri debito, cui Regalis munificentia est annexa, sacri Imperii Principibus et Eccliis teneamur ad promotionis gratiam et conservationem jurium, que eisdem competere dinoscuntur, illis tamen, qui se suaque studia sic disponunt, ut nobis et Imperio gratis obsequiis se exhibeant, benivolos et paratos recognoscimus nos teneri munificentia largiori. Cum itaque dilectus Princeps noster Leo venerab. Ratispon. Epus intentionis sue aciem ad hoc tendat, ut nobis et Imperio se reddat utilem et obsequiosum, ipsum et Eccliam suam non tantum in suis juribus, sed specialis gratie incremento prosequi volumus et favore: et quia predicti Epi predecessores ec Ecclia Ratispon. possedissee dicuntur diutius Villam Horgensee in Marchvelt, et jus patronatus Ecclie in Michelhusen juxta Rust, et forum Celle cum possessionibus in Honichperch et Curiam dictam Agsthoven in Ridmarchia cum suis pertinentiis, quousque per Illustrem Regem Boemie Otakarum preter justitiam sunt privati, licet quidam asserant, quod non de jure, sed per negligentiam dicti Regis Boemie ad possessionem Ratispon. Ecclie prescripte possessiones fuerant devolute: Nos tamen favorem et gratiam per Regiam munificentiam negligentie, si qua fuit, preferentes, recognoscimus dictas possessiones pro 120 tt. redditibus Wiennensis monete deinceps ad Ratispon. Eccliam, et Epum, qui pro tempore fuerit, liberaliter pertinere, et ipsis liberas et absolutas sine impedimento quolibet assignamus, tradimus et donamus, et Imperialis majestatis robore confirmamus, immo tanquam Ratispon. Ecclie proprietatis titulo attinentes relinquimus difficultate qualibet relegata. Et ut predicta nra liberalitas per dictum Epum recipiat repensivam, idem Epus karissimus liberis nris Alberto, Hartmanno et Rudolfo et ipsorum heredibus masculini sexus legitimis feoda contulit, que principes Austrie, Styrie, Karinthie, Carniole, Marchie, Egre, et Portusnaonis a Ratispon. Ecclia hactenus tenuerunt; Nos quoque quamdiu vixerimus conservatores erimus et defensores in eisdem feodis nrorum liberorum superius expressorum, et discedentium ex eisdem, legitimorum videlicet nec non masculorum, quibus deficientibus dicta feoda ad Ratispon. Eccliam libere revertentur. Adjectum est etiam, quod quecunque feuda Ratisponensi

Ecclie vacaverunt ex morte Comitum, Nobilium, Ministerialium et quorumcunque aliorum hominum, remaneant Ratispon. Ecclie et ad ipsam integraliter devolvantur, ad hec enim Epo Ratispon. Ecclie nos et liberi nri prestabimus auxilium et favorem, et faciemus exhiberi de occupantibus justicie complementum, et in predictis bonis nos et nri liberi dictum Epum et suam Eccliam tanquam bona propria nichilominus defendemus, nec permittemus offendi vel inferri injuriam in eisdem. In cujus rei testimonium Sigillum nre Majestatis presentibus est appensum. H. r. t. sunt venerabiles in Xpo patres Petrus Patavien. et Johannes Chymen. Eccliarum Epi, Magr Gotfridus prepositus Soliensis, Magr Andreas de Rode prepositus Werden. notarii nri, Fridericus Burcgravius de Nüremberch, Otto de Haslawe, Otto de Perhtoldstorf, Ulricus et Chunradus fratres de Pilichdorf et plures alii fide digni. Datum Wienne anno dominice Incarnationis 1277. Idus Junii, Indictione quinta, Regni vero nostri anno quarto.

*Sigillum majestat. adpendet.*

**Num. DLXXVI. 1277. 27. Jul. Ex Diplomatario:**

Mundiburdium datum Ecclesiae Ratisbon. viduatae a Rege Rudolfo.

Rudolfus dei gracia Romanorum Rex semper augustus, Universis Imperii Romani fidelibus literas presentes inspecturis graciam suam, et omne bonum. Equitas rationis, et censura justicie majestatem nram ammonent et invitant, ut ad munimen et protectionem Ecclesiarum Dei, quibus ordinatione divina prodesse tenemur et adesse, gracie nre clementer solacium extendamus: specialiter autem ad illas, que pastorum solacio destitute, necesse habent, ad perversorum incursus et laqueos evitandos, solo regie majestatis presidio conservari; hinc est, quod nos venerandam cunctis Ratisponensem Ecclesiam, que ob providi pastoris sui carenciam seu defectum, magnis posset involvi dispendiis et pressuris, si non Dei presidium, nreque defensionis clypeum objiceret ex adverso, cum personis, castris, municionibus, possessionibus suis ac attinenciis universis in nram et sacri Imperii protectionem, tuicionem ac defensionem recipimus specialem, universis et singulis vobis sub obtentu gracie nre districtius inhibentes, ne quis prefate Ecclie et Caplo in hominibus vel possessionibus suis, aut aliis quibuscunque aliquam presumat inferre mole-

stiam vel jacturam, quod qui temere facere vel attemptare presumpserit, gravem nre majestatis offensam se noverit incursum. In cujus testimonium presens scriptum exinde conscribi, et majestatis nre Sigillo jussimus communiri. Datum Wienne VI. Kal. Aug. Ind. V. Anno Dni 1277. Regni vero nostri anno quarto.

**Num. DLXXVII. 1277. 28. Nov. Ex Originali:**

Henricus II. Epus Ratisbon. commendat fratres Praedicatores, variasque Indulgentias elargitur. Heinricus dei gracia Ratisponen. Eccleie Epus, dilectis in Xpo abbatibus, prepositis, archidyaconis, decanis, plebanis, atque Vicariis, totique Clero sue dyoc. salutem in domino Ihu Xpo. Si effectum doctrine advertimus aplice, qua monemur, ut honore nos debeamus invicem prevenire, profecto invenimus, quod in dando plus accipimus, quam prestemus, quia dum ad alios liberalitatis nre munificenciam extendimus et honoris, munificencia ipsa cum fructu graciaram ad erarium nrum redit. Cum igitur dilectos in Xpo fratres Ordinis predicatorum, quorum ordinem et personas tanto specialiori semper favore prosequi intendimus, quanto ad supportandum proximorum onera humilium suos humeros submiserunt, dominus habundante iniquitate et frigescente caritate plurimorum in Eccleie sue lumen et sue majestatis gloriam ex sola dignatione sue benivolencie suscitavit, qui non que sua, sed que sunt Xpi querentes tam contra profligendas hereses, quam contra pestes ahas mortiferas extirpandas se dedicaverunt ewangelizacioni verbi dei in abjectione voluntarie paupertatis: Universitati vre affectuose ipsos duximus commendandos, Karitatem vestram rogantes et exhortantes in domino, ac qua fungimur auctoritate mandantes, quatenus una nobiscum qsanctum eorum propositum et necessarium ministerium favore benivolo prosequentes, pro reverencia divina ipsos ad officium predicandi, ad quod deputati sunt, recipiatis benigne, ac karitate pertractetis, et populos vobis commissos, ut ex ore eorum Verbi dei semen devote suscipiant et confiteantur eisdem, cum ipsis auctoritate aplca et nra liceat Confessiones audire et penitencias injungere, sedulo commonentes, universis et singulis fratribus ejusdem ordinis et maxime Ratisponen. quos predecessorum nostrorum in Civitate nra fervens et studiosa

plantavit et locavit devocio, pro Sedis aplice reverencia et nra in suis necessitatibus liberaliter assistatis, ut vestris Exhortacionibus populi preparati tanquam bona et fructifera terra pro tribulis Vidorum incipiant segetem germinare Virtutum, et dicti fratres per cooperacionem vram suscepti ministerii Cursum possint feliciter consummare, ad optatum laboris sui fructum et finem reportare, salutem videlicet animarum. Ut autem efficacius et fructuosius ad dei laudem et proximorum utilitatem predicacionis exercere possint officium, de omnipotentis Dei misericordia, et gloriosissime genitricis sue perpetue Virginis Marie meritis, imo et beati Petri apli et beati Wolfgangi Epi et confessoris ejus auctoritate confisi, ejusdem Ordinis fratribus auctoritatem plenariam conferimus, singulis vere penitentibus et confessis, qui ad predicationes ipsorum confluerint, in precipuis festivitatibus ejusdem Ordinis et domus Ratisponen. beatorum videlicet Augustini Epi, Blasii Epi et martiris, Petri martiris de ordine predicatorum, et beati Dominici, nec non in anniversario dedicacionis Eccleie et majorum altarium 40 dies, et in aliis communibus festis Eccleie ac dominicis, et aliis celebribus diebus 30 dies, in profestis vero diebus 20 dies criminalium de injuncta ipsis penitencia misericorditer in domino relaxandi. Preterea cum dictus Ordo fratrum predicatorum sic stricte sit fundatus et firmatus in voluntaria paupertate, ut proventus annuos non ei liceat possidere, in remissionem vobis injungimus peccatorum, ut de bonis a deo vobis collatis pias eisdem elemosinas, sive ad monasterii sui fabricas, sive ad corporalem sustentacionem necessarias, et grata caritatis subsidia erogetis, ut per hec et alia bona, que domino inspirante feceritis, mereamini ad eterne felicitatis gaudia pervenire. Nos etiam quibuslibet ipsorum benefactoribus 40 dies criminalium, et 80 dies venialium de injuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus. Datum Ratispone anno dni 1277 IIII. Kalendas Decembris.

*Sigillum Epi non nihil laesum adpendet.*

**Num. DLXXVIII. 1277. Ex Originali:**

Dispositio Henrici Epi Ratisbon. de domo choralis ab ipso restaurata.

Nos Heinricus dei gra Ratispon. Eccleie Epus, universis presentes litteras inspecturis volumus esse notum, quod de domo nra

chorali sita juxta domum prepositi Eccleie nre, cujus ruinas tam in ligneis, quam in lapideis editiciis instauravimus diligenter sub multis laboribus et expensis, dum essemus in minori officio constituti, sicut hodie facies ejusdem domus evidenter indicat universis, hanc ordinationem duximus inviolabiliter faciendam, videlicet, quod eadem domus nulli de fratribus nri Capituli debeat assignari, nisi priusquam possessionem apprehendat ejusdem, 40 tt. Ratispon. persolvat ad manum convertendas in possessiones seu predia, de quibus nrum anniversarium. perpetuo celebretur, ita, quod denominationem persone, quam nobis volumus in predicta domo succedere, nre deliberacioni specialiter reservamus, statuentes ex nunc, quod si idem Successor noster in eadem domo intra anni spacium 40 librarum Summam Capitulo integraliter non persolverit, ex tunc ordinandi et disponendi de ipsa domo habeat dictum Capitulum liberam facultatem, prout sibi videbitur expedire, deputantes ex nunc ad prosequendum supradicte ordinationis nostre propositum dilectos in Xpo fratres nostros dnum Altmannum prepositum, et dnum Ulricum decanum nre Eccleie, vel alios, qui ipsis in eisdem officiis pro tempore successerint, quibus in hac parte, tanquam nobis ipsis, si forsitan nos, quod absit, contingeret ab intestato decedere, volumus in omnibus et per omnia obediri. In cujus rei testimonium presens instrumentum confici placuit, et Sigilli nri robore communiri. Acta sunt hec Ratispone anno dni 1277.

*Sigillum Epi laesum adpendet.*

**Num. DLXXIX. 1278. 7. Maii. Ex Originali:**

Henricus Epus Ratisbon. fratribus ord. S. Augustini Ratisbonae octo areas concedit.

Heinricus dei gra Episcopus Ratisponensis, universis Xpi fidelibus, quibus presens scriptum exhibitum fuerit, salutem in domino sempiternam. Quia pietatis opera successiva temporum elabatione a sui roboris efficacia evanescent, nisi scripture cautela evidenti et autentica muniantur, tenore presencium patere volumus universis, quod nos accedente consensu et unanimi voluntate tocus Capituli nri dilectis nobis fratribus Heremitis ord. sci Augustini de capella dni octo areas, quarum jus proprietatis nos et Ecclesiam nram contingebat, quas eciam a Nobis in feodo receperat Ulricus civis Ratisponensis

dictus Setzer, contulimus integraliter et perfecte omni jure, quo nram jurisdictionem respiciebant, perpetuo possidendas, unam videlicet, cujus fundus structuram continet cujusdam magne domus, que quondam Chunrado dicto Muschof jure proprietario attinebat; contigua et annexa lateribus ipsius Capelle salvatoris et alias septem areas eidem domui collaterales, que ab ipsa domo immediate secundum ordinem usque ad metas nove Ecclesie ab oriente ex opposito protenduntur. Quam Collacionem Ulricus supra memoratus aput nos pro quadam summa pecunie, scilicet 18 tt. denar. Ratispon. monete, quam in usus necessarios expendimus, scilicet culturas Vinearum et alia hmoi, in remedium anime sue procuravit fieri et donari. Ut autem hec solempnis nra Condonacio robor sue firmitatis perpetuo retineat inconvulse, dictis fratribus presentem paginam tradidimus nri Sigilli et Sigilli Capituli nri munimine insignitam, testibus nihilominus subnotatis; sunt autem hii: Altmannus prepositus majoris Ecclesie Ratispon. Ulricus decanus ibidem, Chunradus de Lupurch, Perhtoldus dictus Camerit Canonici dicte Eccleie, Chunradus notarius, Heinricus et Dietericus milites dicti de Owe, Chunradus dictus Muschopf, Ulricus Setzer et alii quam plures, tam clerici quam layci. Acta sunt hec Ratispone anno dni 1278. Nonas Maii. *Duo Sigilla integra adpendent.*

**Num. DLXXX. 1278. 14. Junii. Ex Originali:**

Venditio reddituum Ecclesie Ratispon. circa Monsee facta Archiepo Salisburg.

Nos Heinricus dei gra Ratisponen. Eccleie Epus, omnibus in perpetuum. Veterum prudentia quicquid memoria dignum censuit posteris relinquendum, ne successive labentis etatis absorberet oblivio, Scripturarum testimonio veluti mentis et memorie Sigillo fideli et stabili perbennavit, ut contractus, gesta et negotia mortuorum, dum per superstites releguntur in scriptis, quasi facta noviter reviviscant, et vetustas antiquorum actuum recentem induat novitatem. Sane cum ad onuste sarcine gravitatem, qua Ratispon. Ecclesia ex difficili et immenso debitorum pondere per dnum Leonem predecessorem nrum felicis recordationis olim Ratisponen. Epum pro sua et Eccleie sue stricta et evidenti necessitate rationabiliter contractorum premebatur

insustenlabiliter onerata, juste considerationis intuitum verteremus et videremus aperte, quod ex novis usurarum et obstagiorum dampnis occasione dictorum debitorum cottidie accrescentibus Ecclia Ratispon, incurvata ad Casum, si celeri ei non consuleretur auxilio, lapsum irrecuperabilem minaretur: Vigili et deliberato consilio decrevimus, pro redemptione Ecclie nre ac exoneratione debitorum premissorum universos Redditus Ecclie Ratispon. sitos circa Maense vendere et in numeratam pccuniam venditos commutare. De communi itaque et concordii voluntate, permissione et consilio et consensu totius nri Capituli, nec non Consiliariorum nrorum, specialiter juratorum, Reverendo in Xpo patri, dno Friderico sce Salzburgensis Ecclie Archiepo, aplice Sedis Legato et Ecclie sue universas et singulas possessiones nras et Ecclie nre, simul cum hominibus circa Maense situatas tam in foro, quam extra, in pratis, in hortis, areis, agris, pascuis, nemoribus, silvis, venationibus, piscariis, exitibus et redditibus, in purchstallis, et generaliter cum omnibus iuribus et pertinentiis, cultis et incultis, quesitis et inquirendis, que vel quas usque ad hec lempora Ratisponen. Ecclia de jure possedissee dinoscitur ab antiquo, quarum quidem possessionum omnium ex partibus particularibus summa universalis elicita crevit in numerum denariorum monete Salzburgen. triginta duarum librarum et quadraginta trium denar. reddituum, quemadmodum coram dicto venerabili patre Salzburgen. Archiepo, suoque consilio, nec non fidelibus nris Magro Chonrado Curie nre notario, et Ulrico milite de Pünchoven Vicedno nro, procuratoribus nris legitimis Salzburgam ad taxandum et inquirendum sepefatos redditus tunc cum pleno mandato a nobis missis sub protestatione et religione iurisjurandi eorum, quibus tanquam fide dignis erant dicte possessiones plene cognite, exacte ac diligenter inventa exquisita extitit et taxata, et sicut alias libellus prediorum continet sigillalim, ex qua quidem summa duarum librarum redditibus venerabili Salzburgen. Capitulo gratis a nra liberalitate donatis, sibi per ipsum dnum Archiepum assignandis, partem residuam vendidimus, dedimus et tradidimus pro boni et puri argenti ad pondus Salzburgen. marcis ducentis et undecim, certis et pollicitis terminis nobis integraliter persolutis, videlicet cujuslibet libre redditibus pro argenti marcis septem Salzburgen. ponderis comparatis, modio siliginis pro sexaginta, et avene pro triginta denariis, piscibus et aliis victualibus omnibus secundum suum valorem rationabiliter estimatis, adjuncto, quod omnes et singulos redditus, quos subsequenter per scrutinii



et inquisitionis future indaginem invenire quiverimus, sub ejusdem. fori tenore eidem dno nro Archiepo et Eccleie sue vendere tenebimur et presentibus pollicemur, salvis nobis juribus infra scriptis, que in contractu emptionis transire nolumus ullo modo, videlicet jure presentandi abbatem in Maense, homagiis et infeudationibus antiquis et perpetuis, quas Ratispon. Ecclesia a priscis temporibus facere consuevit, salvisque nobis nominibus nris nobilibus, hoc est militibus et personis militaribus, quos popularibus et inferioribus omnibus et singulis in Contractus Venditionem transeuntibus Eccleie nre propter honestatem publicam reservamus. Ne autem hujus venditionis, seu emptionis seu solutionis pecunie, quin immo pagationis nobis facte dubium apud quospiam presentes vel posteros oriatur, et ut res gesta perpetuo robore perseveret, presentem conscribi paginam, et Sigillis sepedicti dni Salzburgen. Archiepi, Capituli ipsius Salzburgen. Eccleie, nri, et Capituli nri placuit roborari pro evidenti testimonio et cautela, et sunt testes: dnus Dietmarus venerab. abbas sci Petri Salzburgen. dnus Hainricus abbas Monasterii ad montem, Magr Wülvingus de Stubenberch doctor decretorum, dnus Chunradus plebanus de Müldorf, dnus Gebolfus Canonicus Salzburgen. frater Andreas Vicednus Salzburgen. et fideles Salzburgen. Eccleie Chuno de Gutrat dapifer Curie Salzburgen. Chunradus de Aichheim marscalcus, Ulricus de Radeck, Hainricus de Harschirchen, Gotschalcus de novo Castro, Ulricus de Wispach, Johannes, Ulricus et Hainricus Curie Salzburgen. notarii, item dicti confratres nri Chunradus de Lupurch venerab. prepositus Spalden. Magr Gundacarus Scolasticus Ecche nre, Ulschalcus Comes de Eschenloh, Chunradus et Philippus nri notarii, Ulricus de Pünchoven Vicednus noster, et Rudigerus de Isninge milites nri, cum aliis quam pluribus fide dignis. Datum Ratispone anno dni 1278. XVIII. Kalendas Julii.

*Quatuor Sigilla valde laesa adpendent.*

**Num. DLXXXI. 1278. 14. Aug.**

Henricus Epus Ratispon. Capitulo suo Cathedrali parochialem Ecclesiam Oberdietfurt pleno jure cum omnibus redditibus et juribus, scilicet jure patronatus et aliis pertinentiis confert ac donat, suis consolationibus applicandam; et plebanus in posterum Capitulo annuatim solvat 15 tt. denar. Pro qua gratia

e contra Capitulum celebret singulis annis festum Conceptionis B. M. V. et beati Augustini, cum pulsatione terroris et aliis solemnialibus, nec non Commemorationum omnium benefactorum Ecclesiae Ratispon. ac anniversarium ipsius Epi Henrici; simul peragat annuatim Processionem solemnem ad monasterium inferius festo Assumptionis B. M. V. Datum Ratisponae anno Domini 1278. in Vigilia Assuuiptionis B. M. V. XIX. Kalend. Septembris, Indictione sexta, Pontificatus nostri anno primo.

*Hundii Metrop. I. 176. Edit. Ratisbon.*

**Num. DLXXXII. 1278. 2. Sept. Ex Originali.**

Facultas data Alberto Viccdomino Epli, per biennium obligandi proventus Parochiae Schneiding. Nos Heinricus dei gra Ratisponen. Ecclesie Epus tenore presentium constare volumus universis, quod cum dilecti in Xpo fratres Altmannus prepositus, Ulricus decanus, ceterumque Capitulum Ecclesie Ratispon. ad solucionem decime in subsidium terre sancte deputate ac restauracionem fabrice Ecclesie Kathedralis quandam Summam pecunie necessariam haberent, et ob hoc proventus unius prebende, que consuevit dari Canonico servienti et presenti in Choro, dilecto in Xpo fratri Alberto Vicedno nostro vendidissent, pro termino vite sue percipiendos titulo precarii, idem Albertus nisi nostro mediante auxilio pecuniam, per quam dictos proventus comparavit, habere non valebat, Nos adtendentes sua devota servicia, eidem dedimus liberam facultatem vendendi, obligandi seu distrahendi fructus seu proventus Ecclesie sue Snaeuding, cujus jus patronatus ad nos pertinet, a festo purificationis beate Virginis nunc proxime venturo per duos annos continuos pro sue libitu voluntatis ita, quod si ipsum Albertum medio tempore cedere, vel decedere, vel quocunque modo statum suum contigerit immutare, illi, quibus eosdem proventus vendiderit, obligaverit, deputaverit vel ordinaverit, eos recipiant proventus libere atque plene, hoc tantum adjecto, quod dictam Ecclesiam Snaeuding debitis obsequiis nullatenus defraudetur medio tempore, quo duraverit biennium prenotatum. In cujus rei testimonium presentes litteras conscribi fecimus et Sigilli nostri munimine roborari. Datum Stouff anno dni 1278. in crastino beati Egidii confessoris.

*Sigillum Epi appendet.*

**Num. DLXXXIII. 1278. 28. Nov. Ex Originali:**

Indulgentiae concessae Parthenoni Norimbergensi ab Henrico Epo Ratisbon.

Heinricus dei gracia Ecclesie Ratisponensis Episcopus, dilectis in Xpo abbatisse et Conventui Ordinis sancte Clare in Norunberg Babenbergensis dyocesis salutem et sinceram in domino caritatem; Cupientes Ecclesiam vestram congruis honoribus a Xpi fidelibus frequentari, ut et per hoc (donis spiritualibus reddamus populum divine graciae apciorem, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli ipsorum meritis et auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis, qui in die et in anniversario dedicationis Ecclesie vestre in utroque festo sancte crucis, videlicet invencionis et exaltacionis, in quatuor festivitibus gloriose Virginis Marie, videlicet assumptionis, nativitatis, annunciacionis et purificationis, Johannis baptiste, Marie Magdalene, beatorum Francisci et Antonii Confessorum, et sancte Clare Virginis, ac per octavas eorum ad ipsam Ecclesiam devote et humiliter annis singulis duxerint accedendum, divine propiciacionis gratiam petaturi, quadraginta dies criminalium ac centum venialium de injuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus, presentibus perpetuo valituris, accedente dyocesani Episcopi voluntate. Datum Wienne anno domini 1278. IIII. Kal. Decembris.

*Sigillum Epi adpendet.*

**Num. DLXXXIV. 1278. 22. Dec. Ex Diplomatario:**

Henricus Epus Ratisbon. concedit Friderico Burcgrafio Norimbergensi, quod Villam Rietveld cum aliis feudis Ecclesiae Ratisbon. cuicumque filiarum suarum, si sine haerede masculino decedat, legare possit.

Nos Heinricus dei gratia Ratisponen. Ecclesie Epus, tenore presentium constare volumus universis, quod nobili viro domino Friderico Burcgravio de Nurenberch ex speciali favore nostro et benivolentia, quam circa ipsum gerimus propter sue probitatis merita et obsequia gratiosa, que nobis et Ecclesie nostre Ratisponensi hactenus sincere ac fideliter exhibuit et in posterum prestare poterit cariora, hanc gratiam ipsi domino Friderico liberaliter duximus concedendam, videlicet, quod Villam iu Rietvelt cum aliis feudis, que a nobis et

Ecclesia nostra Ratisponensi possidere titulo feodali dinoscitur, uni, cuicumque filiarum suarum decreverit, legare et etiam ordinare cum bona nra voluntate et consensu poterit et valebit, exceptis illis feodis, que Manlehen vulgariter nuncupantur; supradictam vero legationis et ordinationis formam gratam et ratam tenebimus, ita tamen, si prelibatus dominus Burcgravius sine herede masculino et legitimo decederet ab hac vita. In cuius rei memoriam et roboris firmitatem presentem paginam conscribi nostrique Sigilli robore jussimus communiri. Datum et actum Wiene anno domini 1278, in crastino beati Thomae apostoli.

**Num. DLXXXV. 1279. 29. Maii.**

Henricus Epus Ratispon. donat decimas novales sibi et Successoribus jure publico debitas, quae de silva inier montes Ozzer, Adwich et Dwerheke juxta Pacochiam Koetzting, et inter flumina imbrem album et Lomn nunc et in futurum poterunt provenire, Monasterio Rott ad Oenum, pro qua gratia abbas et conventus promiserunt, Epi anniversarium in suo Monasterio debitis celebrare cxequiis. Datum Ratisponae anno Domini 1279. IV. Kalend. Junii.

*Mon. Boic. I. 406.*

**Num. DLXXXVI. 1279. 1. Junii. Ex Originali:**

Insula infra molendinum leprosorum in danubio prope Ratisbonam sita jure precario confertur vitalitie qaibusdam Civibus Ratisbon.

Nos Heinricus dei gra Ratisponen. Epus, universis presentes litteras inspecturis volumus esse notum, quod nos Insulam nostram sitam infra molendinum leprosorum (ad S. Nicolaum) in danubio Ratispone contulimus nomine et jure precario Chunrado filio Gumperti, Walthero Muschopfo, et Ortilbo filio Setzarii Civibus Ratisponen. cum omni utilitate possidendam ad tempora vite sue, receptis ob hoc quindecim libris denar. Ratisponen. ab eisdem, ita, quod mortuis eisdem tribus personis sine qualibet contradictione ipsa insula ad nos et nostram Ecclesiam libere revertatur. In cuius rei testimonium presentes litteras conscribi fecimus, et Sigillorum, nostri vi-

delicet et Capituli nostri robore communiri. Datum Ratispone anno domini 1279. Kalendas Junii.

*Duo Sigilla integra adpendent.*

**Num. DLXXXVII. 1279. 9. Augusti. Ex Originali:**

Donatio juris Patronatus Ecclesiae in Gankofen facta Ordini Teutonicorum unacum compensatione  
Epo Ratisbonensi praestita.

Nos Wernhardus dei gra Comes de Leonberch universis presentem paginam inspecturis cupimus esse notum, quod cum contemplatione sepulchri dominici, cujus cultum et honorem in vita positi et in morte pleno et ferventi desiderio intendimus pro totis viribus ampliare, ob amorem et reverentiam Crucifixi, cujus propitiationem, et misericordiam in nobis ipsis et progenitoribus expectamus, hospitali sancte Marie Jerosolimitane jus patronatus parochialis Ecclesie in Geunchofen et nove Capelle ibidem cum omnibus suis attinentiis, cultis et incukis, quesitis et inquirendis, quantum in nobis erat, de plena voluntate et consensu omnium heredum nostrorum intenderemus donare liberaliter et conferre, tandem Reverendus pater et dnus Heinricus Ratisponen. Ecclesie Epus loci Diocesanus, sine cujus voluntate et consensu nostre liberalitatis intentio procedere non valebat, donationi hmoi unacum suo Capitulo contradixit, asserens et allegans, quod juri et honori sue Ecclesie prejudicialis esset omnino, eoquod nos et nostri progenitores jus patronatus prenominatarum Ecclesiarum cum omnibus attinentiis earundem de Ratispon. Ecclesia teneremus in feodo et possideremus titulo feodali, sicut constare dicebat publicis instrumentis. Verum ne tali impedimento nostre devotionis propositum contingeret retardari, et ne tam favorabilis promissio in nostram concientiam resiliret, nos habito specialium amicorum, nostrorum consilio, supradicto patri ac dno Ratisponensi Epo atque suo Capitulo recompensationem de propriis possessionibus nostris et juribus usque ad estimationem congruam duximus faciendam, assignantes presentibus litteris sibi et Ecclesie Ratisponensi, et ad altare beati Petri donantes universa et singula jura et possessiones libere et precise, que inferius per ordinem sub propriis denominationibus designantur, quas nos et progenitores nostri proprietiatis titulo usque ad hec tempora possedimus et tenuimus pacifice et quiete, renuntiantes

omni juri et actioni, que nobis et heredibus nostris quoad jus proprietatis posset competere in eisdem, eo solo excepto, quod a Ratisponensi Ecclesia easdem recipiemus et ab Episcopo Ratisponensi. recognoscemus in feodum, et tam nos, quam nostri heredes sine qualibet contradictione de cetero possidebimus titulo feudali. Ceterum hec sunt bona seu possessiones, quibus est recompensatio confirmata, primo jus patronatus Ecclesie in Tumpthing cum universis et singulis attinentiis seu appendiciis ejusdem Ecclesie, quod ad nos et majores nostros pertinuit ab antiquo. Item duas curias in Paumgarten et in Reute, que solvunt annuatim 12 solidos monete Ratisponensi. Item villam in Forst et curiam in Halspach, que solvunt annuatim 6 tt. Ratisponensi. Item duas Curias in Nunnenholtz et in Rotlaug solventes 1 tt. Ratisponensi. Item Curiam in inferiori Tumpthing, que solvit 1 tt. Item medietatem Curie in Otring, que solvit 5. Scaphas diversi grani et 5. solidos denar. Quibus omnibus et singulis nos et heredes nostri generaliter renunciavimus spontanea voluntate, et ea perpetua largitione ad altare beati Petri irrevocabiliter donavimus sub pactis et conditionibus, que in superioribus per ordinem lucide continentur. In cujus rei testimonium presentes litteras tradidimus Sigillorum domini nostri Heinrici illustris ducis Bavarie, domini Ulrichi de Abensperch, domini Alberti de Hals et nostri munimine roboratas, testibus, qui presentes fuerunt negotio, per ordinem annotatis et sunt isti: dominus Altmannus prepositus Ratisponensi Ecclesie, dominus Ulrichus de Dornberch decanus ejusdem Ecclesie, Magister Gundakarus Scolasticus ibidem, frater Gotfridus commendator apud sanctum Egidium Ratisponensi, frater Johannes sacerdos, frater H. de Manstorf, frater Marquardus ejusdem ordinis, nobilis vir Albertus de Hals, Chunradus de Ernvelds, Ulrichus miles de Pünchoven, Heinricus, Ditricus et Karolus de Awe milites, et alii quam plures laici et clerici fide digni. Acta sunt hec Ratisponensi apud Ecclesiam Kathedralem anno domini 1279. in Vigilia beati Laurentii martyris.

*Quatuor Sigilla illaesa adpendent; Sigillum Ulrichi de Abensberg est equestre.*

**Num. DLXXXVIII. 1279. 21. Aug. Ex Originali:**

Permutatio juris patronatus, et advocatiae Ecclesiae in Lienherg cum jure patronatus et advocatia  
Ecclesiae in Schermbach, hodie Roteneck.

Nos Lodwicus dei gra Comes palat. Reni, dux Bawarie, recognoscimus et presentibus litteris  
confitemur, quod nos in contractu emptionis, quem cum Reverendo in Xpo patre et dno Heinrico  
venerabili Ratispon. Epo fecimus super Castro Roteneck et attinentiis ejusdem, jus patronatus  
Ecclie in Lienberch et advocatiam ejusdem, cum jure patronatus Ecclie in Schermbach et  
advocatia ibidem permutavimus cum eodem, maturo Consilio precedente, recognoscentes  
supradicto dno Epo et Ecclie Ratispon. in ipsa Ecclia Lienberch et eadem advocatia jus plenum et  
integrum, sicut et ipse nobis in Ecclia Schermbach et advocatia ibidem de consensu sui Capituli  
jus plenarium recognovit, prout superius est expressum; confitemur insuper et solempniter  
publicamus, quod nos ad instantiam. suam sibi et Ecclie Ratispon. homines nros in Hohenburch  
Noricen. videlicet Albertum de Aemberch, Maechtildim suam Uxorem, Rupertum dictum  
Schram, Ulricum dictum Chnoblouch, Fridericum dictum Schoerpel, Heinricum dictum  
Chlückhel cum duabus sororibus suis, Heinricum Pezel et matrem suam, quos proprietatis titulo  
possedimus ab antiquo, dedimus et donavimus proprietatis jure possidendos libere et precise, cum  
omni jure, quod nobis in eisdem competebat vel competere videbatur, quam liberalitatem idem  
Epus per donationem hominum habitantium in Aigelspach et ibidem in circuitu residentium, quos  
Hugo inter latinos sibi libere resignavit, et de quibus per eum infeodati sumus, nobis  
recompensavit sub conditionibus infrascriptis, ut si eosdem homines per quoscunque a nobis vel  
eodem Epo jure contingat vinci, vel si nobis remaneant, et eos debilioris status vel conditionis  
constiterit esse, quam nros, in quibus sibi et Ecclie sue fuimus liberales, ex tunc pro arbitrio  
fidelium nrorum, Chunradi de Ernvels, et Wichnandi de Eyringsburch nobis erit recompensatio  
facienda. In cujus rei testimonium presentes litteras dedimus Sigilli nri robore communitas. Dat.  
Ratispone anno dni 1279. XII. Kal. Septembris.

*Sigillum Ducis equestre non nihil laesum adpendet.*

**Num. DLXXXIX. 1279. 21. Aug. Ex Originali:**

Oppignoratio iudicii pacis camerae et Sculteti facta Epo Ratisbon. a Duce Ludovico.

Nos Ludovicus dei gra Comes palatinus Rheni, Dux Bavarie universorum notitie presentibus declaramus, quod cum in solutione Castri in Rotenecke non possemus Reverendo in Xpo Patri et Domino nostro Henrico Ratisponensi Epo satisfacere in pecunia numerata, videlicet in 150 tt. denar. Ratispon. Officia nostra Ratispone, videlicet iudicium pacis, camere et Sculteti eidem domino Epo sub hoc discretionis moderamine obligavimus, quod eadem officia Heinrico, Ditrico et Carolo fratribus de Owe, Carolo Pragario, Heinrico Dulci et Chunrado Gumperti commisimus usque ad festum Apostolorum Philippi et Jacobi proxime nunc venturum suo nomine conservanda, ita, quod pro supra dicta Summa 150 librarum ex tunc eadem absolvere debeamus: quod si in crastino dictorum Apostolorum non faceremus, ipsa officia remanebunt illis personis, quibus per nos sunt superius recommissa, per quatuor annos continue secuturos, post illos quatuor annos autem, per quos dictis Pragario, Dulci et Chunrado Gumperti primitus fuerant recommissa. Et ut hec rata permaneant atque firma, ex parte heredum nostrorum dilecti fideles nri Chunradus de Lupurch, Wernherus de Preitenecke, Winhardus de Rorbach, Wichnandus de Eiringspurch, Dietricus de Wildenstein et Ulricus de Perg marscalcus obstagiorum nomine per ipsum dominum Epum moniti Ratisponensem Civitatem intrabunt, inde nullatenus exituri, donec sibi de universis et singulis defectibus, si quos eum ex hoc vel propter hoc sustinere contingeret, plenarie satisfiat, cum adjecto, quod nos predicta Officia nulli infra eundem terminum commitemus aliquatenus gubernanda, et si contingeret, ipsum dominum Epum nobis ex aliquibus causis seu defectibus aliqua defalcare, hmoi defalcatio non erit in pecunia, pro qua sunt supra scripta officia obligata, sed in alia Summa est potius facienda, exceptione qualibet non obstante. In cuius rei testimonium prebentes litteras dedimus nri Sigilli robore communitas.

Datum Ratispone anno Domini 1219. XII. Kalendas Septembris.

*Sigillum Ducis equestre adpendet.*



**Num. DXC. 1279. 23. Aug. Ex Originali:**

Donatio et traditio Castri Eglolsheim, et possessionum Geisling, Sünching et Weinting facta Epo Henrico ad tempus vitae suae a suo Capitulo.

Nos Altmannus prepositus, Ulricus decanus, totumque Capitulum Eccle Ratisponen. universis presentes litteras inspecturis volumus esse notum, quod cum Reverendus in Xpo pater noster dnus Henricus venerabilis Eccle nre Epus adeo piis et paternis visceribus karitatis compateretur Ratispon. Eccle tristibus suspiriis et gemitibus, ut eam, que pene in Virtutibus suis consumpta onerosis et importabilibus usurarum, obstagiorum atque aliorum dampnorum oppressionibus lassabatur, et jam respirare non potuit, per venditionem Castri sui Rotenekke et aliarum possessionum ibidem, quorum pretium ad mille centum sexaginta libras, minus tribus solidis et 15 denar. Ratisponen. directa computatione ascendit, a gravibus angustiis liberaret, de expressa Voluntate et Consensu Comitum Minhardi Karissimi patris sui magis cupiens in bonis propriis, que ad eum ex donatione paterna et Successione hereditaria devenerant, quam in antiquis Castris et possessionibus Ratisponen. Eccle dispendia sustinere, nos unacum Ministerialibus Ratisponen. Eccle universis, quorum in hac parte videbatur auxilium invocandum, plene considerantes, et lucide perpendentes, quod tante liberalitatis et gratie plenitudinem redundantem et tam sancte et salutifere intentionis propositum, cujus suavitas et dulcedo se patenter sensibus omnium infundebat, nec possemus, nec deberemus quasi coniventibus oculis pertransire, sibi de plena voluntate et Consensu omnium et singulorum fratrum nri Capituli, Ministerialium consilio nichilominus accedente Castrum in Eglolsheim et universas possessiones ibidem cum ipsa advocatia, ac etiam omnes singulas possessiones in Weimpting, curiam in Sünching, et possessiones in Geysling, novas et antiquas, et generaliter omnes possessiones superius nominatas, sive absolute sint, sive etiam obligate, cum omnibus Curiis villicibus, Judiciis, advocatiis, et aliis pertinentiis quibuscunque, cultis et incultis, quesitis et inquirendis deputavimus, donavimus, tradidimus et assignavimus libere et precise possidendas et tenendas pacifice et quiete cum suis redditibus et proventibus in omnem eventum sine diminutione qualibet pro tempore vite sue, non obstante, si eum contingeret Ratispon. Epatum aliquo tempore Voluntate spontanea resignare, vel si per quemcunque casum alium, quod absit, exoneraretur aliter ab eodem; ita, quod jure

cederet et officio pastorali, in quibus Casibus eum volumus nichilominus uti et frui sine qualibet diminutione et sine omni exceptione possessionibus et redditibus supra dictis, et eas pacifice possidere sicut superius est expressum, ita, quod sola morte naturali vel suo beneplacito speciali ad Ecclesiam nostram vel ad Episcopum, qui fuerit pro tempore, solummodo revertantur, et hoc quidem in recompensationem sue gloriose munificentie per nos specialiter est adjectum. Promisimus insuper nos ad hoc bona fide daturos opem et operam efficacem, ut quilibet Episcopus, qui fuerit pro tempore, huiusmodi donationem et provisionem omnino ratam habeat atque gratam, et eam cum omnibus suis iuribus et conditionibus firmiter et inviolabiliter custodiat et conservet, eo specialiter proviso et pro benivolentia speciali sibi concessa, ut quocumque anno decesserit, etiam si in regimine seu Cura Episcopatus tunc extiterit, de omnibus redditibus seu proventibus, qui per eundem annum continuum poterunt provenire, habeat ordinandi, quodcumque sibi et suis expedire videbitur, plenam, et liberam facultatem. In cuius rei testimonium presentes litteras confici placuit, et Sigillorum Reverendi patris et domini nostri Friderici venerabilis Ecclesie Salzburgen. Archiepiscopi, apostolice Sedis Legati, Capituli nostri, et nostrorum, videlicet Altmanni prepositi, Ulrici decani, et aliorum confratrum nostrorum, videlicet Chunradi de Lupurch Spalden. prepositi, Magistri Gundakari Scolastice et Berhtoldi Kamureti ecclesie nostre archidiaconi. ac etiam Ministerialium ejusdem Ecclesie nostre, videlicet Chunradi de Erenvels, Chunradi de Hohenvels, Ulrici de Pünchoven, et Habordi de Sünching robore communiri. Cum supradictis hujus rei testes sunt hii, confratres nostri: Chunradus de Chefring, Ortlibus de Seirching, Wichardus de Hütt, Henricus de Furmiano, Aerbo, Rulandus, Henricus Paganus, Henricus de Swarzenburch, Henricus et Chunradus Lantgravii de Liukenberge, Chunradus de Erenvels, Henricus inter Latinos, Sifridus, Ulscalcus Comes de Eschenlo, Magister Ulricus, Albertus vicednus, Fridericus de Pünchoven, Chunradus de Pfafhoven et alii quam plures. Dat. et actum Ratispona anno domini 1279. X. Kal. Septembris.

*Adpendent tantum 5. Sigilla priora, caeteris avulsis.*

**Num. DXCI. 1280. 29. Jan.**

Henricus Episcopus Ratispon. Parochias Semerskirch en et Sitleinstorf ob exiles redditus unit, ut de caetero non duplex, sed unum beneficium sint censendae, et hanc Parochiam sic unitam tradit Monasterio

Rorensi cum jure patro-

eatus, et aliis juribus et attinentiis suis. Epus, Capitulum suum, Dux Henricus, Otto de lapide, et Ulricus de Abensberch Sigilla adposuere. Datum et actum Ratisponae anno Domini 1280. qparto Kalend. Februarii.

*Mon. Boic. XVI. 148.*

**Num. DXCII. 1280. 18. Febr, Ex Originali:**

Emptio advocatiarum in Weltenburg, Gekking, et Staubing ab Epo Henrico facta.

Ego Wernherus dictus de Preitenekke universis presentes litteras inspecturis cupio esse notum, quod advocatias meas in Weltenburch, Gekking et Staubing, quas a Ratispon. Ecclesia possedi titulo feodali, cum omnibus suis attinentiis, cultis et incultis, quesitis et inquirendis, hominibus, possessionibus, silvis, pratis, pascuis, judiciis, piscariis ac omnibus aliis juribus earundem vendidi et tradidi Reverendo in Xpo patri et dno Henrico venerabili Ratispon. Eccleie Epo ac Ecclesie sue sub condicionibus infra scriptis, quod quociens in eisdem bonas de certis veris, puris et antiquis, non de novo per modum acerbonis impositis redditibus unius libre redditus haberi poterint, tociens idem dnus Epus 15 tt. Ratispon. mihi solvat, quorum denariorum 80 libre mihi solvi debent infra instantem dominicam Invocavit, ita quod 15 libre in presenti ad manus, quas recepi in pecunia numerata et 10 libre, sicut in arbitrio nobilis Viri Ulrici de Abensperch fuerit, relique autem persolvantur in ipsa Dominica Invocavit, et si hmoi solutio neglecta fuerit vel omissa, Henricus et Ditricus fratres dicti de Awe, et Ekkepertus dictus Drauhpech in dampnum dicti Epi se recipient Ratisponam in obstagium, et nichilominus singulis Septimannis XII solid. denar. Ratispon. mihi superaddi debent, quamdiu ipsa solutio fuerit retardata. Item in die palmarum nunc venturo 20 tt. denar. Ratispon. mihi similiter persolventur, alioquin duo ex predictis fidejussoribus, qui super hoc moniti fuerint, Ratispon. obstagium subintrabunt, expensas super predictum dnum Epum facientes, et nichilominus singulis Septimannis una libra denar Ratispon. mihi superaddetur, donec earundem 20 tt. solutio processerit in effectum. Et si predictorum bonorum redditus supradictos octuaginta et viginti libras in precio excedere videbuntur, iuxta taxationem premissam, videlicet quod pro unius libre redditibus 15 tt. sicut expressum est superius, computentur in festo aposto-

lorum Phylippi et Jacobi nunc venturo michi de residuo, quod excreverit, satisfiet. Si quis vero in estimacione dictorum bonorum deficere contigerit, ita quod prefatas summas attingere non poterunt, hoc tam in prima, quam secunda et tertia summa erit, prout ipsi defectus taxati fuerint, defalcandum, nec inter predictos redditus bona, que a tempore 10 annorum inculta et desolata fuerint, debent aliquantum computari, sed sine omni solucione eadem dnus Epus et Ecclesia Ratispon. cum aliis perpetuo possidebunt. Insuper sepedictus dnus Epus defalcabit in prefatis summis 20 tt. denar. Rat. pro quibus sibi bona in Gekking et Staubing extiterunt antea obligata. Item defalcabit 6 tt, pro quibus possessiones obligatas Heinrico Peuchemario redimet et absolvet, Adjectum est etiam, quod si in taxatione predictorum reddituum inter prenotatum dnum Epum et me contingat litem seu contentionem aliquam suboriri, predicti duo fidejussores obstagium non intrabunt, nec ad aliquod dampnum michi erit idem dnus Epus obligatus, donec ipsa lis per predictum Ulricum de Abensperch et nobilem virum Ch. de Lupurch laicum sopita fuerit et decisa. Profiteor etiam presentibus et protestor, corporali nichilominus super hoc prestito juramento, quod omnia bona premissa ab Ecclia Rat. tenui titulo feodali, nec quod aliquid alienandum preter 12 modios siliginis et avene redditus ab eisdem, qui sunt in Tanne, Creuzelbach, Tolbach, Hürlbach, Walichsas et in Aichach, de quibus per me infeodatum Chunradum Ulrenarium recognosco, promittens nichilominus sub eodem juramento, quod quandocunque filium meum in mea tenuero potestate, ipsum abrenunciare faciam omnibus bonis superius annotatis; et si non renunciaverit karissima mea uxor juri sui, quod in eisdem bonis habet, infra instantem dominicam invocavit, supradicti Ulricus de Abensperch, et Ch. de Lupurch in dampnum meum se recipient ad obstagia Ratispon. et nichilominus supradictus dnus Epus ultimas duas summas omnibus dampnis medio tempore cessantibus pro pignore retinebit, donec renuntiatum fuerit, veluti est premissum, quas et summas ultimas non solvet mihi, donec, si qua de prenotatis bonis obligata vel etiam occupam fuerint, sibi assignem libera et soluta, ad quod faciendum infra instans festum palmarum presentibus me astringo, nec ego vel aliquis hominum meorum in sepedicta advocatia quidpiam juris, sive sit in calceis, vel pelliciis, vel aliis quibuscunque rebus attemptabimus nobis de cetero usurpare: supradictos etiam 12 modiorum redditus prenotatus dnus Epus pro sua voluntate et beneplacito mihi vel

predicto Ulrenario conferendi habebit plenam et liberam facultatem. In cujus rei testimonium presentem litteram perfici placuit et Sigillorum, mei videlicet et predictorum Ulrici de Abensperch et Ch. de Lupurch munimine roborari. Datum Ratispone anno dni 1230. XII. Kal. Martii.

*Tria Siglla adpendent.*

**Num. DXCIII. 1280. 15. Martii. Ex Originali:**

Regis Rudolphi Renuntiatio feadi duarum domuum Ratisbonae.

Rudolfus dei gra Romanorum Rex semper Augustus, Universis Imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis gram suam et omne bonum. Noverint universi presentium inspectores, quod cum due domus site Ratispone, una videlicet, quam nunc inhabitat Chunradus de Ernvels prepositus sci Johannis Ratispon, et Canonicus majoris Eccleie ibidem, et alia, quam inhabitat Meinhardus Canonicus veteris Capelle ejusdem Civitatis cum areis eisdem domibus attinentibus, quas illustres duces Austrie ab Ecclia Ratisponen. hactenus in feodo tenuerunt, et easdem nobiles Viri Meinhardus et Gebehardus Comites de Rotenekk ab eisdem ducibus possederunt titulo feodali, ad nos essent tanquam ad dnum Austrie devolute, considerata et inspecta devota fidelitate, et fideli devotione, quam venerabilis Heinricus Ratisponen. Eccleie Epus, princeps noster dilectus, erga nos et sacrum gerit Imperium, Infeodationem hmoi in dictis domibus et areis sibi et Eccleie sue resignavimus libere et precise; ipse vero easdem Capitulo suo donavit et tradidit proprietatis titulo perpetuo possidendas, quam donationem tanquam de nro Consensu factam approbamus et presentium testimonio confirmamus. In cujus evidentiam pleniorum presens scriptum majestatis nre Sigillo jussimus communiri. Dat. Wienne, Idus Martii, Indictione VIII. anno dni 1280. Regni vero nri anno VII.

*Sigillum maiestat. integrum adpendet.*

**Num. DXCIV. 1280. 27. Martii. Ex Originali:**

Compositio facta inter Epum Ratisbon. et suos Ministeriales circa iudicium et advocatiam in Eglofsheim.

Rudolfus dei gra Romanorum Rex semper augustus, omnibus in perpetuum. Cum jam diu inter Epos Ratisponen. Eccleie, qui pro tempore fuerunt, ex una parte, et Ministeriales ejusdem Eccleie, videlicet Heinricum, Gozwinum et Karolum fratres, et Sighardum filium dicti H. et progenitores eorum ex altera fuisset exorta materia questionis super Iudicio et advocatia Curie villicalis Ratispon. Epi in Eglofsheim, et quibusdam hubis et hominibus eidem Curie villicali attinentibus vel tantum colentibus ipsas hubas, asserentibus ipsis, quod predicta, Iudicium et advocatia, tenerentur per dictos milites et progenitores eorum a Ratispon. Ecclesia titulo feudali, supradictis vero militibus quibusdam in contrarium dicentibus, quod Iudicium et advocatiam memoratam tenerent feudali titulo a Duce Austrie, qui hec et alia feoda a Ratispon. Ecclesia tenuerat hactenus ut dicebant; Nos ad petitionem dilecti principis nri, Heinrici Ratispon. Epi dicte cessimus questioni, recognoscentes Ratisponen. Eccleie, quod deinceps dicta Iudicium et advocatia immediate ab Epis Ratispon Eccleie per dictos Ministeriales de Eglofsheim feudali titulo teneantur. In cujus rei testimoniurn presens scriptum Majestatis nre Sigillo jussimus communiri. Datum Wienne VI. Kal. April. Indictione VIII. anno dni 1280, regni vero nri anno septimo.

*Sigillum majestat. illaesum adpendet.*

**Num. DXCV. 1280. 28. Martii. Ex Originali:**

Episcopus Ratisponensis concedit, ut etiam filie Burggrafii Norimberg. in feodis Ecclesie Ratisbon. succedant.

Nos Heinricus dei gracia Ratisponensis Episcopus presentibus profiteamur, quod spectabili viro domino Friderico Burcgravio de Nurenberch et Johanni filio suo universa feoda, que a nobis et Ecclesia nostra Ratisponensi de jure possidere seu tenere dinoscitur, feudali decernimus titulo conferenda, adiacentes premissis de gratia speciali, quod si predicti Frid. Burcgravius et Johannes filius suus unigenitus

sine heredibus aliis masculis ab hac vita decederent, filie predicti domini Frid. Burcgravii omnia feoda, que idem et filius suus a nobis et nostra tenent Ecclesia, possideant nomine sive titulo feudali, et patri suo, videlicet domino Frid. Burcgravio succedant libere in eisdem. In cujus rei testimonium presentem litteram decrevimus nostri Sigilli munimine roborandam. Testes sunt dilectus in Xpo frater noster Ch. de Luppurch prepositus Ecclesie Spaldensis, magister Ulric. canonicus Ratispon. dilectus fidelis noster Chunr. de Ernvels, Berhtoldus Capellanus, Philippus et Ortlibus Notarii nostri, et alii quam plures. Datum et actum Wienne, anno domini 1280. V. Kalend. Aprilis, indictione VIII.

*Sigillum Epi adpendet.*

**Num. DXCVI. 1280. 28. Jun. Ex Originali:**

Epi Heinrici variae donationes factae confraternitati S. Wolfgangi Ratisbon.

Nos Heinricus dei gratia Ratispon. Eccleie Epus, Universis Xpi fidelibus salutem in dno Ihu Xpo. Cum juxta evangelica instituta nil prodesse homini judicetur, si totum mundum lucretur, anime vero sue dispendium patiat, a sanctis Patribus plurima, per que pervenitur ad salutis incrementum, amidota sunt inventa, inter que precipaus pater et patronus noster beatus Wolfgangus non minimum remedium adinvenit, qui fraternitates, que Bruderscheft vulgariter nominantur, per quas animarum Saluti consulitur, tanquam pius pater et institutor fidelis fideliter in Ecclesia et Civitate Ratispon. instituit celebrari: Nos de salute anime nostre volentes prospicere, ortum ante portam orientalem situm, solventem unam libram denar. Ratispon. quem apud Heinricum Purgtoraerium, et Gebolfum de Metenbach comparavimus, et ortum Brunonis de Aehchirchen quondam Civis Ratispon. solventem 6 solidos, qui predicto orto vicinus est, cum domo prope Curiam Regis sita, solvente 11 solidos, quam a Chunrado Häublaerio Canonico sancti Johannis Ratispon. emimus, Magistris sive Rectoribus octo fraternitatum, videlicet Ottoni Canonico veteris Capelle, Ruberto Ecclco tunc rectori duarum fraternitatum scilicet sancti Nicolai in Ecclia Kathedrali ac sancti Johannis, Chunrado Perhartshusario magistro fraternitatis sancti Udalrici, que vulgariter Chuderwanaer-Bruderschaft dicitur, Ulrico Chuderwanaerio de in-

feriori Monasterio, Heinrico dicto Haertinger de superiori Monasterio, Hainrico dispensatori de sancto Emmeramo, Habordo de sancto Paulo assignavimus, tradidimus et donavimus jure proprietario pro eisdem fraternitatum usibus perpetuo possidenda, et dicti Magistri sive Rectores de communi voluntate et consensu ad hoc se unanimiter astrinxerunt, ut cum vocati fuerimus ex hac vita, in nostris Exequiis, quamdiu duraverint, nos debeant per oblagia, vigilas et alia, que sunt de fraternitatum consuetudine, expedire, et deinde perpetuo in singulis nostris anniversariis per eosdem vel tunc fraternitatum rectores, quando vigilie pulsari incipiunt, juxta tumulum nostrum, si in nostra Ecclesia sepulti fuerimus, vel in medio nostri Monasterii, si alibi elegerimus sepulturam, de quabliet fraternitate 4. cerei accendantur, qui omnes ab ipsa hora Vigiliarum per totam noctem ardentis nullatenus extinguere debent, donec in crastino completum fuerit totaliter Officium defunctorum, et sub officio misse quelibet fraternitas accendet ibidem 28 lumina minora, que Punt vulgariter nuncupantur, quorum videlicet Punt quodlibet duas libras cere in pondere relinebit, et eadem missa finita custodie omnia remanebunt, insuper 27 denarii annis singulis per eosdem fraternitatum rectores offerri debent, et 8 denarii pro pulsatione Ecclesie ab eisdem similiter persolventur. Debent etiam per ipsos annuatim infirmis in hospitali 3 Solidi et 6 denarii in pane pro elemosyna ministrari. Et si quis rector in aliquo premissorum se exhibuerit negligentem, proxima die sequenti sub suis expensis omnia, que per octo fraternitates in locandis cereis et dandis elemosynis seu aliis attinentiis fieri deberent, tenebitur expedire, hoc adjecto, quod premissae Conditiones integraliter observentur, non obstante, si jure Epatus cedere vel religioni tradere vel etiam extra Civitatem Ratispon. seu Diocesis decedere nos contingat. Adjectum est etiam, quod denarios, qui de predictis redditibus tempore nostre vite colligi seu recipi poterunt per predictos, ab ipsis alienare non debemus, sed in ipsorum officio impendi debent secundum quod de eisdem decreverimus ordinare, et juxta onus, quod ipsis super hoc duxerimus imponendum. In cujus rei testimonium presentes litteras Sigillorum, nostri videlicet, et Capituli nostri, nec non dictarum fraternitatum robore fecimus communiri. Testes sunt dnus Ulricus venerab. Decanus, Bertholdus Kamureti archidiaconus, Heinricus de Fürmiano, Albertus Vicedominus, Heinricus de Swarzenburch, Ulschalcus Comes de Eschenloh, Fridericus de Punnchoven, Canonici Ratisponea, Ecclesie, Chunradus de Ernvels, Dietricus de Owe, Hugo



inter latinos ministeriales et milites ejusdem nostre Ecclesie cum aliis pluribus fide dignis.

Datum Ratispone anno Donnni 1284. Kalendas Julii.

*Tria Sigilla adpendent.*

**Num. DXCVII. 1280. 2. Jul. Ex Originali:**

Institutio festi beatorum Petri et Pauli in Ecelia veteris Capellae.

Heinricus dei gra Ratisponen. Epus, universis Xpi fidelibus salutem in dno Ihu Xpo. Cum in Ecclia sancte Marie veteris Capelle Ratispon. festum beatorum apostolorum Petri et Pauli nre Eo clie principalium patronorum nec in summis, nec cum terroris pulsatione consueverit hactenus celebrari, nos solite benignitatis affectu, quo cultum divinum potius proiscere, quam deficere desideramus, speculari cepimus, qualiter ipsa Veritas, que per cunctum orbem, recte regit et dirigit universa, suam universalem Eccliam in auctoritate dictorum aplorum, immo principum celestium et terrestrium, voluit tanquam in duabus columpnis firmissimis solidari, aream quandam in Vico, qui dicitur Rihtpanch, sitam, solventem triginta denarios Rat annuatim, quam olim Berhtoldus ante urbem a nobis et Ecclia nra tenuit titulo feodali, eidem Ecclie veteris Capelle, cui si ad plenum pro nre Voluntatis affectu in largiendis beneficiis nostrum desiderium ostendere non valemus, salutem in hiis, quibus possumus, licet modicis donationibus ipsam favorabiliter amplectentes, donavimus et tradidimus de totius nri Capli voluntate, licentia et consensu, proprietatis titulo perpetuo possidendam, ut ibidem dictum festum in summis et terroris pulsatione annis singulis de cetero celebretur. In cujus rei testimonium presentes litteras Sigillis, nro videlicet et Capli nri fecimus communiri. Dat. Ratispone, anno dni 1280. VI. Non. Julii.

*Duo Sigilla integra adpendent.*

**Num. DXCVIII. 1280. 9. Augusti. Ex Originali:**

Venditio Vineae in Pach erga reemptionem facta ab Epo Henrico suo granatori Ortuuino.

Nos Heinricus dei gratia Ratisponen. Epus presentibus litteris profitemur, quod cum Onuuino granatori de Stauf in 33 tt. denar.

Ratisponen. teneremur, que ad nos et Ecclesiam nostram sunt inter alia domini Leonis pie memorie predecessoris nostri debita devoluta, exceptis 8 tt. datis Friderico de Tanhausen ratione Burchute sue, quas idem Ortuuinus nobis postmodum mutuavit, vineam in Pacheu per se in culturis expeditam, quam tenet Rudgerus dictus comes, et quandam partem vinee ibidem sitam, que Ryckel vulgariter dicitur, quam Chrauzaerius de Stauf excolit, de plena voluntate et consensu totius nostri Capituli eidem Ortuuino in solutionem predictarum 38 tt. cum omnibus suis pertinentiis, cultis et incultis, quesitis et inquirendis contulimus, Tendidimus et assignavimus possidendam, ita tamen, quod nos vel Successores nostri ipsas vineas reemendi ab eodem Ortuuino vel heredibus suis habeamus, quandocumque placuerit, liberam facultatem pro summa denariorum superius jam expressa. In cuius rei testimonium presentem litteram tradidimus nostri ac Capituli nostri Sigillorum munimine roboratam. Datum Ratispoae anno dni 1280, in Vigilia beati Laurentii.

*Duo Sigilla integra adpendent.*

**Num. DXCIX. 1280. 22. Augusti. Ex Originali.**

Henricus Epus Ratisbon. vendit Capitulo sancti Joannis pro 20 libris denar. decimas novalium de Vineis in Parochia Tegernheim erga reemptionem.

Nos Heinricus dei gra Ratisponen. Eccleie Epus, universis presentes litteras inspecturis volumus esse notum, quod cum Capitulum Eccleie sci Johannis Ratispone 20 tt. Ratispon. monete ad solemnitatem sce Marie pertinentes nobis mutuasset pro relevatione nre Eccleie, ut instans necessitas postulabat, Nos eidem Capitulo vicem reddere cupientes debitam et condignam, de consilio et consensu nri Capituli in recompensationem et restaurum predictorum denariorum decimas novalium de Vineis in Tegernheim per totam Parochiam plantatis et plantandis ad nos pleno jure pertinentibus, quas etiam dnus Meinhardus Canonicus veteris Capelle jam tenet a nobis pro curriculo vite sue, donavimus et assignavimus memorato Capitulo Ecclesie sci Johannis Ratispone, post mortem dni Meinhardi liberaliter possidendas, reservata tamen nobis et nostris successoribus libera et plenaria facultate, reemendi pretaxatas decimas pro 20 tt. Ratispon. mo-

nete tunc currentis, quodocunque se locus ad hoc obtulerit et facultas. In cuius rei evidentiam et robor, et ne aliquis scrupulus ambiguitatis a nobis vel a nris successoribus possit in posterum suboriri, presens eis instrumentum inde confectum nri Sigilli munimine, et Sigilli nri Capituli tradidimus communitum. Actum Ratispone anno Dni 1280. XI. Kal. Septembris.

*Duo Sigilla sunt avulsa.*

**Num DC. 1280. 6. Dec. Ex Originali:**

Instrumentum Henrici Epi Ratisbon. supcr controversia inter abbam monasterii inferioris, et Henricum Chlafschink de feudis quibusdam orta.

Nos Heinricus dei gra Ratisponen. Ecclesie Epus, universis presentem litteram inspecturis volumus esse notum, quod cum inter dnam Hedwigin venerabilem abbam inferioris monasterii ex una parte, et Henricum dictum Chlafschinch ex altera super officio forestarii, et aliis feodis, que ex morte Wolfkangi de Schirling p. m. ei-dem abbe vacare ceperant, verteretur materia questionis, asserente supradicto Chlafschincho, quod ex spontanea pactione ipsius Wolfkangi succedere debuit in feodis prenotatis, sicut instrumento publico ostendere nitebatur, ipsa dna abba in contrarium nichilominus affirmante, quod idem Chlafschinchus pro hmoi infeodatione juxta tenorem ejusdem instrumenti sibi in 120 libris satisfacere teneretur, tandem in discretum virum Albertum de Straubinga, dni Heinrici illustris ducis Bawarie vicedominum super hmoi questione decidenda, de pleno Consensu partium tanquam in arbitrum seu compositorem amicabilem extitit cornpromissum, qui prenominatam questionem terminavit deliberatione provida in hunc modum, quod sepedicta abba infeodavit ipsum Chlafschinchum de singulis feodis, que olim Wolfkangus de Schirling ab inferiori monasterio tenebat, propter quod ipse Chlafschinchus solvit 80 tt. denar. Rat. ipsi abbe, vel alten, que p. t. fuerit, pro quibus 80 libris superius memoratis tenebit in pignore ipsa abba Curiam in Leirndorf, et decimas in Manstorf et in Alastorf, quousque sibi vel Successoribus suis per prenotatum Chlafschinchum vel heredes suos de memorata pecunia satisfactnm fuerit ex integro et ad plenum, eo salvo, quod ipse Chlafschinchus officium forestarii non jure feodi, sed tantum titulo juris

precarii pro vite sue tempore possidebit, et reliqua feoda, que Cinslehen vulgariter nuncupantur, pro consueto Censu nichilominus obtinebit, quem solvere tenebitur sub pena consueta in terminis constitutis. In cujus rei testimonium presentes litteras dedimus Sigilli nostri, nec non Sigilli predictae abbe, et ipsius Alberti Vicedomini Sigilli robore communitas. Datum et actum anno domini 1280. VIII. Idus Decembris.

*Tria Sigilla integra adpendent: ultimum habet Scutum Rainerorum.*

**Num. DCI. 1281. 26. Martii. Ex Originali:**

Potestas tradita Epo Ratisbon. decidendi questionem, utrum abbatissae, an toti Conventui Nidermünstrensi jus patronatus Ecclesiae Schirling competat.

Nos Haedwigis dei gra Abbatissa, totusque Conventus inferioris Monasterii Ratispone presentibus litteris profiteamur, quod vacante Ecclia in Schirling per mortem dni Altmanni, quondam prepositi Ratispon. Ecclie, inter nos videlicet abbam cum aliquibus duabus ex una parte, et decanam cum suis sociabus ex altera de jure presentandi ad eandem Eccliam gravis est questio suscitata, nobis videlicet abba asserentibus, quod in eadem Jus patronatus nos tantum respiceret, sicut in reliquis Ecclis nri Cenobii, in quibus jus presentandi competit tantum nobis, predicta decana ac sua parte proponente, quod in eadem Ecclia nobiscum totus Conventus haberet presentandi liberam potestatem. Et quia ex hmoi discordia animarum grave poterit periculum suboriri, cum in talibus dilationes dispendiose sint sanctorum Patrum sanctionibus prohibite, ac plurimum odiose, petivimus diligentius et devote, ut Reverendus in Xpo pater et dnus nr Henricus Rat. Epus pro Concordia inter nos reformanda dignaretur interponere partes suas, quod et fecit nra ad hec cottidiana instantia inductus, pariter et convictus; prehabita igitur deliberatione debita et discreta, nos abba cum parte nra, nec non ipsa decana cum suis sequacibus ordinationem seu collationem sepredictae Ecclie reposuimus ad manus predicti patris nri spontanea et libera voluntate, plenam sibi tradentes presentibus potestatem, ut non solum ista vice cum effectu possit de Rectore eidem Ecclie providere, verum etiam libere arbitrari, quod hmoi inter nos in futurum questio sit sopita, firmiter promittentes, quod ipsius ordinationem ratam et gratam habebimus

per omnia in premissis, nec contra eam quicquam pretextu alienjus exceptionis, privilegii, seu consuetudinis adtemptabimus ullo modo, quibus omnibus et singulis abrenuntiamus sine captione qualibet in hiis scriptis. In cuius rei testimonium presentes litteras munimine Sigillorum nri, ac nri conventus placuit communiri. Datum Ratispone, anno dni 1281. in crastino annuntiationis.

*Sigillum abbae adpendet, altero Conventus avulso.*

**Num. DCII. 1281. 9. Apr. Ex Originali:**

Traditio vitalitia reddituum duarum Scaffarum ex Curia Eglolfsheim facta Luchoni sedulo circa fabricam Eccliae Ratisbon. ac uxori suae.

Nos Heinricus dei gra Ratisponensis Epus, presentibus profitemur, quod cum dilectus nobis Lucho, Civis Ratisponen. in nris et fabrice Ratisponen. Ecclie obsequiis se jam diutius exhibuit sedulum et fidelem, nolentes eadem obsequia oblivioni tradere, sed eis compensatione debita respondere, accedente nri Capituli beneplacito et consensu, sibi et uxori sue Petrisse deputavimus duas scaffas, unam tritici et unam siliginis percipiendas de Curia nra in Eglolfsheim, dicta Itemhof, quam Ulricus villicus nunc excolit, jure precarii annuatim; predictis itaque personis de medio sublatis ipsarum Scaffarum redditus ad nos vel successorem nrum libere revertentur: Villicus etiam supradictus, vel qui pro tempore ibi fuerit, tenetur ipsi Luchoni ad Civitatem Ratisponam dictos fructus in Vecturis debitis expedire. In cuius rei testimonium presentem litteram Sigillorum munimine, nri videlicet et Capituli nri fecimus communiri. Datum Ratispone anno dni 1281. V. Idus Aprilis.

*Duo Sigilla illaesa adpendent.*

**Num. DCIII. 1281. 30. April Ex Originali:**

Testimonium de liberata ac redempta decima in Aeuting.

Nos Heinricus dei gra Comes palat. Reni, dux Bawarie, presentibus profitemur, (quod audivimus probationem sufficientem super perditione Instrumenti dati quondam per dnum Leonem, quondam

Epum Ratispon. Ottoni quondam Vicedno nro et filiis suis de obligata decima in Aeutingen, quam inquam decimam dnus nr Heinricus ven. Ratisponen. Epus recuperavit seu redemit pro omni eo, quo vendita fuerat et distracta; renuntiaverunt etiam in presentia nra predicti filii Ottonis quondam Vicedni, nec non uxor Leutwini filia Alberti de Satelpogen, pagati (soluti) integraliter de denar. omni juri, quod eis competere poterat in decima memorata. In cujus rei testimonium, ne aliqua possit calumpnia suboriri, presentem litteram conscribi fecimus et Sigilli nri robore communiri. Dat. Ratispone anno dni 1281. in yigilia aplorum Philippi et Jacobi.

*Sigillum equestre adpendet.*

**Num. DCIV. 1281. 8. Maii. Ex Originali:**

Arbitramentum Henrici Epi Ratisbon. super jure patronatus ad Ecclesiam parochialem Schirling. Nos Heinricus dei gra Ratisponen. Epus, universis presentes litteras inspecturis volumus esse notum, quod cum ex morte dilecti patruī nostri Altmanni p. m. quondam prepositi Ratispon. Ecclesia Schirling, cujus idem verus pastor extitit, vacare cepisset, super collatione seu jure patronatus ejusdem Ecclesie inter dilectam in Xpo Haedwigam venerabilem abbam inferioris monasterii Ratispon. ex una parte, nec non quasdam dominas de Conventu ejusdem Cenobii ex altera dissensionis seu discordie gravis materia esset orta, asserente ipsa abba, quod absolute sibi soli jus patronatus competeret in Ecclesia memorata, predictis vero dominabus in contrarium affirmantibus, quod in collatione ipsius Ecclesie singularum requirendus esset et accedere deberet consensus, consilium et voluntas; tandem surgente ex hmoi discordia turbatione non modica inter partes, ut etiam ipsi abbe exhiberetur irreverentia per dominas supradictas, nec aliquomodo concordare valentes, a nobis cum instantia petierunt, ut ipsam discordie causam per arbitrium decidere curaremus, compromittentes de communi partium voluntate, ratum et gratum se firmiter habituras, quidquid tam super provisione pastoris dicte Ecclesie, quam super jure patronatus ipsius fuerimus arbitrati, sicut in litteris compromissi super hoc confectis plenius continetur. Nos vero tanquam pacis et concordie, fervidi amatores, suscepto in nos granter hmoi arbitrio, et con-

silio sapientum ac discretorum Virorum habito prevedimus sepedicte Ecclesie Schirling per personam dilecti confratris nostri Bertholdi Kamurethi, tunc Ecclesie nre Archidiaconi, in quem pars dominarum consenserat, eam sibi pleno jure non tanquam Patronus, sed solummodo tanquam ad hoc assumptus arbiter conferentes, recognoscendo nihilominus, quod nec nobis, nec alicui Successorum nostrorum aliquod jus Collationis de cetero competere debeat in eadem, sed ex potestate arbitraria nobis tradita et concessa. Arbitrando duximus statuendum, quod apud abbam solam pro tempore existentem debeat amodo jus patronatus dicte Ecclesie perpetuo remanere, Conventui dominarum dicti loci super hoc perpetuum silentium imponentes, ut exinde pro irreverentia tempore discordie sue abbe exhibita recognoscant et noverint punitas, maxime cum seniores persone dicte parochie sub juramento per nos diligentius requisite non meminerint, ipsum Conventum ex antiquo aliquid juris in sepedicta Ecclesia habuisse, licet ipsa contentio duraverit a multis temporibus retroactis. In cujus rei testimonium presens instrumentum confici placuit Sigillorum, nri videlicet ac abbe, nec non Conventus monasterii supradicti robore communitum. Datum Ratispone anno domini 1281, VIII. Idus Maii.

*Tria Sigilla adpendent.*

**Num. DCV. 1281. 3. Junii. Ex Originali:**

Imp. Rudolphus prohibet alienationem bonorum ad Principatus pertinentium.

Rudolphus dei gra Romanorum rex semper augustus, universis Imperii romani fidelibus in perpetuum. Tenore presentium recognoscimus, quod presidentibus nobis judicio Ratispone sabbato infra octavam apolorum petri et pauli, ad instantiam nunciorum et procuratorum venerabilis F. Salzburgensis Archiepi principis nri karissimi per communem venerabilis Heinrici Ratispon. Epi et illustrium Ludouuici et Heinrici ducum Bawarie principum nostrorum et aliorum Comitum et nobilium, qui fuere presentes, Sententiam fuerit dictatum et etiam approbatum, quod Curie et alia bona principum, ad principatus suos spectantia sive Ratispone, sive alibi ubicunque sita alienari non possint, nec de eis aliquid per ipsos principes ordinari, quod Successoribus prejudicium aliquod valeat generare, quam Sententiam tanquam rationabilem approbantes et etiam confirmantes, in

ejus testimonium majestatis nre Sigillo presentes litteras jussimus communiri. Dat. Ratispone III. Non. Junii, Indict. IX. anno dni 1281. regni vero nri anno octavo.  
*Sigillum majestat. integrum adpendet.*

**Num. DCVI. 1281. 4. Jul. Ex Originali:**

Vidimatio Imperialis super Privilegio Regis Philippi de a. 1205.

Rudolfus dei gratia Romanorum Rex semper augustus, universis sacri Imperii Romani fidelibus presentes Litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum. Fastigio regalis dyadematis divinitus insigniti, licet cunctis, quos romanum tenet Imperium, debeamus favorem et gratiam inpartiri, principibus tamen, per quos robur ipsius Imperii fortius roboratur, et sine quibus non valet persistere, in hiisque utilitatem eorum respicientes, libenter volumus testimonium prehibere. Noverint igitur presentis etatis homines et future, quod nos quoddam privilegium Illustris quondam Philippi romanorum regis predecessoris nri pie memorie non cancellatum, non abolitum, non in sui parte aliqua vitiatum vidimus tenorem hmoi continens: (*vid. Privilegium Regis Philippi supra Num. CCCV.*) Nos vero predictum privilegium, sicut superius est expressum, nos vidisse publice profitentes, de ipso certum testimonium perhibemus. In cujus testimonii robur perpetuum presentem paginam Sigilli nri munimine fecimus roborari. Datum Ratispone IV. Nonas Julii, Indict. IX. anno dni 1281. regni vero nri anno octavo.

*Sigillum majestat. integrum adpendet.*

**Num. DCVII. 1281. 4. Julii. Ex Diplomatario:**

Mandatum Regis Rudolphi, quomodo Judaei se habeant diebus passionis.

Nos Rudolfus dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, universis Imperii Romani fidelibus presentes Litteras inspecturis gratiam nostram et omne bonum. In hiis, que fulcimentum et decus fidei christiane respiciunt, instaurandis ubilibet, dignum est, nos promptos semper et faciles inveniri. Noverint igitur universi, quod



Judei Ratispon. Civitatis et Diocesis de nostro mandato, auctoritate, gratia vel indulto aut alia occasione quacunq̄ sumpta a nobis venerabili Epo Ratispon. Heinrico Principi nostro karissimo, ac Successoribus suis nullatenus rebellabunt, nec ipsius vel Successorum suorum in hoc mandato aliqua lite se opponent, quo minus predicti Judei diebus passionis Domini nostri Ihu Xpi in hospitiiis suis lateant, clausas fores et fenestras suas habeant, nec in vicis et plateis publice in contumeliam fidei christiane appareant, et in aliis, que circa hoc ab Ecclesia sunt statuta, mandato ejusdem Epi suorumque Successorum reverenter obediant et intendant. In cujus rei testimonium presens scriptum Majestatis nostre Sigillo jussimus communiri. Datum Ratispone IV. Nonas Julii, Indictione IX. anno 1281.

**Num. DCVIII. 1281. 13. Julii Ex Originali:**

Privilegium Epi Henrici ac Ducis Henrici datum civibus Ratisbon. super immunitate thelonei. Nos Heinricus dei gra Ratispon. Epus, et Heinricus eadem gra Palat. Comes Reni, dux Bawarie, universis presentes litteras inspecturis volumus esse notum, quod nos advertentes grata obsequia, que nobis Cives Ratispon. hactenus exhibuerunt, et in posterum exhibere poterunt gratiora, propter ipsorum honestatem jura Civitatis eorum duximus amplianda, ipsis de gratia nra annuente Serenissimi dni nri Rudolphi Romanorum Regis beneplacito et consensu hanc indulsimus libertatem, quod quicumque extra terminos ducatus Bawarie residens apud ipsos Cives Ratisponenses receptus fuerit in concivem, et in ipsa Civitate per annum et diem cum loco proprio tanquam Civis fuerit commoratus, deinceps sicut Cives ceteri ab omni theloneo consueto per nos recipi Ratispone, liber esse debet penitus et solutus. Si vero quis dictorum Civium de eadem Civitate extra terminos ducatus predicti domicilium suum receperit, et ibidem permanserit per annum et diem, statim prefata privabitur libertate, et si ad eandem Civitatem reversus fuerit et per annum et diem ibidem steterit cum foco sicut Civis, prout superius est expressum, memorata libertate plenarie perfruetur. In cujus libertatis et gratie nre testimonium presens scriptum confici placuit et Sigillorum nrorum, nec non Capituli Ra-

tispon. quod specialiter voluntatem suam adhibuit et consensum, robore communiri. Datum Ratispone anno dai 1281. III. Idus Julii.

*Tria Sigilla adpendent.*

**Num. DCIX. Circa annum 1281. Ex Originali:**

Litterae reversales Leutoldi de Chünring ob advocatiam in Bechlarn et Steinkirchen ipsi ex gratia concessam.

Ego Leutoldus de Chünringen presentibus profiteor, quod Reverendus in Xpo pater et dnus meus Heinricus Ratispon. Epus defensionem seu procurationem possessionum, et hominum in hofmarchiis suis Bechlarn et Steinachirichen michi non ex aliquo jure advocatitio, quod in eisdem possessionibus habere debeamus, sed solum ex gra et pure sinceritatis fiducia, quam de me dinoscitur habuisse hactenus, nec non respectu fidelitatis debite, qua ratione homagii Ratisponensi Eccle obligor et astringor, duxit simpliciter et fideliter committendum, recognoscens ex nunc, quod nec aliquod jus advocatitium in possessionibus, hominibus ac aliis quibuscunque rebus ejusdem dni Epi michi, vel Heinrico fratri meo ex commissione sue procurationis subditis et commissis, nec alicui nri in linea sanguinis adherenti vel etiam succedenti competere debeat ullo modo, non assumens michi in institutione vel destitutione alicujus Judicis, vel alterius Officialis sui, seu etiam ordinatorem facultatum granarii vel Cellarii ipsius aliquam potestatem, sed quocunque tempore eidem vel Successori suo placuerit, omnem potestatem mihi commissam a me poterit libere revocare, nec ob hoc fidelitatis mee obsequia a Ratispon. Eccle retrahere debeo quocunque modo. In cujus rei testimonium presentes litteras confici placuit, et Sigillorum dni Alberti, serenissimi dni mei Rudolphi Regis Romanorum primogeniti et ejusdem per Austriam vicem gerentis, et mei, nec non supradicti Heinrici fratris mei robore communiri.

*Primum Sigillum avulsum est, caetera duo adpendent.*

**Num. DCX. 1282. 30. Jan. Ex Originali:**

Sententia, vi cuius Epus Ratisbon. quemlibet hominem ad quemvia locum in fundo seu allodio Eccliae suae existentem citare et in causam trahere valeat.

Nos Albertus de Habspurch et de Kiburch, Comes Lantgravius Alsatie, illustris Roman. Regis primogenitus et ejusdem per Austriam et Styriam Vicarius generalis. Ad universorum presentes litteras intuentium notitiam volumus pervenire, quod Reverendo in Xpo patre et dno nro dno Heinrico venerab. Ratispon. Epo apud Wiennam in nra et Nobilium terre Austrie presentia existente et per sententiam requirente, ubi vel ad quem locum aliquem hominem, contra quem sibi competit actio super bonis sue Ecclie mere proprietatis et allodii titulo attinentibus convenire, in causam trahere valeat aut citare, universis, qui aderant, consentientibus sententiatum extitit pro eodem, quod idem dnus Epus quemlibet hominem super bonis Ecclie sue allodii titulo attinentibus ad quemlibet locum existentem in fundo seu allodio Ecclie sue, sive sit in terra Austrie sive extra, citare, in causam trahere valeat et ibidem prosequi causam suam. Nos igitur hanc sentendam approbantes, confirmandam duximus presentium testimonio litterarum. Testes hujus Sententiae sic probatae sunt: Wernhardus de Schoumberch, Ulricus de Toufers, Liutoldus et Heinricus fratres de Chunring, Hadmarus et filius suus Hadmarus et Leutwinus de Sumberberch, Stephanus de Meissowe Marscalcus, et Otto Camerarius Austrie, dictus de Perchtolsdorf, Otto de Haslawe et filius suus Otto, Fridericus dapifer de Lengenbach, Ulricus de Pilichdorf, Reimbertus de Ebersdorf, Fridericus de Housekke, Erchengerus de Landse, Magr Chunradus scriba Austrie, Bentzo prothonotarius, Hermannus Marscaleus de Landenberch et Jacobus de Hermstorf. Datum Wienne III. Kal.. Februarii anno dni 1282.

*Adpendet Sigillum equestre illaesum.*

**Num. DCXI. 1282. 23. Martii. Ex Originali:**

Resignatio possessionum in Frumoldesheim per Comitem de Graisbach, et infeudatio ipsius cum possessionibus in Samenheim.

In nomine dni amen, Nos Bertoldus dei gra Comes de Graispach solempniter profitemur et constare volumus universis, ad quos pre-

sentes littere pervenerint, quod cum Chunradus miles dictus de Muer quasdam possessiones sitas in Frumoldesheim, piscationem videlicet cum pratis et agris eidem attinentibus, quorum redditus ad 4 tt. Hallensium se extendunt, a nobis in feudum teneret, quibus nos a reverendo patre et dno Henrico Epo et Ecclia Ratispon. infeodati sumus, idem Chunradus easdem possessiones de Consensu nro et ipsius dni Heinrici nunc Epi et Capituli Ratispon. similiter accedente consensu venerabili abbati et monasterio Haidenheimensi Eystettensis diocesis vendidit et distraxit, et per alias possessiones sitas in Sammenhaim, scilicet Curiam ibidem prope Eccliam et duas hubas in Rorach, quarum redditus ad 6 tt. Hallensium se extendunt, que etiam eidem militi titulo proprietatis attinebant, nobis libere resignavit et Ecclie Ratispon. pro priori feodo recompensavit habundanter. Nos vero predictas possessiones, piscationem videlicet et alia adtinentia in Frumoldesheim sitas resignavimus dno Epo Ratisponensi, et ab ipso recepimus in feudum, possessiones in Sammenhaim, curiam et duas hubas predictas, sicut in Instrumentis ex utraque parte confectis plenius continetur. In cuius rei testimonium presentes litteras nro Sigillo cum testibus subnotatis fecimus communiri. Ego vero Chunradus de Muer miles omnibus prescriptis consentio et profiteor publice esse vera, et Sigillum meum duxi presentibus apponendum. Hujus autem facti testes sunt ipse dnus Burchardus abbas, Marquardus Prior ejusdem loci, Sifridus Custos, Marquardus cellarius, Chunradus dictus de Elwangen, Sifridus dictus Wallars Monachi de Haidenhaim, Hainricus de Lechesgemünde plebanus notarius noster, Marquardus de Fünfstat, Fridericus dapifer noster, et Heinricus dictus Wielant milites, Eberhardus de Swinisbiunde pincerna noster, et alii quam plures. Actum et datum anno dni 1282. X. Kal. Aprilis, Indict. vero X.

*Duo Sigilla adpendent.*

**Num. DCXII. 1282. 30 Martii. Ex Originali:**

Arbitramentum circa sepulturas et funerum deportationes inter plebanos Ratisbon. et Conventum fratrum Praedicatorum.

Nos Heinricus dei gra Ratispon. Epus, frater Chunradus Prior provincialis fratrum Predicatorum per Alemaniam, universis presentes litteras inspecturis volumus esse notum, quod cum per venerabiles

viros dnos Chunradum prepositum, Ulricum decanum et Capitulum Ratispon. Prelatos, totumque clerum Civitatis Ratispon. ex parte una, et fratres Ordinis Predicatorum ejusdem Civitatis ex altera, sub omnibus questionibus novis et antiquis de sepulturis et deportacionibus funerum inter eos exortis finaliter decidendis, in nos esset tanquam in arbitros, arbitratores seu Compositores amicabilem compromissum, sicut in instrumento super hoc specialiter confecto plenius continetur, cujus tenor talis est: Nos Chunradus dei gra prepositus, Ulricus decanus, totumque Capitulum Ratispon. Ecclesie, Prelati et universitas totius Cleri Civitatis Ratispon. Hugo prior et Congregatio fratrum predicatorum ejusdem Civitatis presentibus profiteamur, quod cum inter nos tam annis presentibus, quam preteritis suborte essent diverse ac varie questiones super injuriis, per quas in sepulturis Ecclesiarum et funeribus nos offendi reputavimus, utrobique ad amputandam totius litis materiam super omnibus questionibus decidendis tam recentibus, quam antiquis, cujuscunque nominis censeantur, in Reverendum patrem et dnum nrum, dnum Heinricum venerabilem Epum Ratispon. necnon in religiosum Virum fratrem Chunradum provincialem fratrum Predicatorum per Alemaniam compromissimus simpliciter et precise, dantes illis tenore presentium litterarum de omnibus et singulis articulis questionum nostrarum ordinandi, statuendi, componendi et omnia alia faciendi, que inter nos quietis et pacis commodum poterunt preparare, plenariam potestatem; promittimus itaque, et nos tenore presentium obligamus, ratum et gratum per omnia habituros, quicquid per formam Compositionis omnium predictorum per predictos dnum Ratispon. Epum et Provincialem prefatum fuerit ordinatum. In cujus rei testimonium presentes litteras Sigillorum nrorum munimine duximus roborandas, Datum Ratispone anno dni 1281. VI. Idus Augusti.

Ex virtute ejusdem Compromissi et potestate nobis tradita in hac parte, arbitrando dicimus ac etiam diffinimus, quod omnes, qui apud predictos fratres elegerint sepulturam, ibidem debeant libere sepeliri, ita tamen, quod hmoi funera prius debeant ad suas parrochias deportari, exceptis illis, que, sicut apparet in sequentibus, sunt excepta; de eligentibus enim sepulturam apud fratres predictos ex eo, quod in situ domus eorum plus distat a parrochiis Civitatis, quam aliorum Religiosorum, et ex hoc in portacionibus funerum major eis, quam ceteris inminet difficultas, ipsis fratribus concedimus de gra speciali, quod singulis annis de parrochia cathedralis Ecclesie 6 funera, de

parrochia veteris Capelle 5. de parrochia sci Emmerami 4. de parrochia inferioris monasterii 4. de parrochia superioris Monasterii duo, et de parrochia sci Pauli duo sine deportacione ipsis liceat sepelire, incipiendo a festo sci Georii nunc venturo, et continuando deinceps annos singulos, ut ab eodem festo per cujuslibet anni curriculum completus numerus computetur; de quibus tamen funeribus plebanis, ad quorum parrochias pertinebant, canonica portio a predictis fratribus est solvenda, videlicet tertia pars, que de comparacionibus et oblacionibus misse illius, que pro defuncto celebratur, poterit provenire. Et si panni serici offerentur in exequiis talium defunctorum, nichilominus Eccliis, quarum parrochiales iidem defuncti fuerant, cedere debet tertia pars precii eorundem. Beginas quoque, que sunt de confessione fratrum, ipsi fratres sepeliendi sine deportationibus, dummodo, ut premissum est, ibi elegerint sepulturam, habebunt liberam facultatem, ita, quod plebanis suis solvatur predictae porcionis quantitas de eisdem; et eandem formam in sepulturis parentum sepefactorum fratrum de Conventu Civitatis Ratispon. existentium, scilicet patrum et matrum sororum et fratrum eorundem volumus observari. Si vero ad easdem fratres predicatores deduci contigerit corpus alicujus defuncti extra menia Civitatis, illud sine omni deportacione et cujuslibet porcionis solucione, dummodo de electione sepulture sue plebano suo constiterit, sepelire poterunt ipsi fratres; sed si extranea persona in Civitate decesserit, cui apud fratres habere placuerit sepulturam, illius corpus deportabitur ad parrochiam, unde recepit in extremis Ecclca Sacramenta, vel computabitur in numerum funerum predictorum, quorum sepultura ipsis fratribus, ut prefactum est, a singulis parrochiis de singulari gratia est indulta. Si qui vero sive de parte fratrum, sive de parte plebanorum inventi fuerint, illectiones fecisse contra formam juris, a prelati partium durius puniantur. De funeribus etiam habentibus jus fraternitatis alicujus Ecclie, que sepulta fuerint apud fratres, minores candelas et oblagium habebunt Ecclie, cujus fraternitates, dum viverent, habuerunt, fratribus autem Sacrificium remanebit, et easdem fraternitates tarn a fratribus, quam a plebanis volumus memorari. In quorum omnium robur et evidenciam pleniorum presentes litteras scribi fecimus, Sigillorum nri Epi, Capituli nri, provincialis et conventus fratrum Predicatorum robore communitas. Dat. in Ratispona anno dni 1282. feria secunda post Dominicam Palmarum, Tercio Kal. Aprilis.

*Quatuor Sigilla illaesa adpendent.*

**Num. DCXIII. 1282. 26. Julii. Ex Originali:**

Locatio Villae Wolferdorf.

Nos Heinricus dei gra Ratispon. Epus, nec non Ludwicus Comes palat. Rheni, dux Bawarie notum facimus universis presentia inspecturis, quod cum Ecclia veteris Capelle jure proprietatis possideret quandam Villam, dictam Wolfhardorf, solventem annis singulis duodecim solidos Ratispon. denar. 48. pullos, eademque in agricultura et edificiis qualitercunque apparet quasi desolata, ad obventum viri discreti dicti Kalhoh de Kürn pro reformatione defectus nominati sibi dictam Villam pro vite sue termino Canonici dicte Ecclie locaverunt tali condicione, ut dictus Kalhohus annuatim sex solidos denar. Ratispon. dapsilis monete in festo Martini in omnem eventum eisdem Canonicis solvere non obmittat, et si quando sepedictus Kalhoh de medio sublatus fuerit, ipsam Villam cum omnibus attinenciis suis, videlicet silvis, pascuis, agris, cultis et incultis ac edificiis, in quocunque statu fuerit, ad Eccliam veteris Capelle sine qualibet questione heredum et amicorum sepedicti Kalhohi integraliter et liberaliter revertatur. Ob hujus itaque rei veritatem contra quemlibet oblivionis seu dissensionis Scrupulum firmiter roborandam, presens scriptum Sigillis, nostris, partiumque Sigillis, quas talis causa tangere videtur, placuit communiri. Acta sunt hec anno incarnationis dominice 1282. in crastino beati Jacobi apli.

*Quatuor Sigilla adpendent, scilicet Epi, Ducis, Capituli veteris Capellae, ac Chalhoi de Kürn.*

**Num. DCXIV. 1282. 29. Jul. Ex Originali:**

Donatio Castri Sigenstein facta Ecclesiae Ratisbon. per Ducem Bavariae.

Nos Lodwicus dei gra Comes palat. Reni, dux Bawarie, presentibus profiteamur, quod ob reverentiam beati Petri principis apolorum, nec non propter affectum specialis dilectionis et favoris, quem ad venerab. patrem et dnum Heinricum Ratisponen. Epum semper habuimus, et in posterum habere intendimus incessanter, Castrum Sigenstein cum hominibus, possessionibus, pratis, pascuis, agris, silvis, et aliis juribus ac pertinentiis ejusdem quibuscunque cultis et iugul-

tis, quesitis et inquirendis, que nos respiciebant, assignavimus, donavimus et tradidimus eidem Ratisponen. Eccleie, jure proprietatis perpetuo possidendum. In cujus rei testimonium presentes litteras Sigilli nri robore fecimus communiri. Datum Ratispone anno dni 1282, IIII. Kal. Augusti.

*Sigillum Ducis equestre illaesum adpendet.*

**Num. DCXV. 1282. 3. Octobr. Ex Originali:**

Promissio monasterii Heidenheim. celebrandi anniversarium Henrici Epi Ratisbon.

Reverendo in Xpo patri ac dno suo Heinrico dei gra Eccleie Ratisponen. Epo Burchardus abbas, Prior, totusque Conventus monasterii in Heidenhaim ordinis sci Benedicti, Eistet. dioc. quicquid possunt, obsequii, reverentie et honoris. Pro eo, quod nobis et monasterio nro donando quasdam possessiones, que in instrumentis super hoc confectis lucidius sunt expresse, vobis tamen et Eccleie vre sufficienti recompensatione facta, concedere curavistis gratiam specialem; sinceritati vre fideliter promittimus per presentes, quod cum vos viam universe carnis ingredi contigerit, nos diem anniversarium obitus vri cum Vigiliis et missa defunctorum in nro monasterio annis singulis celebrare: presentes vobis litteras nri Sigilli munimine roboratas in testimonium transmittentes. Datum apud Heidenhaim anno dni 1282. V. Nonas Octobris.

*Sigillum abbatis illaesum adpendet.*

**Num. DCXVI. 1282. 17. Nov. Ex Originali:**

Infeudatio Conradi de Erenvels cum Castro Sigenstein.

Nos Henricus dei gra Ratisponen. Ecclesie Epus, universis presentes litteras inspecturis volumus esse notum, quod cum dilectus fidelis noster Henricus dictus Seman Castrum Sigenstein cum omnibus suis attinentiis, cultis et incultis, quesitis et inquirendis nobis pro 237 libris denar. Ratisponen. vendidisset, nec sine gravi dampno Eccleie nre potuissemus eandem pecuniam persolvere, habito



Consilio juratorum nrorum, inspectis etiam devotis et sincere fidelitatis obsequiis per dilectum avunculum nrum Chunradum de Erenvels nobis et Eccle nre multipliciter impensis, et in posterum, ut confidimus, impendendis, emptionem ejusdem Castri per nos factam sub interpositis pactis et conditionibus transtulimus in eundem dictum Castrum cum omnibus suis juribus et attinentiis, scilicet possessionum et hominum, ut premissum est, sibi et suis heredibus conferendo, de nri Capituli Consensu et omnimoda Voluntate possidendum a nobis et Ecclia Ratispon. titulo feodali, quorum auctores ipsius, quod Gwer vulgariter nuncupatur, nos per presentes constituimus, in quantum de jure possumus et debemus. In subsidium etiam sue emptionis quinquaginta libras denar. Ratispon. sibi dedimus, et de residuis 187 libris idem Erenvelsarius tenebitur satisfacere Semanno superius nominato. Adjectum est insuper, quod non liceat eidem Erenvelsario vel alicui heredum suorum, dictum Castrum vendere, si ad vendendum eos aliqua necessitas impulerit, vel alio quocunque modo alienare, nisi Epo Ratispon. qui pro tempore fuerit, pro eadem summa pecunie, videlicet 187 tt. pro qua sepedictum Castrum ab eodem nunc extitit comparatum. Si vero de possessionibus ipsius Castri jam obligatis quicquam fuerit absolutum, vel etiam de novo, quod dicto Castro attinere debeat, comparatum, hoc pro estimatione sui valoris solvi et superaddi debet eidem summe in reemptione hmoi per quemcunque Ratispon. Epum, si quando fuerit oportunum. Item si quis heredum Erenvelsarii prenotati ab Ecclia Ratispon. per matrimonium, quod absit, diverterit, ipso facto cadet a jure feudi, quod sibi ex portione hereditaria in supradicto Castro et eidem attinentibus competeat. In cujus rei testimonium presentes litteras Sigillorum, nri videlicet et nri Capituli, nec non ipsius Chunradi de Erenvels, Chunradi de Paulstorf, Chunradi et Waltheri pincernarum de Richenekke robore jussimus communiri. Datum Ratispone anno dni 1282. XVIII. Kal. Decembris.

*Adpendet solum Capituli Sigillum, caeteris avulsis.*

**Num. DCXVII. 1282. 19. Nov. Ex Originali:**

De Feudis ex obitu Alberti de Sarching vacantibus.

Nos Heinricus dei gra Ratispon. Epus, universis presentes litteras inspecturis volumus esse notum, quod cum vacantibus nobis

feodis ex morte dilecti fidelis nri Alberti de Seirching, dilectus affinis noster Albero Wallanus, nec non fideles nri Fridericus de Perig et Paldwinus de Paerbing nobis multis precibus institissent, ut Elizabet filie ejusdem Saerchingarii adhuc superstiti in eisdem feodis, cum possessiones prediales sibi pro sustentacione non suppeterent, aliquam gratiam faceremus; tandem de Consilio eorundem et juratorum nostrorum eidem puero Elizabethe 60 tt. denar. Ratispon. dedimus, et duximus deputandas, quarum 25 libre in complanationem questionis, quam dilectus nobis Ernestus Senior Drauhpekhus ipsi puero super Vinea in Pachen sita, et ex nunc eidem puero per nos collata titulo feodali, hominibus et rebus aliis movebat, sunt ipsi Drauhpekcho in prompta pecunia assignate, pro reliquis vero 35 tt. predicto puero accedente Consensu nri Capli redditus trium librarum et dimidie libre denar. Ratispon. de Curia nra in Geysling deputavimus et assignavimus in hunc modum, quod hmoi redditus tam diu, de ipsa Curia recipere debeat annuatim, donec per nos, vel quemcunque Successorum nrorum predictae 35 libre memorato fuerint persolute. Si autem sepredictum puerum sine heredibus decedere contigerit, prefate 35 tt. sive redditus pro eisdem deputati ad nos et Eccliam nram sine Contradictione qualibet libere revertentur; econverso tutores et consanguinei predicti pueri adhuc in minore etate constituti, videlicet Albero Wallarius, Fridericus de Perig, et Paldwinus de Paerbing nomine et vice ejusdem predium in Saerching situm, cum pomerio adjacenti, nec non aliis quibusdam adjacentiis nobis et Ecclie nre donaverunt et tradiderunt integraliter et precise jure proprietario perpetuo possidendum, remittentes redditus unius libre de piscaria in Saerching matri sepredicti pueri in subsidium dotalium, per dnum Leonem predecessorem nrum pie memorie assignatos nobis et Ecclie nre nichilominus absolutos. In cujus rei testimonium presentes litteras Sigillorum, nri videlicet et Capli nri, nec non predictorum Alberonis Wallarii, Fnderici de Perig, et Paldwini de Paerbing placuit munimine roborari. Dat. Ratispone anno dni 1282. XIII. Kal. Dec.

*Due tantum Sigilla, Capli, et Paldwini de Paerbing appendent caeteris avulsis.*

**Num. DCXVIII. Circa a. 1282. Ex Originali:**

Resignatio Castri Austriaci zu dem Haus facta per Fridericum de Hauseck.

Nos Heinricus dei gra Ratispon. Epus universis presentes litteras inspecturis volumus esse notum, quod dilectus fidelis noster Fridericus de Housekke, motus fidei devotione et devota fidelitate, qua nos et Eccliam nram pura sinceritate est hactenus prosecutus, Castrum suum, videlicet vulgo dicitur datz dem House, quod a nobis et Ecclia nra possidet titulo feodali, cum omnibus adtinentiis suis, videlicet hominibus, possessionibus, silvis, nemoribus, pratis, pascuis, agris, piscariis et aliis quibuscunque, cultis et incultis, quesitis et inquirendis ad manus nras resignatum in remedium sue anime Ecclie Ratispon. libere et precise tradidit et donavit, talibus Conditionibus interjectis, quod si eundem Fridericum sine heredibus de Elyzabeth uxore sua, quam nunc habet, vel quacunque alia procreandis decesserit, ex tunc dictum Castrum apud Eccliam nram cum omnibus pertinentiis suis, ut premissum est, proprietatis jure debeat perpetuo remanere. Si vero ex illa vel alia uxore sua heredes procreaverit, donatio hmoi careat omni robore firmitatis, et sit omnino irrita atque cassa; Nos vero sinceritate sua considerata diligentius et inspecta, ut fidei sue nobis et Ecclie nre per supradictam donationem impense tam liberaliter, quam gratanter, si non in toto, saltem in parte occurramus compensationis Vicissitudine aliquali predictae Uxori sue ducentas libras denar. Wiennens, super eodem Castro per manus nras duximus deputandas, sic, ut quandocunque post obitum sepredicti Friderici sine liberis decedentis eidem Elyzabeth ducente libre, videlicet in festo beati Michahelis 100, et in proximo festo purificationis beate Virginis tunc sequenti 100 per nos vel quemcunque Successorem nrum fuerint persolute, vel etiam, si pro eisdem sufficiens cautio, quam acceptaverit, eidem Elyzabeth per fidejussores exhibita fuerit ante solutionis terminos jam prefatos, ex tunc sepredictum Castrum et quelibet eidem adtinentia ad Eccliam nram pleno jure sine Contradictione qualibet devolvuntur. In cujus rei testimonium presentes litteras scribi fecimus, et Reverendi patris, dni Wichardi venerabilis Ecclie Patavien Epi, nri et Capituli nri, predicti Friderici de Housekke, Chunradi de Sumerowe, Ulrici de Capella, Heinrici de Losenstein, Heinrici de Volchensdorf et Chunradi de Capella Sigillorum

robore communire, qui huic interfuerunt negotio, et sunt testes nichilominus hujus rei.

*Novem Sigilla integra adpendent.*

**Num. DCXIX. 1283. 12. Jul. Ex Originali:**

Donatio Capellae S Georgii prope Chamb facta Capitulo cathedrali a duce Henrico.

Nos Heinricus dei gra Comes palat. Reni, dux Bawarie, omnibus presencia inspecturis in perpetuum. Ut hiis, que rite aguntur, oblivio non valeat novercari, immo quatenus racionabiliter acta explosa qualibet calumpniandi materia sua sorte procedant, scripture ac testium firmitas est inventa. Sane sacri Capituli Ratisponen. honestate benignius invitati, ne, ut hactenus factum est, Rector Chambensis per Cappellanum nostrum in monte sancti Georgii turbaretur, Capellam sancti Georgii prope Chambiam, cujus provisio seu presentacio ad nram manum pertinuit ex antiquo, tradidimus et donavimus Capitulo memorato sine omni jure advocaticio libere perpetuo possidendam in salutem animarum progenitorum nostrorum et nram, et ob respectum et reverenciam dni nri Karissimi Heinrici ipsius Ecclie venerabilis Epi, qui nri honoris incremento ac tranquillitati terre semper studuit complacere. Renunciamus itaque pro nobis et heredibus nris juri patronatus et advocacie in dicta Capella, ac omni juri et actioni, quod nobis et posteritati nre compeciit vel competere poterat in futurum; Ceterum dictum Capitulum donacione ac renunciacione facta, communicato consilio, quod utique membris pluribus et nobilibus ac sapientibus gloriatur, in suum favorem et amorem amplioem nos alliciens, dies sanctorum Confessorum Heinrici Imperatoris, cujus communicamus nomini et sue hereditatis, quoad dominium nrum Bawarie gubernacula possidemus, nec non sancti Francisci, quem speciali veneracione amplectimur, ac beate Elyzabeth, de cujus sanguine nri processerunt pueri, utpote que fuerat amita uxoris nre pie memorie, et undecim millium Virginum statuerunt in ipsa Kathedra Ecclia solempniter perpetuo celebrari, volentes pro festis predictis congruentes distribuciones recipere dictum Capitulum ex Capelle proventibus memorate. In cujus rei testimonium presentes litteras scribi fecimus, et Sigilli nri robore communiri. Datum Ratispone anno domini 1283. IIII. Idus Julii.

*Sigillum equestre cum rhombis illaesum adpendet.*

**Num. DCXX. 1283. 12. Julii. Ex Originali:**

Venditio quorundam mancipiorum ad Ecclesiam Ratisbon.

Nos Heinricus dei gra Comes palat. Reni, dux Bawarie, presentibus profitemur, quod Eberhardus de Neumberch miles coram nobis et per nos vendidit et tradidit dno nro Heinrico, venerab. Ratispon. Eccleie Epo omnem posteritatem Hetzarii, et uxoris sue, quondam officialis in Ergoltspach, sive proprietatis seu feodali ad eum titulo pertineant, et quocunque nomine seu conditione ad ipsum pertinentes censeantur, ab Ecclia Ratispon. cui se spondit, auctoritatem i. e. Gwerschaft super hoc prestaturum, libere possidendam, renunciando pro se et heredibus suis omni juri et actioni, quod ei in prefata uxore Hetzarii officialis, et ab ea progenitis et in posterum generandis competiit vel competere poterat in futurum. In cujus rei testimonium presentes litteras Sigilli nri robore fecimus communiri. Dat. Ratispone anno dni 1283. IIII. Idus Julii.

*Sigillum est avulsum.*

**Num. DCXXI. 1283. 15. Julii. Ex Originali:**

Donatio horti ad confraternitatem S. Wolfgangi.

Nos Heinricus dei gra Ratispon. Epus presentibus litteris profitemur, quod propter Deum principaliter ac nostre salutis remedium salutare fraternitates Ratispone promovere affectu desideramus speciali; ut autem easdem possemus prosequi cum effectu, hortum quendam de nostro consilio et consensu ad nos feodali titulo pertinentem, situm ante portam orientalem Ratispone, solventem annis singulis unam libram Magistri earundem fraternitatum emerunt ab Heinrico Purgtoraerio et Gebolfo de Metenbach pro quadam pecunie quantitate, quem videlicet hortum predicti Heinricus et Gebolfus a nobis et Ecclesia nostra tenebant titulo feodali, eundem nobis resignatum de nostri Capituli consilio et consensu donavimus et tradidimus dictis fraternitatibus jure proprietatis perpetuo possidendum. In cujus rei testimonium presentem litteram duximus nostro Sigillo ac nostri Capituli sigillandam. Dat. Ratispone anno Domini 1283. Idus Julii.

*Duo Sigilla adpendent.*

**Num. DCXXII. 1283. 27. Julii. Ex Originali:**

Obligatio confraternitatis sancti Nicolai in Ecclesia cathedrali Ratisbon.

Nos Ulricus dei gra prepositus, Chunradus decanus, totumque Capitulum Ratisponen. Ecclesie universis prebentes litteras inspecturis volumus esse notum, quod cum Rudperto Magistro fraternitatis sancti Nycolai et suis coadjutoribus seu officialibus tale pactum perpetuo inviolabiliter observandum inivimus, ut a Nativitate Domini singulis annis inchoando de exequiis quatuor funerum eandem fraternitatem habentium immediate quatuor oblagia, quorum quodque ad 67. denarios se extendit, recipere debeant et tenere, nec obligati esse debeant ad solvendum aliquid de eisdem; predictus vero Magister, vel qui pro tempore fuerit, et sui fraternarii sine requisitione cujuslibet pretii sive doni quemlibet Epum seu Canonicum nostre Ecclesie tam absentem, quam presentem in exequiis sui obitus de ipsa fraternitate sancti Nycolai integraliter, sicut unumquemque solventem sex solidos et 12. denarios, expedire de cetero tenebuntur. Siquis vero Epus aut Canonicus alias fraternitates pro exequiis suis sufficientes habuerit comparatas, de predicta fraternitate sancti Nycolai, que confertur ex pacto superius annotato, ordinandi seu transferendi in diem sui septimi vel tricesimi habebit liberam facultatem. In cujus rei testimonium presentes litteras Sigillorum, videlicet Reverendi patris et dni nostri Hainrici venerab. Ratispon. Epi, et nostri, necnon fraternitatum robore fecimus communiri. Datum et actum anno Domini 1283, Sexto Kal. Augusti.

*Tria Sigilla sunt avulsa.*

**Num. DCXXIII. 1283. 30. Nov. Ex Originali:**

Compositio inter Duces Ludov. et Henricum cum denominatione Fidejussorum facta per Epum Ratisbon. et Burggrafium Norimberg arbitros.

Nos Heinricus dei gra Ratisponen. Ecelesie Epus, et Fridericus Burcgravius de Nürnberch arbitri seu arbitratores super causis et questionibus, que inter illustres dnos Lodwicum et Henricum duces Bawarie vertebantur, arbitrando pro bono concordie diffinimus; quod privilegium statutorum, quod incipit; Conditor huma-

ni generis etc. \*) et cujus terminus usque ad instans festum Nativitatis Dni se tantummodo extendebat, per omnes suas clausulas usque ad purificationem beate Virginis nunc venturam debeat in vigore festivo per predictos duos duces et quoslibet ipsorum homines ac servitores firmiter observari. Item uterque dnorum Ducum super satisfactionibus incendiorum et rapinarum a festo beati Probi nunc elapso usque in hodiernum diem beati Andree apli utrinque illatorum suum primogenitum obligavit, ira, quod dnus Otto filius dni Heinrici ducis, Al. Comes de Hals, Ulricus de Abensperch, Ch. de Preisingen, et H. de Mosdorf in Iserekke nulla monitione previa in octava Epiphanie dni nunc ventura ad obstagia se recipiant sub promisso fidei nobis dato, nec ab inde recedere deberent ullo modo, donec juxta tenorem prioris privilegii inter ipsos duces confecti de predictis dampnis fuerit satisfactum; e converso dnus Lodwicus filius dni Lodwici ducis, Chunradus de Luppurch, Winhardus de Rorbach Wich. de Iringspurch, et Berchtoldus de Schiltperch in octava ejusdem Epiphanie usque ad satisfactionem eorundem dampnorum se nomine obstagii similiter recipiant apud Dachawe. Item statuimus, ut predicti dni Duces in crastino Epiphanie dni Ratispone debeant placita mutuo observare super exsolvendis dampnis incendiorum et rapinarum, ac aliis Causis inibi terminandis. Stabitur etiam ibidem ab utraque parte Sententiis illorum octo ad hoc communiter electorum sic, quod in quocunque ipsos contigerit discordare, nos habeamus decidendi plenariam potestatem. Statuimus etiam, ut Chunradus de Paulstorf et Ch. de Swarzenburch super omnibus causis, quas tam ab antiquo, quam de novo ad invicem asserunt se habere, in proximo placito debeant vicissim justitiam exhibere. Item statuimus, quod per prefatos Duces efficaciter procuretur, ut usque ad purificationem beate Virginis affuturam super questiouibus quibuscunque per homines seu quoslibet servitores eorundem treuge inviolabiles observentur, et quod omnes captivi adhuc detenti infra octo dies ab utraque parte liberi dimittantur, alioquin primogeniti predictorum Ducum moniti per nos Epum in premissis locis obstagia subintrabunt, remansuri in eisdem, donec omnes captivi fuerint absoluti. Item ex parte dni Lodwici ducis jurabunt Ulricus Vicednus de Lengvelt, Ch. de Paulsdorf et Ch. filius ejus, Dietricus de Wildenstein, K. de Churn, Al. de Murach,

\*) Hoc privilegium Statutorum hucusque inveniri non potuit.

duo Stralnveldarii fratres, Reisaharius et iudex de Niwenburch: de parte vero dni Heinrici ducis Albertus de Straubing Vicednus, Ulricus dapifer de Ekkenmül, et H. frater ejusdem, Ch. de Swarzenburch et filius suus, Ch. de Satelbogen, Schönnestatnerius, Jordanus de Murach, pincerna de Flügelsperch, H. de Rorbach, et Iudex de Chambia pro se et suis, quod durantibus treugis ab omnibus dampnis debeant omnimodis abstinere. Si vero dampna, si qua, quod absit, fuerint medio tempore irrogata, retractata non fuerint infra dies 14. subsequentes, ad amonitionem Vicedni, qui in suo Vicedominatu dampna hmoi est perpressus, Vicednus partes alterius, nec non auctores dampnorum, qui per se vel servitores suos dampna talia intulerint, Ratispone tenebuntur ad obstagia exsolvenda, donec exhibita fuerit congrua satisfactio de illatis ; debent etiam ambo Vicedni memorati in prohibendis dampnis mutua adiutoria sibi invicem exhibere sub astrictione prestiti iuramenti, et si quis eorum ad hoc per alterum postulatus, adiutorium suum denegaverit exposcenti, ille similiter erit obstagio obligatus. Inclusum est etiam juramento Vicednorum, quod de universis et singulis dampnis a die beati Jacobi usque hodie irrogatis inquisitionem habeant diligentem, et eadem in scriptis nobis presentent in placitis proximo observandis. Si quis vero subterfugiendis dampnorum salisfactionibus a parte unius Ducis ad partem alterius voluerit se transferre, idem nullatenus debet recipi ob hanc causam. Item si alterutrum predictorum dnorum Ducum a prefato die placitorum, nisi legitimo impedimento detentus fuerit, se contingat aliququaliter absentare, filius ejusdem adjunctis sibi predictis quatuor obstagium subintrabit die proxime subsequenti, nulla monitione aliquatenus precedente: insuper in proximis placitis nobis reservamus omnem, quam hactenus habuimus arbitrariam potestatem super hiis et omnibus aliis jam tractatis. Et ut premissa omnia firmiter conserventur, presens scriptum fecimus Sigillorum nrorum munimine roborari. Datum Ratispone anno dni 1283. in die beati apli Andree.

*Sigillum Burggrafii laesum adpendet, altera Epi avulso.*



**Num. DCXXIV. 1284, 31. Januarii. Ex Originali:**

Compositio facta inter Duces Bavariae Ludovicum et Henricum, ac eorum homines et servitores adjuncta denominatione fidejussorum per Henricum Epum Ratisbon. et Fridericum Burggrafium Norimberg. arbitros.

Nos Heinricus dei gra Ratisponen. Eccleie Epus, et Fridericus Burgravius de Nurnberch arbitri seu arbitratores sive mediatores super omnibus causis seu questionibus, que inter illustres dnos L. et H. duces Bawarie, homines et servitores eorum vertebantur, exceptis causis principatus ipsorum tangentibus, arbitrando dicimus, statuimus ac etiam diffinimus, quod privilegium, cujus initium est: Conditor humani generis, quod usque ad festum nativitatis dni nunc elapsum se tantummodo extendebat, et ab eodem festo nativitatis usque ad purificationem B. Virginis nunc instantem per nos statutum fuerat observari usque ad festum b. Martini proxime adventurum per omnes suas clausulas, conditiones et pacta firmum et inconvulsum debeat permanere. Item super satisfactionibus incendiorum et rapinarum a festo beati Jacobi preterito usque in diem beati Andree sequentem utrimque illatarum primogeniti amborum dnorum ducum se obligaverunt per fidejussoriam cautionem, ita, quod dnus O. filius dni H. ducis, Al. Comes de Hals, Ulr. de Abensperch, Ch. de Prisingen, et H. de Mosdorf in Iserekke nulla monitione previa a recessu proximi placiti observandi per unum mensem, nisi ex potestate arbitraria aliud duxerimus ordinandum, ad obstagia se recipiant sub promisso fidei nobis date, abinde nullatenus recessuri, donec de dampnis incendiorum et rapinarum, que non sunt in presenti placito retractata, juxta tenorem proximi privilegii inter ipsos duces confecti fuerit satisfactum: econverso dnus L. filius dni L. ducis, Chunradus de Luppurch, Wernhardus de Rorbach, Wich. de Eiringspurch, et Berth. de Schiltperch usque ad satisfactionem eorundem dampnorum in predicto termino seu nomine obstagii similiter recipiant apud Dachawe. Item statuimus, ut predicti dni L. et H. duces inter Chelhaim et Saeligenstat feria secunda post dominicam Letare Jerusalem, super dampnis incendiorum et rapinarum alternatim emendandis et aliis causis in presentibus litteris comprehensis simul debeant diem placiti observare, in quo sententiis illorum octo ad diffiniendas causas communiter electorum a partibus standum erit, reservata tamen nobis plenaria potestate decidendi quaslibet questiones, super quibus iidem octo nequiverint concordare. In eodem placito

ante omnia Aeusehovarius et Heinricua de Rorbach super omnibus eorum questionibus debent mutuo justitiam exhibere, pars autem non comparens vel rebellis in justitia acceptanda, vel etiam exhibenda perdat omnes causas, quas movere parti alteri intendebat, et nichilominus pars comparens et juri consentiens in jure suo debet per ambos duces protegi et defendi, et dno H. duci tunc debet de Praitenekkario exhiberi justitie complementum. Habebimus etiam potestatem per nuntios vel litteras ambo vel unus ex nobis semel vel pluries, prout expedire videbitur, ipsa placita prorogandi. Item statuimus, ut prefati dni duces usque ad crastinum beati Michahelis proxime affuturum inclusive super questionibus quibuscunque, vel homines quoslibet et servitores eorum procurent efficaciter treugas inviolabiliter observari, item quod omnes captivi adhuc detenti infra octo dies ab utraque parte liberi dimittantur, et dimissi jurabunt pro se et amicis suis a festo purificationis per dies 14. super suis captivitatibus et dampnis ratione captivitatum perpeccatis firmam et perpetuam pacem cum omnibus, qui in eorum Captivitatibus dinoscuntur cuipabiles, observare, ita, quod captivi dni H. ducis coram fratre suo et e converso prestare debeant hmoi juramenta. Erunt etiam absoluti, qui talia juramenta prestiterint coram nobis Epo supradicto, alioquin primogeniti dnorum ducum moniti per nos Epum, in premissis locis obstagia subintrabunt remansuri in eisdem, donec omnes captivi a festo beati Jacobi usque Andree fuerint absoluti, et si captivi ab ipso festo beati Andree usque ad purificationem B. V. subsequentem dimissi non fuerint infra octo dies, vicedni utriusque partis tenebuntur ad obstagia exsolvenda in locis eisdem inferius super causis aliis deputatis. Item de parte dni L. ducis juraverunt et jurabunt Ulricus de Perge et Ulricus de Rörnmos Vicedni, Ch. de Luppurch, O. de lapide et filius suus, Dietricus de Wildenstein, Chalhohus de Chürn, Chunradus de Paulstorf et Ch. filius suus, Al. et Jord. fratres de Murach, duo Stralnveldarii, H. de Parsperch, March. Heinr. et Ulr. fratres de Raitenbuch, Rutlandus et Sifridus de Peilstain, R et Ulr. de Segnsperch, Ch. Reisachar, duo Cholones de Swartzenekke, Michelspergarius judex de Niwenburch, judex de Rietenburch, F. de Stauffe, H. de Preising, Ulr. Dietr. et Ch. de Startshausen, Ch. de Ottingen, Heinr. Münstraer, Ulr. de Hilkershausen, Arnoldus et Ulr. de Chamerberch, Berhtoldus de Chamer, duo Wildenwerterii, Chlammersteinarius, O. de Laiming, judex de Vohburg, Judex de Pfaffenhoven, judex de Aichach, judex de Dachau, judex de Val-

chenberg, iudex de Aiblingen et prepositus de Chufsteinde parte vero dni H. ducis Alb. de Straubing et Al. de Rota vicedni, Ulr. de Abensperch, Ulr. dapifer de Ekkenmül sen. Ulr. et H. filii sui, Ch. de Swartzenburch, et filius suus, Ch. de Satelbogen, duo Puchpergerii, Gh. de Schönestain, Stainbuhel, pincerna de Flügelsperch, Brunno de Brenneberch, K. et L. fratres Alberti vicedni de Straubingen, iudex de Monaco, duo Chaelbelini, tres Waldawarii, iudex de Chambia, Castellani in Schöenperge, Eitzenreutarius, Al. de Fraunhoven, Weihsarius, H. de Rorbach, H. de Aitterbach, S. et S. de Fraunberch, H. de Ahaim, duo Aschawarii, Or. de Walde, C. de Preising, Taufchirchararius, Tuntzo H. de Sunching, iudex de Haidawe, Andorfarius, Chetnarius iudex, iudex de Ahbach, Sighardus de Eglolfshaim, Ch. de Hornpach, et tres filii sui, de Innehoven, de Aerding et Traunstein iudices, et Ramolt de Prandenperch pro se et suis, quod durantibus treugis ab omnibus dampnis omnino se contineant et debeant abstinere. Absentes autem, si in presentia Ul. et Alb. Vicednorum infra dominicam Invocavit non juraverint ad prestandum juramentum, quilibet per suum Vicednum compelletur: alioquin ipsi Vicedni, donec ab omnibus juratum fuerit, obstagium Ratispone exsolvere tenebuntur sub juramento prestito per eosdem. Predicti quoque duces sub promisso nobis facto Vicednos superiorum partium, videlicet Ul. de Rörnmos et Al. de Rota jurare facient et coram eisdem a subditis eorum procurabunt fieri juramenta per eos, qui nominatim in presentibus sunt expressi: alioquin Ul. de Rörenmos in Monaco, et Alb. de Rota in Landeshut, donec omnes juraverint, in obstagiis remanebunt, et si dampna, si qua medio tempore irrogata fuerint, non extiterint extractata infra dies 14 subsequentes ad ammonitionem Vicedni, in cujus Vicedominatu dampna hmoi sunt illata, Vicednus partis alterius, nec non auctores dampnorum, per quos vel per quorum servitores dampna contigerit irrogari, Ratispone obstagium exsolvere tenebuntur usque ad satisfactionem congruam illatorum. Debent etiam Vicedni ambarum partium in perhibendis dampnis rapinarum et aliorum quorumcunque vicissim mutua adjutoria exhibere sub prestita juratoria cautione. Si quis autem eorum per alterum requisitus adjutorium suum denegaverit postulanti, et raptos publicos in sequenti, ille similiter erit ad exsolvendum obstagium obligatus, donec de dampnis fuerit satisfactum. Insuper ipsi Vicedni sub prestito juramento de dampnis nondum emendatis inquisitionem faciant diligentem et eadem in scripto posita nobis in pro-

ximo placito presentabunt. Siquis vero pro subterfugiendis dampnorum vel actionum satisfactionibus a parte unius ducis ad partem alterius migrare voluerit, idem nullatenus debet recipi ob hauc causam. Item statuimus, ut si dnus L. dux alicui vel aliquibus de familia fratris sui in aliquibus debitis fuerit obligatus, ille vel illi presentiam dni L. ducis ejusdem accedent pro hmoi debitis postulandis, que etiam debita ad talem requisitionem, si de ipsis dubium non fuerit, solvi debent infra mensem. Si vero debitum negatum fuerit, Vicednus ipsius ducis tenebitur loco et nomine dni sui de debitis exhibere justitiam requirenti; quod si neglectum fuerit vel omssium, probata requisitione per juramentum corporale, iudex, in cuius districtu actor residentiam habuerit, capiet pignora sine prohibitione qualibet pro debitis memoratis: Perhibens autem pignorum Captionem, que tamen ad eximendum dari debent, ad satisfactionem debitorum tenebitur, et si idem solvendo non fuerit, ipsius ducis, qui existit debitor, debent pignora occupari; et hoc ipsum tenendum est e converso de dno H. duce et familia sui fratris. Pena etiam de pignorum captionibus jam posita tenenda est de non negato debito, nec soluto. Item si qui de familia unius ducis servitoribus seu familie alterius in aliquibus debitis teneantur actores omissis impignoratioibus recursum habebunt ad Vicednos, in quorum districtibus debitores hmoi fuerint demorati super debitis exigendis. Et si ipsa debita summam 10 tt. attigerint, ipsi Vicedni de debitoribus hmoi justitiam exhibebunt, de debitis autem infra 10 tt. existentibus de mandato Vicednorum iudices tenebuntur sine captione celerem et favorabilem justitiam exhibere sub pena superius de debitis exhibita. Item si servitorem unius ducis per hominem vel servitorem alterius contigerit vulnerari, Vicedni amborum ducum interponent pacificando vulneratum vel vulnerantem per justitiam vel amorem, quod si per Vicednos fieri non potuerit et conditio vulnerate persone hoc exegerit, ad illos 8. causarum diffinitores, vel si isti in hoc deficerent, ad nobiles viros Prukpergerium et Comitem de Hals, vel ad nos, si iidem non sufficerent, devolvetur factum hmoi terminandum. Item statuimus, ut cuilibet nuntio transeunti terram Bawarie plena securitas ordinetur. Si vero aliquem nuntium undecunque venientem privari contigerit suis rebus, ille dux, in cujus dominio fuerit talis privatio perpetrata, aut procurabit restitutionem ablatorum, vel obligatus erit, dampnum patienti de sua camera resarcire. Item quicumque habens Castrum sive munitionem, nec adherens servitio aJicujus Principis maleficium aliquod ad

ipsum Castrum seu munitionem perpetraverit, et per aliquem Vicednum obsessus fuerit, neuter dnorum ducum eundem debet recipere vel defendere, sed contra eum ambo procurabunt per suos Vicednos adiutorium exhiberi. De Castro Trausniht taliter diffinimus, quod heredes eiusdem, ad quos dinoscitur pertinere, videlicet Hotzdawarius et relicta fratris sui Waltternarii ac pueri et heredes eorundem illud simul tenere debeant tali modo, quod cessantibus et cassatis omnibus emptionibus prius factis per ambos duces neuter ipsorum ducum a festo beati Georgii nunc venturo per duos annos illud debeat comparare: et idem Hotzdawerius vel heredes sui a possessione ipsius Castri eandem affinem suam vel heredes ejus eiicere non debeat quoquo modo, vel etiam ipsa eundem Hotzdawerium aut suos pueros e converso, attemptans autem ejectionem hmoi, jus suum perdet ipso facto, quod in eodem Castro et quibuscunque attinentiis ejusdem sibi competere videbatur, in quo etiam jure per utrosque duces pars alia, contra quam attemptata fuerit, talis eiectio defendetur: neuter etiam ducum in locandis ibidem suis hominibus preveniet suum fratrem, nec ipsis ducibus de eodem Castro debent medio tempore dampna aliqua irrogari. Item Vicedni Ul. de Lengvelt et Alb. de Straubing feria 2. proxima post Exurge Ratisponam intrabunt ducturi secum de utraque parte 8. personas nominatim nobis Epo in scripto assignatas, que de dampnis rapinarum et incendiorum mutuo coram nobis Epo justitiam exhibebunt, quorum si abqui se absentaverint, procedet probatio impetentium secundum formam in Instrumento pristino comprehensam; et si alter Vicednorum venire non poterit, idem ad 4. dies premitteat nuntium, qui coram nobis Epo retardationis sue impedimentum legitimum comprobabit, quo cessante ad diem alium venient, quem eis duxerimus assignandum: cautiones autem pro se quilibet exhibebit, vel retorquentur ad primogenitos predictorum ducum, sicut superius est expressum. Item dampna a festo b. Andree transacto usque ad instantem purificationem B. V. utrimque illata, per Vicednos sub premissa pena obstagii ipsis imposita corrigentur. In quorum omnium testimonium presentes litteras Sigillis nris fecimus communiri. Datum et actum Ratispone anno 1284. II. Kal. Febr. Nos etiam L. et H. duces Bawarie pro reformanda inter nos fraterni amoris et Concordie unione in premissa omnia consentimus, et ea nichilominus approbamus, presentes litteras in approbationis testimonium Sigillorum nrorum munimine roborantes; datum loco, anno et die, ut supra.

*Quatuor Sigilla, Epi, Ducum Lud. et Henrici, nec non Burcgravii Norimberg. adpendent.*

**Num. DCXXV. 1284. 5. Martii. Ex Originali:**

Epus Henricus incorporat monasterio Ensdorf. Parochiam Wolfsbach.

In nomine dni amen. Nos Heinricus dei gratia Ratisponensis Epus volumus esse notum, quod cum Gerungus venerabilis abbas totusque Conventus Ecclesie in Enstorf nostre dyocesis quasdam possessiones in Wolfspach, videlicet piscariam cum novalibus et silvis, ac fundo Ecclesie ibidem, necnon advocatiam ejusdem Ecclesie ab Alberto de Puchperg, cui jus presentandi in ipsa Ecclesia competebat, pro quadam summa pecunie proprietatis titulo comparassent, nos ipsius abbatis et Conventus instantia et devotis precibus invitati in predictam Ecclesiam Enstorf jus patronatus prefate Ecclesie Wolfspach cum omnibus suis pertinentiis transfudimus pleno jure, accedente totius nostri Capituli licentia et consensu, sic tamen, ut in eadem Ecclesia perpetuus Vicarius institui debeat et locari, nobis vel cuicumque Ratisponensi Epo presentandus per abbatem pro tempore existentem, qui quidem Vicarius tenebit principalem dotem ipsius Ecclesie sine censu, et nichilominus nomine prebende de decimis ejusdem Ecclesie Wolfspach in omnem eventum quinque scaffas siliginis, dimidiam tritici, dimidiam ordei, et quatuor scaffas avene cum decimis minutis totius Parrochie et cottidiano questu recipiet annuatim, residui vero fructus seu proventus qualescunque sepedicte Parrochie cedent perpetuo usibus infirmarie memorati monasterii Enstorf, ita, quod applicentur consolationibus infirmorum. Debet insuper infirmarius existens pro tempore ad valorem dimidie libre annis singulis in nostro anniversario consolationem Conventui de supradicte Ecclesie proventibus exhibere, ratione cujus consolationis noster anniversarius in predicta Ecclesia Enstorf perpetuo celebretur. Presens privilegium inde confectum nostro Sigillo et Capituli nostri in signum perpetue Confirmationis digne duximus roborandum. Hujus autem facti testes sunt: dnus Ulricus summus prepositus dictus de Dornberch, dnus Chunradus decanus dictus de Luppurch, Ortlibus de Seirching, Wichardus de Hüte, Heinricus de Firmian, Berhtoldus de Camuret, Aerbo, Heinricus Wihsarius, Rulandus, Heinricus de Swarzenburch, Heinricus Paganus, Albertus Vicednus, Magr Ulricus, Fridericus de Pünchoven, Chunradus de Phafchoven, Heinricus de Oberndorf, Wernhardus de Lonsperch, Chunradus Lantgravius junior, et Heinricus inter latinos, Syfridus, Canonici majoris Ecclesie. Acta sunt hec anno Domini 1284. III. Nonas Martii.

*Duo Sigilla illaesa adpendent.*

**Num. DCXXVI. 1284. 12. Martii. Ex Originali:**

Obligatio monasterii in Sewen, celebrandi anniversarium Henrici Epi Ratisbon.

Ditricus dei gra abbas, Hainricus Prior, totusque Conventus in Sewen universis Xpi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in Virginis filio sempiternam. Cum actus hominum universi volubili more pertranseant et labantur, nec sit aliquid iam in mundo, quod non pereat, neccsarium erit valde, ut tractatus hominum, qui nunc fiunt, scriptura pervigili memorie commendentur. Nos igitur scire volumus perlegentes presens scriptum, quod Reverendi in Xpo patris ac dni nri Hainrici, venerabilis Eccleie Ratispon. Epi, nobilis Comitum de Roteneck, postquam de huius vite ergastulis sua anima viam adierit universe carnis, propter beneficia tam plurima et promotionem favorabilem nobis et Eccleie nre gratiosissime impensam, nec non specialiter propter redditus libre unius annuatim per suam pecuniam perpetuo durandi comparatos, suum anniversarium, ut est dignum et honestum, tam fratrum, quam sororum Vigiliis et missarum celebrationibus, nec non amministratione refectionis cene solempni volumus et promittimus devotius celebrare, remotis quibuslibet articulis predictam ordinationem infringentibus. Et ut hec rata permaneant et inconvulsa, presens scriptum conscribi iussimus, Sigillorum nrorum munimine roborantes, Acta sunt hec anno dni 1284. in die sci Gregorii.

*Duo Sigilla abbatis, sui que Conventus integra appendent.*

**Num. DCXXVII 1284. 26. Maii. Ex Originali:**

Contractus inter Epum Ratisbon. et Landgrafium Leuchtenberg. ratione feudorum.

Nos Heinricus dei gra Comes Palat. Reni, dux Bawarie presentibus profiteamur, quod nobilis Vir Gebhardus Lantgravius de Leukenberig in nra presentia constitutus in Contractum per reverendum patrem et dnum nrum Heinricum ven. Ratispon. Eccleie Epum habitum cum patruo suo Friderico Lantgravio super omnibus feodis, cultis et incultis, quesitis et inquirendis ac pertinentiis eorundem, que tam ipsi, quam progenitores eorum indivise a Ratispon. Ecclesia possedissee dinoscuntur feudali titulo ab antiquo, consensit, et coram nobis publice est protestatus, quod omne ius, quod eidem Friderico

in hmoi feodis pro sua parte competiit, idem dnus Heinricus Ratispon. Epus ratione Contractus hmoi de nro scitu initi habere et de hoc gaudere debeat in futurum, ita, quod tam ipse dnus Epus Ratispon. vel quicumque alter existens pro tempore, quam predictus Gebhardus Landgravius prefata feoda conferendi insimul de cetero habeant facultatem. In cuius rei testimonium presentem litteram Sigillis, nro videlicet et supradicti Gebhardi Landgravii placuit communiri. Testes autem sunt venerabiles viri Ulr. prepositus, G. decanus, B. Gamaredi archidiaconus Ratispon. Eccleie, et fideles nri Ulr. de Abensperch, Alb. de Frounhoven, Ulr. dapifer de Ekkenmül, Chunr. de Satelpogen, Heinricus de Mosdorf Magr Curie nre, Alb. de Stroubing Vicednus cum aliis quam pluribus fide dignis. Datum Ratispone anno dni 1284. VII. Kal. Junii.

*Duo Sigilla adpendent.*

**Num. DCXXVIII. 1284. 2. Junii. Ex Originali:**

Fridericus Landgrafius de Leuchtenberg resignat feoda, que tenuit ab Ecclesia Ratisbon. Burggrafio Norimbergensi.

Reverendo in Christo patri ac domino suo Heinrico Episcopo Ratisponensi Frid. Langravius de Lukenberc obsequium semper benivolum et paratum. Vestre signamus dominacioni, quod omnia feoda, dicta Mannlehen, que a vobis et a vestra Ecclesia tenuimus, viro nobili Friderico Burcgravio de Nuremberc auunculo nostro karissimo dedimus et damus, ac eciam nobis presentibus resignamus, rogantes Reverenciam vestram humiliter et devote, quatenus eidem predicta (bona) in feodum concedere dignemini et conferre. Datum in Baierrut feria VI. infra octavam Pentecosthes, aimo domini 1284.

*Sigillum Landgrafii adpendet.*

**Num. DCXXIX. 1284. 12. Julii. Ex Originali:**

Assignatio variorum reddituum pro solutione debitorum ad 153 libras.

Nos Heinricus dei gra Ratispon. Epus, universis presentes litteras inspecturis volumus esse notum, quod cum in primo regiminis



nri accessu, facta ratione cum Capitulo nro, tam de denariis per dnum Leonem pie memorie antecessorem nrum, quam per nos ipsi Capitulo debitis remansissemus in 252 tt. minus 38. denar. Ratispon. eidem Capitulo finaliter debitores, de quibus pro celebrandis festis et anniversariis Semanni, Magri Sibotonis, olim Confratrum Eccleie nre, et Chunradi Hupfonis Civis Ratisponen. possessiones debuerant comparari in ipsorum memoriam sempiternam, prout de possessionibus in Eglolfsheim tempore ejusdem antecessoris nri fieri consuevit, deputavimus quosdam redditus per annos aliquot Capitulo memorato pro satisfactione hmoi debitorum, per quos tamen ipsa debita solvi integraliter non valebant: habita autem nunc inter nos tam de antiquis, quam de novis debitis congrua ratione, omnibus computatis et complanatis in 153 tt. denar. Ratispon. remanemus predicto Capitulo obligati, quod et presentibus litteris recognoscimus ac etiam profiteamur; in quorum recompensationem et solutionem de Consiliariorum et Juratorum nrorum consilio, cum aliter ab hmoi debitis exonerari nequiverimus et absolvi, donamus, tradimus, et assignamus ipsi Capitulo possessiones Eccleie nre taxatas ad 8 tt. redditus et dimidie, videlicet in Aufhousen hubam unam, quam nunc tenet Gotfridus faber de Petzchoven, solventem sex solidos denar. Rat. septem scaphas tritici cum uno Mez, et aliam hubam ibidem, quam similiter nunc colit Heinricus de Hünchoven solventem unam scapham tritici et unum Mez, et 60 denar. Rat. annuatim, quas absolvimus a Türnbergario Cive Rat. et de advocatia in Weltenburch redditus 2 1/2 tt. den. Rat. Redditus etiam unius libre de advocatia Ecclesie Gekking a Wernhero de Preittenek comparatos, apud ipsum Capitulum proprietatis titulo more aliarum predialium possessionum, quas possidet, remanendos, hoc tamen salvo, quod per nos vel quemcunque Successorem nrum pro eadem summa pecunie et non aliter reemptio fieri valeat eorundem: et quia predicta pecunia ad supradictum Capitulum pretextu Elemosine fuerat devoluta, convenit, ut eorundem memoria exinde celebretur, ex quorum donatione dinoscitur processisse, sic, ut de redditibus predictorum 2 1/2 tt. octo festa et anniversaria hoc modo et ordine annis singulis celebrentur, videlicet anniversarius dni Popponis, translatio beati Nicolai in pleno officio, quam idem dnus Poppo celebrari de sua pecunia procuravit, processio in die assumptionis beate Virginis per nos instituta, festum beati Wolfgangi in summis, festum beati Jeronimi de Semanni pecunia institutum, et festum Luce evangeliste de Magri Sybotonis

denariis procuratum, nec non anniversarius sororis Maehtildis de Engelpoltstrazz, et commemoratio clericorum nre dyocesis defunctorum, ut una libra distribuatur in Choro pro quolibet eorundem. Singulis etiam annis in die beati Emmerami Gaeutsnarie camere coquine, et Chufampt officialibus dimidiam libram dari volumus de redditibus prenotatis loco census arearum ad ipsorum officia pertinentium fratribus minoribus venditarum. Si quando vero per solam reemptionem, ut premisimus, ipsarum octo librarum redditus et dimidie, quos non nomine obligationis seu Satzunge, sed proprietatis titulo fatemur supradictum Capitulum possidere, fuerint absoluti, prefata pecunia erit in possessiones alias, de quibus eorundem festorum et anniversariorum fiat celebratio perpetua, redigenda, quo minus in oblivionem venire possit memoria eorundem, in quarum possessionum emptione hunc modum volumus observari, scilicet, quod pro anniversario predieti dni Popponis 22 tt. 3 solidi et 13 denarii inpendantur: item pro translatione beati Nycolai 20 tt. pro festo beati Wolfgangi 20 tt. pro processione assumptionis beate Virginis 15 tt. pro memoria clericorum defunctorum 16 tt. pro anniversario sororis Maehtildis in Engelpoltstrazz 16 tt. pro festo beati Jeronimi 18 tt. pro festo Luce Evangeliste 18 tt. minus tribus solidis et 13 denar. et quod pro octo libris, pro quibus olim, ut premissum est, vendite fuerunt quedam aree fratribus minoribus, ad supradicta Gaeutsnarie Camere coquine et Chufampt officia pertinentes, possessiones debeant comparari, pro supradictarum arearum recompensatione eisdem officiis applicande. Item licet advocatias in Essenbach et Ergoltspach nobis vacantes per mortem nobilis viri Chunradi quondam nobilis Comitis Mosburgen. nri dilecti avunculi, de quibus, si placuisset, infeodandi aliquem de nris fidelibus habuissemus licitam facultatem, ad altare beati Petri donavimus libere et precise, ita, quod apud Eccliam nram proprietatis titulo perpetuo debeant remanere, tamen in signum hmoi donationis de denariis earundem advocatiarum duarum librarum redditus, videlicet unius libre de Essenbach, et alterius libre de Ergoltspach damus predicto Capitulo nro ac etiam assignamus, de quibus bone memorie Minhardi avi nri, et Agnetis ave nre anniversaria annis singulis celebrentur, hoc tamen proviso, quod nos vel Successores nri earundem 2 tt. redditus pro 40 tt. denar. Rat. reemendi habeamus, quandocunque placuerit, plenariam potestatem, institutionis hmoi nos eisdem nris progenitoribus obnoxios reputantes, eo quod distracto per nos hereditate ipsorum, scilicet Castro

Roteneck et suis attinentiis, pretium ejusdem in usus necessarios nre Eccleie est conversum. In  
 cuius rei testimonium presentes litteras Sigillorum, nri videlicet et consiliariorum nrorum,  
 venerabilium dnorum Wernheri abbatis sci Emmerami, Ulrici prepositi, Chunradi de Lupurch decani,  
 nec non dilectorum fidelium nrorum Chunradi de Erenvels avunculi nri, et Ulrici de Pünnochoven  
 affinis et Vicedni nri fecimus robore communiri. Datum Ratispone anno dni 1284. quarto Idus Julii.  
*Sex Sigilla vix non laesa adpendent.*

**Num. DCXXX. 1284. 27. Jul. Ex Originali:**

Fundatio Antiphonarum O. per Epum Henricum facta.

Nos Heinricus dei gra Ratisponensis Epus, universis presentes litteras inspecturus salutem in dno.  
 Quamquam omnibus Eccleie nre Dioc. favorabilibus nris promocionibus ex officii nri debito semper,  
 assistere debeamus, illas tamen censentes ulteriori gratia prosequendas, per quarum Vicinitatem a  
 famulantibus dno in eisdem nobis possint cottidie honorabiliora obsequia exhiberi. Aream sitam  
 Ratispone, que ex uno latere respicit forum, et ex alio est opposita domui cratatoris et Gozwini, ex aliis  
 vero duobus adjacet domui Alberti in foro, nobis per predictum Gozwinum in foro Civem Ratisponen.  
 qui eandem ab Ecclia nra in feudo tenuit, resignatam, accedente Consensu tocius Capituli nri Eccleie  
 sce Marie veteris Capelle Ratispon. liberaliter assignamus, tradimus et donamus proprietatis titulo cum  
 omni jure suo, quod ex nunc in ipsam Eccliam transferimus, perpetuo possidendam, renunciantes  
 simpliciter, et precise omni juri, quod nobis et Eccleie nre competiit in eadem, vel posset competere in  
 futurum. Ut autem in Ecclia prenotata ex hmoi nra donacione divini cultus devotio aliquod acquirat  
 incrementum, ad decantandas de cetero antiphonas, que incipiunt O Sapientia, ea solempnitate et trina  
 repeticione, qua in nra Ecclia cantari hactenus consueverunt, pulsacionis, processionis et accensione  
 candelarum in circulo corone positarum Consuetudine adhibita se astrinxit communi Voluntate  
 Capitulum Eccleie supradicte, pro eadem celebritate 9 solidorum den. Ratispon. redditibus nichilominus  
 deputatis, qui in Choro debent distribui annuatim. In cuius rei testimonium presentes litteras scribi

fecimus et Sigillorum nrorum, nri videlicet et Capituli nri munimine roborari. Datum Ratispone anno dni 1284. VI. Kal. Augusti.

*Duo Sigilla adpendent.*

**Num. DCXXXI. 1284. 16. Oct. Ex Originali:**

Renuntiatio juris et actionis ad Curiam in Bechlarn, et alias possessione.

Nos Albertus dei gra dux Austrie et Styrie, dnus Carniole, Marchie et Portus Naonis, universis presentes litteras inspecturis volumus esse notum, quod Ditmarus et Wernherus filii quondam Heinrici de Pamprukk in nra presentia constituti, presentibus multis viris nobiles et honestis renunciaverint simpliciter et precise omni generaliter actioni, quam ad venerabilem patrem, dnum Heinricum Ratispon. Epum, nrum Compatrem perdilectum et ad eandem Ratispon. Eccliam hactenus habuerunt, et specialiter omni questioni et juri, si quod eisdem Ditmaro et Wernhero super Curia in Bechlarn, quam Agnes mater eorum et pueri ejusdem aliquando tenuerunt, et bonis seu possessionibus per ordinem subnotatis, videlicet cultura, que de oppido Bechlarn in Campis adjacentibus coli consuevit, domo etiam prope Eccliam sita, in qua olim Agnes eadem habitabat, omnibus insuper areis, feodis sitis in oppido jam prefato, sive obligationis sive juris civilis, quod Purchrecht dicitur, nomine censeantur, universis etiam pascuis, pratis, juxta fluvium Erlaff sitis, cum areis, ortis, virgultis salicum, majori insula infra Bechlariam, piscariis Bechlarie adjacentibus, duabus partibus minutarum decimarum per totam Parochiam Bechlarensem, silva, que Sitenberch communiter appellatur, tribus areis in Bechlarn, alia silva in Chrumnuzpoum, que a fluvio Geppenbach usque in Bechlarn se extendit, competiit vel competere videbatur. Ad instantiam igitur predictorum Pamprukkariorum in testimonium supradicte renunciationis facte publice per eosdem, presentem litteram Sigillo nro fecimus roborari. Datum anno dni 1284. in die beati Galli Conf.

*Sigillum equestre adpendet.*

**Num. DCXXXII. 1284. 15. Nov. Ex Originali:**

Exemptio thelonei in montanis a Minhardo Comite Tyrol. et Goritiae Epo Ratisbon. concessa. Nos Minhardus dei gra Comes Tirol, et Goritie, Aquileg. Tridentine, et Brixinen. Ecclesiarum advocatus tenore presentium profiteamur, quod considerato benigno favore, quem Reverendus pater, dnus Henricus, venerab. Ratispon. Epus nobis per multiplicia obsequiorum indicia liberaliter demonstravit, ad ipsius instantiam omne Vinum, quod Ratispon, Eccle in possessionibus suis sitis in nris districtibus, ubicunque fuerit in montanis, annis singulis creverit, vel quod eidem solvi census nomine consuevit, dno Epo et suis Successoribus universis seu Eccle Ratisponen. per terminos nrorum districtuum perpetuo traduci volumus et concedimus libere sine postulatione seu exactione cujuscunque thelonei sive mute, recipientes nihilominus ipsum Vinum et quoslibet nuncios predictae Ratispon. Eccle illud traduentes in nri conductus, defensionis et securitatis gratiam specialem, ut hmoi transitus tam Vini, quam nunciorum omnino liber sit perpetuis temporibus et futuris. In cujus rei testimonium presentes litteras Sigillo nro fecimus roborari. Datum in Wazzerburch anno dni 1284. XVII. Kal. Decembris.

*Sigillum equestre valde laesum adpendet.*

**Num. DCXXXIII. Circa annum 1284. Ex Originali:**

Renuntiatio erga Epum Ratisbon. facta per Nussbergarios.

Nos Henricus decanus de Geirstall, et Henricus plebanus de Vihta notum facimus universis presentem cartulam inspecturis, quod dna Elspet filia dni Eberhardi de Nuzzperch, soror Alberti, Caruli et Eberhardi renunciarunt omnibus juribus, que videbantur habere directe vel indirecte in hominibus et prediis et in omnibus aliis, super quibus impetiverunt dnus nrum Henricum venerabilem Epum Ratispon. In hujus rei testimonium presentes litteras Sigillorum nostrorum munimine roboramus, hiis testibus subnotatis: Heinrich iudex de Vihta, Chunrat de Nuzperch, Ott de Nuzperch, Albreht Chlafschinch, Weiccer et filius suus Weiccer de Vihta, Hainrich der Chailz, Chunrat der Chling, Ulrich der Utisinger, Hainrich decima-

tor, Rug. de Welchenberc, Heinrich de Regenspurg, Waltherus, Nycla et alii quam plures.  
*Duo Sigilla sunt avulsa.*

**Num. DCXXXIV. 1285. 28. Jan. Ex Originali:**

Confirmatio Regia jurium in Comitatu Thumstauf Ecclesiae Ratisbon. competentium.

Nos Rudolphus Dei gratia Romanorum Rex, semper augustus. Ad universorum sacri Romani Imperii fidelium notitiam volumus pervenire, quod venerabilis Ratisponen. Epus, Princeps noster dilectus nre Majestatis accedens presentiam asseruit et asserendo affirmabat, quod ipsa Ecclesia Ratisponensis a sue foundationis primordio Comitiam in Thumstaufe, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, judicio sanguinis et banno, piscariam a ponte Ratisponensi usque in flumen Chesnach, conductum per danubium a Ratispona usque ad Chesnach, et per terras ex altera parte danubii versus Thumstauf usque ad hec tempora sine omni questione et impetitione tenuit, et absque alicujus injuria possedit pacifice et quiete, petens a nobis, ut Comitie, bonorum et jurium talium possessionem ipsi Ratisponensi Ecclesie confirmare auctoritate et benivolentia Regia dignaremur. Nos itaque, quorum interest, omnium devotorum et fidelium Imperii, et precipue Principum, quorum presidio ipsum suffulcitur imperium, dignitates extollere et ipsorum profectus fructuosius promovere, predicta omnia ipsi Ratisponensi Ecclesie, sicut ipsa hactenus ea pacifice et quiete, legitime atque juste tenuit et possedit, auctoritate Regia confirmamus, dantes has nostras litteras Regie Majestatis Sigilli caractere consignatas in testimonium super eo. Datum Egre V. Kalendas Februarii, Indictione XIII. anno 1285. regni vero nri anno XII.

*Sigillum majestat. adpendet.*

**Num. DCXXXV. 1285. 28. Februarii:**

Heinricus Epus Ratispon. testatur, quod, cum nobilis Vir Otto de lapide p. m. suus patruus non de jure, sed potius ex quadam consuetudine de Ecclesia Schamhaupten ratione advocatiae, quam ab Ecclesia Ratisponensi tam ipse, quam pro-

genitores sui titulo feudali tenuerunt, indebita servitia recipere consueverit, Ulricus de Lapide, Epi patruelis, in die sepulturae praedicti Ottonis patris sui eidem consuetudini renuntiavit simpliciter et precise in sui, patris sui, et progenitorum suorum remedium et salutem, promittens, quod de caetero a receptione seu exactione absteat praedictorum, ac antiquo et debito jure advocatico in posterum sit contentus. Epus, suus patruus Ulricus de Abensberch, et Ulricus de Lapide Sigilla adposuere. Datum Ratisponae anno Domini 1285. III. Kalend. Martii.

*Mon. Boic. VII. 300.*

**Num. DCXXXVI. 1285. 27. April. Ex Originali:**

Computatio debitorum inter Ecclesias Cathedrales Frisingensem et Ratisbonensem.

Nos Chunradus dei permissione abbas in Wihenstefan, dni Em. venerab. Epi Frisingensis procurator generalis protestamur, declaramus presentia inspecturis universis, quod inter nos et dnum Ar. nostrum conprocuratorem ex parte una, et viros discretos, videlicet dnum Ulricum militem dictum Pünchofer et Rötenpecharium habita computatione ex parte altera super debitis, in quibus Ecclesia Ratispon. extat et extitit, sicut publicis pactis et instrumentis super hoc confectis apparet, obligata Ecclesie Frisingensi; predicta Ratisponensis Ecclesia computatis omnibus ex utraque parte diligenter remansit jam dicte Ecclesie Frisingensi in 76 1/2 tt. denar. Monac. obligata. In cujus rei evidens testimonium presentem cedula exinde confectam jussimus nri Sigilli robore communiri. Actum et datum in Aerdinga anno dni 1285. XV. Kal. Maii.

*Sigillum est avulsum.*

**Num. DCXXXVII. 1286. 9. Maii. Ex Originali.**

Henrici Epi Ratisbon. Licentia data super plantatione hospitalis in Chamb, et declaratio jurium ejusdem novae plantationis.

Bone rei dare consultum, et presentis habetur vite subsidium, et eterne remunerationis expectare cernitur premium, cum dicat Apostolus: Exerce te ad pietatem; pietas enim utilis est ad omnia, habens promissionem vite, que nunc est, et fu

ture. Quod consilium, etsi quilibet salvandorum sequi debeat et prosequi, quantum possit, ad hoc tamen amplius et obnixius clericalis militie insignitorum caractere credimus obligatos. Nos igitur Heinricus dei gra Ratispon. Epus, Ulricus prepositus, Chunradus decanus, totumque Capitulum ejusdem Ratispon. Ecclesie universis presentes litteras inspecturis volumus esse notum, quod ad ampliandum cultum divinum et pietatis opera promovenda juxta devotam instantiam et humiles preces discretorum virorum ... judicis, et totius Universitatis Civium Chambien. auctoritate nra liberaliter et libenter concedendum duximus, ac etiam indulgendum, quod per eosdem Cives in Civitate Chambien, hospitale infirmorum, in quo misericordie opera debeant exerceri, de novo construi liceat et plantari. Sed ne ipsa plantatio parochiali Ecclesie ejusdem Civitatis prejudicium generet, et contentionis materiam suscitet in futurum, statum ipsius hospitalis cum suis conditionibus et juribus distinguendum et limitandum duximus in hunc modum: Pnmo videlicet statuentes, quod plebanus in Chambia vel in Münster pro tempore residens de quibuslibet defectibus predicti hospitalis, et excessibus fratrum ibidem cognoscere, et prospicere, et eosdem ad nos Epum, vel si absentes fuerimus, ad prepositum, decanum, custodem, et Tumblebanum tunc temporis existentes referre debeat, per nos vel eosdem emendatione et correctione congrua submovendos. Et si magistrum prefati hospitalis recipiendi Sacerdotem pro divino officio inibi celebrando, vel mutandi receptum indigentiam habere contigerit, idem Sacerdos per plebanum dicti loci debet institui, consilio tamen duorum vel trium meliorum Civium accedente, nec presentatum a magistro plebanus et cives, quibus de idoneitate probitatis et conversationis presentati constare volumus, aliquatenus reprobent vel refutent, nisi cum constet esse aliquibus defectibus, impedimentis, vel enormitatibus irretitum. Sacerdotem vero in supradicto hospitali habentem pro tempore mansionem, missas suas sic mature, hoc est stimmo diluculo omni tempore volumus et statuimus celebrare, quod peracto officio suo misse parochialis Ecclesie possint a populo sine impedimento quolibet frequentari, nec per aliquem religiosum, vel quescunque alios Sacerdotes in sepedicto hospitali uno die duas missas volumus decantari, nisi in eodem die duo concurrerint officia, vel alicui funeri pro secunda missa celebretur officium defunctorum. Sacerdos etiam predicti hospitalis Confessiones non audiat aliquorum, nec aliquos sepeliat in Cimiterio hospitalis, nisi de



fratrum ibidem, vel de numero fuerint infirmorum, vel decumbentium ministerio specialiter adjunctorum; colonos autem et famulos conductos pro pretio in receptione Sacramentorum Ecclesiarum et sepultura ad parochialem Ecclesiam volumus pertinere. Presentibus insuper statuimus ac etiam declaramus, quod de omnibus culturis seu possessionibus, quas in parochia Chambien. Hospitale obtinuerit antedictum, plebano ibidem majores decime solvi debent, ipsi vero hospitali minute decime sine impetitione qualibet remanebunt. In cujus rei testimonium presentes litteras Sigillorum, nri videlicet Epi, et illustris domini Heinrici ducis Bawarie, Capituli nri, et universitatis Civium Chambien. placuit munimine roborari. Datum Ratispone anno domini 1285. septimo Idus Maii. *Tria Sigilla illaesa adpendent, Sigillo Ducis avulso.*

**Num. DCXXXVIII. 1285. 3o. Aug. Ex Originali.**

Prorogatio Alironis de Riccardis Collectoris decimarum terrae sanctae deputatarum pro decima Ratisbon. et substitutio Epi Passav. tanquam Collectoris ejusdem decimae.

Noverint universi presentes litteras inspecturi, quod nos Aliron de Riccard. Canonicus sci Marci de Venetiis collector ab aplca Sede datus super decimis terre sancte subsidio deputatis in Salzburgensi provincia, et Pragensi, Olomucensi, Eystettensi et Bambergensi Civitatibus et dyocesibus provincie Moguntinen. inspecta summa necessitate vener. patris dni Ratisponen, Epi et Ecclesie prelibate, terminos, quos super solutione decime statueramus, eidem, habita diligenti inquisitione super possibilitate ejusdem ac testimonio prelatorum, qui de impassibilitate hmoi veritati testimonium prebuerunt, de festo Martini proxime venienti usque ad sequentis anni V. Kal. Decembris duximus prorogandos, ita, quod in predicto termino totum, quod tenetur, absque difficultate aliqua cum integritate persolvat nobis, si in officio hmoi fuerimus, vel alteri, cui Sedes aplca duxerit committendum; quod si nec nos, nec aliquis esset, qui pecuniam expeteret antedictam, et cui legitime assignari valeret, tunc ven. in Xpo patri Pataviensi Epo collectori decime Pataviensis dyocesis solvere teneatur, quem hiis scriptis presentibus ad recipiendam dictam pecuniam depu-

tavimus, ac plenam et liberam auctoritatem prestamus eidem de faciendo dicto dno Epo, vel cui dictus Epus duxerit committendum, quietationem et remissionem et pactum, de ulterius non petendo. In cujus rei testimonium presentes litteras sibi concessimus nostri Sigilli munimine roboratas. Datum Ratispone anno Dni 1285. III. Kal. Augusti, Pontificatus dni Honorii pape quarti anno primo.

*Sigillum adpendet, cum hac circumscriptione: S. Alironis. de. Riccardis. Canonici. sci. Marci. de. Venetiis.*

**Num. DCXXXIX. 1285. 25. Nov. Ex Originali:**

Arbitramentum Comitis de Hals, quo Epo Ratisbon. adjudicatur advocatia Monasterii Weltenburg, et Eccliarum Staubing et Gecking.

Nos Otto, Ludovicus, et Stephanus dei gra palat. Comites Reni, duces Bawarie, presentibus profiteamur, quod cum fidelis noster Wernherus senior de Praiteneck vendidisset Reverendo in Xpo patri dno nro Heinrico venerab. Epo Ratispon. Jus advocatitium monrii in Weltenburch, Hofmarchiarum et Eccliarum in Staubing et Geking cum omnibus pertinentiis eorundem, et Wernherus junior de Praitenek, filius ejusdem litem moveret eidem dno Epo, et Jus sibi assereret competere in eisdem, ipse dnus Epus pro bono pacis et concordie pro se suaque Ecclia, et idem Wernherus pro se suaque posteritate compromiserunt in fidelem nrum Al. Comitem de Hals, promittentes, quod decisioni seu compositioni sue omnimodis Stare vellent. Idem autem Al. Comes de Hals concorditer electus a partibus ex arbitratoria seu compromissoria auctoritate in se suscepta in presentia nra predictum Epum et Eccliam Ratispon. ab omni actione absolvit et pronunciavit, memorato Wernhero Juniori Praitenekkario sueque posteritati nullum Jus vel actionem debere competere in eisdem, et omnibus predictorum, immo omnia predicta cum pertinentiis et juribus eorundem libere et quiete debere a Ratisponen. Presulibus et Ecclia possideri, quod arbitrium, imo potius Compositionem amicabilem fidelis noster Wernherus Junior de Praitenek pro se suaque posteritate voluntarie acceptavit coram nobis et testibus subnotatis, qui sunt hii: Ulricus de Abensperch, Magr Eberhardus Ratispon. Eccle Canon. Wernher noster prothonotarius, Chunradus de Preising, Ortlibus de Wald, Reihkerus de Aheim, et alii

quam plures fide digni. In quorum omnium evidens testimonium presentes litteras dedimus, nrorum Sigillorum robore communitas. Dat. et actum Purchase 1285. Septimo Kal. Decembris. *Sigillum Ducis Ottonis equestre integrum adpendet duolus aliis avulsit.*

**Num. DCXL. 1286. 30. Jan. Ex Originali:**

Ducis Austriae Privilegium exemptionis a theloneo concessum Ecelesiae Ratisbonensi. Albertus dei gra dux Austrie et Stirie, dominus Carniole, Marchie et Portus Naonis universis tam presentibus, quam futuris, ad quos presens scriptum pervenerit, in perpetuum. Digne illos benevolentie dulcedine pre ceteris amplexamur, quorum ad hoc singularis dilectio atque grata merita nos invitant. Sane cum Rev. pater et dnus noster in Xpo charissimus, dnus Heinricus Ecclie Ratispon. Epus tam sue legalitatis eximie meritis, quibus pollet, quam familiaritatis interne gratuito Vinculo, quo per dulces amicitie fructus ligamur ad invicem et unimur, se Serenitati nre tam gratum fecerit et acceptum, quod ad ejus honores augendos et commoda dilatanda merito debeamus prompti, et alacres inveniri, ut tam grata dilectio, qua eundem prosequimur, aliquali reluceat in effectum, hanc sibi et suis Successoribus, nee non Ecclie Ratisponensis Capitulo nre beneficentie gratiam duximus faciendam, quod istis liceat, duas naves oneratas Vino suo prediali vel emto, ac centum modios bladi et specialiter pro istius Epi usibus X. esoces tam in terris, quam in aquis per dominium nrum singulis annis sursum ducere absque omni theloneo seu muta. Benevolentiam quoque benevolentie cumulare volentes predicto dno Epo et suis Successoribus liberaliter indulgemus, ut queque Victualia et quecunque necessaria domus sue infra Pechlariam et Viennam in terra vel in aquis hinc et inde similiter libere ducere valeant absque cujusvis exactione thelonei sive mute. Ut autem hec nre liberalitatis donatio perpetue robor firmitatis obtineat, presentes litteras exinde conscribi et Sigillo nro jussimus communiri. Datuni in Augusta III. Kal. Febr. anno dni 1286.

*Sigillum adpendet equestre, non nihil laesum.*

**Num. DCXLI. 1286. 2. Febr. Ex Originali:**

Contractus inter Archiepum Salzburg. et Epum Ratisbon. circa secernenda invicem feuda eorumque redditus.

Nos Rudolfus dei gra sce Salzburgen. Eccleie Archiepus, aplice Sedis legatus profitemur et constare volumus universis, quod in contractu permutationis, quem cum vener. in Xpo fratre nro dno Heinrico Ratispon. Epo et Ecclesia sua fecimus, promissimus bona fide, quod abhinc usque ad festum sci Georii proxime affuturum, et deinde infra annum omnes et singulos redditus feodorum, que olim Comites de Ortenberch in districtibus Maense a Ratispon. Ecclesia tenuerunt, et universos redditus Eccleie in Aychpach sine dolo et omni malo ingenio diligenter et fideliter inquiremus, ipse vero dnus Ratispon. Epus infra predictum terminum omnes redditus feodorum, que a nobis et Ecclesia nra in Parochiis Brixssen, Sel et Rordorf a quibuscunque habentur vel sunt habita usque modo, simul cum redditibus earundem Ecclesiarum, in quibus nobis jus competiit patronatus, sine omni captione, diligenti scrutinio promisit exquirere similiter bona fide, ut post fidelem indaginem utrobique facta collatione omnium permutatorum reddituum equa lance Ecclesia nra, vel Ratispon. cui plus cessisse videbitur, et que pinguiorem partem inventa fuerit recepisse, alteri Eccleie tenebitur per similia feoda resarcire, vel si magis placuerit, excessu a parte majori defalcato permutatio ad equalitatem debitam reducatur. Datum Auguste anno dni 1286. in purificatione beate Virginis, in predictorum testimonium et evidentiam pleniorum.

*Sigillum Archiepi adpendet.*

**Num. DCXLII. 1286. 4. Martii. Ex Originali:**

Fermutatio possessionum in Parochiis Brixen, Sel et Rordorf pro Castro Wildeneck inter Ecclesias Salisburg. et Ratisbonensem.

Nos Rudolfus dei gra sce Salzburgensis Eccleie Archiepus, Apostolice Sedis Legatus tenore presentium profitemur et notum esse volumus universis, tam presentibus, quam futuris, quod nos cum Capitulo nro, et juratis Ministerialibus Eccleie nre habito pluries maturo Consilio et tractatu recte considerationis oculis perpendimus, quod

possessiones, jura et feoda, que in parrochiis Brixen, Sel, et Rordorf ab Ecclia nra hinc inde habentur in feodo, propter nimiam distantiam minus utiles Ecclie nre erant, ideoque volentes eidem Ecclie nre meliora prospicere, omnes et singulas possessiones, proprietates, predia, decimas, jura, et jurisdictiones, advocatias et judicia cum omnibus suis pertinentiis, cultis et incultis, quesitis et inquirendis, venationibus, piscationibus, saltibus, silvis et nemoribus, viis et inviis, exitibus et redditibus, que ab Ecclia Salzburgensi in predictis parrochiis Brixen, Sel, et Rordorf a quibuscunque nobilibus et ignobilibus proprietatis et feodi titulo habentur, vel hactenus sunt obtenta, cum jure patronatus dictarum trium Eccliarum, uxorem quoque Leupoldi dicti Ygel Civis Ratispon. Elyzabeht nomine, cum heredibus suis utriusque sexus nunc existentibus et futuris permutando damus et tradimus venerabili in Xpo fratri nro dno Heinrico Ratisponen. Epo et in jus et proprietatem perpetuam Ratisponen. Ecclie transfundimus et donamus, renunciantes pro nobis et Ecclia nra juri, actioni, et questioni, que de jure scripto, vel non scripto, vel quocunque modo alio competere nobis possent. Ipse vero Ratispon. Epus de Consensu sui Capituli Castrum Wildenekk, proprietates, possessiones omnes et singulas, predia, decimas, advocatias, judicia, jura et jurisdictiones sibi competentes, cum omnibus suis pertinentiis in districtu Maense cultis et incultis, quesitis et inquirendis, Venationibus, piscationibus, saltibus, silvis et nemoribus, feodatis et non feodatis, quod et que viri nobiles Comites de Ortenperch ab eo et Ecclia sua proprietatis nomine et feodi titulo tenuerunt, exceptis juribus quoad Investituram, temporalium, quod in abbacia et Monasterio Maense sibi competiit ab antiquo, et personis nobilibus seu militaribus feodis, infeodatis ab eo immediate, et quibuscunque aliis, que predictos Comites de Ortenberch minime contingebant, de quibus etiam in tractatu cum venerab. predecessore nro dno Friderico prius habito exceptionem fecisse noscitur specialem. Item omnia jura, proprietates, possessiones omnes et singulas, predia, decimas, advocatias, judicia, jura, jurisdictiones in Villa Aychpach cum omnibus suis attinentiis, cultis et incultis, quesitis et inquirendis, venationibus, piscationibus, saltibus, silvis et nemoribus, que dilectus fidelis noster Henricus de Harschirichen ab eo et Ratispon. Ecclia ibidem tenere dinoscitur, cum jure patronatus ipsius Ecclie Aychpach nobis et Ecclie nre tanquam plus sibi distantia et nobis magis vicina permutationis gratia tradidit et donavit. Et sic permutationem et donationem alterutram inter

nos anno dni 1285. VII. Idus Julii Salzburge presente Comite Dypoldo de Ortenberch et ad manus venerabilis dni Heinrici Ratispon. Epi, omne jus, quod sibi in Castro Wildenekk, advocatia, iudicio, et aliis juribus in districtu Maense competiit, liberaliter resignante, cui soli jus feodi in illis recognovit, in rerum permutatarum spem modo duximus confirmandum. In cujus permutationis testimonium presentem litteram Sigillorum nri et Capituli nri munimine duximus roborandam. Datum Salzburge anno dni 1286. IIII. Nonas Martii.

*Duo Sigilla illaesa adpendent.*

**Num. DCXLIII. 1286. 6. Maii. Ex Originali:**

Obligatio Capituli Cathedralis Passav. celebrandi anniversarium Epi Ratisbon. Henrici.

Reverendo in Xpo patri, et dnorum suorum karissimo Heinrico, venerabili Epo Eccleie Ratisponen. G. dei gra prepositus, W. decanus, totumque Capitulum Eccleie Patav. cum orationum suarum sedulitate, debite reverentie continuam devotionem. Cum sibi feliciter prospiciendo vra paternitas de futura salute, ut memoriam in eterna benedictione apud nos habendam et in presenti et in futuro coram deo et hominibus sortiretur, duarum librarum nobis decreverit redditus comparare, petimus, quatinus 15 tt. denar. Ratispon. Gotfrido Civi Patav dicto Teschlerio, exhibitori presentium, a quo iidem sunt redditus comparati, jubeat vra dignatio in solutionem eorundem reddituum assignari, facientes nos solutionem hmoi gratam et ratam cum gratiarum actione finaliter habituros, et nichilominus ad celebrandum anniversarii vri diem post vrum obitum, quem dnus differat, cum omni solempnitate, qua Reverendorum in Xpo Patrum Patav. Eccleie Eporum consueverit memoria celebrari, cum nris Successoribus perpetuo obligatos, sub harum testimonio litterarum, quas nri Sigilli robore communitivimus. Datum Patav. anno dni 1286. die Johannis ante portam latinam.

*Sigillum Capli S. Stephanum repraesentans, adpendet.*

**Num. DCXLIV. 1286. 8. Maii. Ex Originali:**

Dispositio Friderici Canonici Ratisbon. et Protonotarii Ducis Bavariae cum domo sua chorali. Ego Fridericus Canonicus Ecclesie Ratispon. dni Heinrici illustris Ducis Bawarie prothonotarius presentibus profiteor et protestor, quod habita confideratione ad debilem statum persone mee, quo frequenter laboro, et adtenta mea continua absentia a Capitulo Ecclesie Ratispon. propter quam de ordinanda salute anime mee minus intendere, et confratrum meorum habere copiam raro possum, ut ejusdem Status mei casus inopinatos aliquo modo prevenirem, in presencia Reverendi patris et dni mei Heinrici Ratispon. Epi, nec non dilectorum confratrum meorum dni Chunradi de Ernvelds ven. prepositi sancti Johannis Ratispon. et Chunradi de Pfafchoven domum meam choralem Ratispone sitam domui, que prepositure Ratispon. annexa est, contiguam legavi et ordinavi dno Heinricho filio Hugonis militis inter latinos, meo dilecto Concanonico et confratri, sic, ut si ab infestato, quod absit, decedere me contingat, ipsam domum tenere debeat sub conditionibus infra scriptis, nisi me vivente aliud de ipsa placeat michi ordinare, videlicet, quod singulis annis duas libras denar. Rat. pro celebrandis festo beati Godehardi confessoris, et meo anniversario persolvere debeat predicto Rat. Capitulo de eadem, donec pro comparandis redditibus duarum librarum in eosdem usus convertendarum 34. libre denar. Rat. per ipsum eidem Capitulo fuerint integraliter persolute, proventus etiam anni gratie de prebenda mea me contingentes, quantum in me esse poterat, legavi dno Epo supradicto distribuendos et impendendos, prout saluti mee noverit expedire. In cujus rei testimonium presentem litteram Sigillo predicti dni Epi petivi et volui sigillari, et Sigilli mei robore nichilominus communivi. Datum Ratispone anno dni 1286. VIII. Idus Maii.

*Duo Sigilla illaesa adpendent; secundum representat imaginem B. M V. cum circumscriptione: † S. Friderici, Can. Rat. Plebani in Lantshut.*

**Num. DCXLV. 1286. 9. Maii.**

Henricus Epus Ratispon. confirmat donationem Villae Drosslach cum pertinentiis suis factam a viro strenuo et discreto Heinricho de Pföling affine suo Coe-

nobis Aldersbacensi Ord. Cisterc. pro Cella ibidem construenda, in qua etiam nunc duo fratres ejusdem Ordinis sunt locati; simul Epus mutat nomen Villae praedictae in Gottescell. Datum et actum Ratisponae anno Domini 1286. VII. Idus Maii.

*Mon. Boic. V. 395.*

**Num. DCXLVI. 1286. 25. Maii. Ex Originali:**

Obligatio Confraternitatis sancti Wolfgangi in Exequiis Eporum et Canonorum Ecclesiae Cathedralis. Nos Hainricus Dei gra Ratispon. Ecclesie Epus, universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino in perpetuum. Quia non solum proprie, verum etiam ex officii nostri debito saluti nostrorum tenemur intendere Subditorum, considerantes, quod universi et singuli confratres nostre cathedralis Ecclesie decedentes aliquod remedii suffragium non haberent pro suis exequiis celebrandis, nisi quod rebus propriis comparabant, dignum quoque et fraterno amori consonum judicantes, ut qui communi prebendarum simul perfruuntur viventes, pari etiam gaudeant animarum Suffragio morientes, et ut in funebribus ornamentis, in quibus nostri confratres in rerum facultatibus alterutrum precellebant, diversitas habeatur, una etiam conformis observetur equalitas in futurum, nos ipsum nostrum Capitulum ac octo fraternitates Civitatis Ratispon. de voluntate bona et unanimi utrorumque cōnivimus et connexione perpetua astringimus nostro consilio inductivo, quod quidem salubre ipsis credimus, in hunc modum, quod fraternitates predictae, quae ad commune subsidium fidelium animarum a sanctissimo patre nostro beato Wolfgango, cujus in hac Ratisponensi Ecclesia successorium regimen immeriti obtinemus, prime institutionis exordia susceperunt, receptis a nostro Capitulo denar. Ratisponen. centum libris, in possessiones, proprietates et redditus jam redactis, eidem se Capitulo obligarunt, quod ex nunc in omne evum depositiones omnium Eporum et confratrum Ratispon. Ecclesie, hoc est in die obitus sui, vel quandocumque exequie absentium fuerint celebrande tam postfuturorum, quam presentium cum candelis, oblagiis, oblationibus, elemosynis ac aliis piis funeralibus subsidiis quibuscumque, quae ab antiqua consuetudine ceteris sive confraternitati incorporatis impendere consueverunt, in omnibus perpetuo debeant absolute et integraliter expedire. In quolibet etiam anniversario recordationis



generalis omnium confratrum nostre Ecclesie defunctorum, quod in crastino omnium fidelium animarum debet et consuevit annis singulis celebrari, omnes fraternitates predictae pariter congregatae cum accensionibus candelarum intererunt misse tantum, nec tamen ipso die erunt ullo modo ad elemosinas, oblagia, oblationes et alia specialia pretacta superius obligata. Insuper ad solutionem 48 denar. ad claustrum pro sepultura cujuslibet ex nostris confratribus sepedictis predictae fraternitates similiter tenebuntur; ad premissa vero omnia exequenda Rectores fraternitatum predictarum nunc superstites se et quoslibet suos in hoc officio Successores bona voluntate et consensu unanimi in perpetuum astrinxerunt. In quorum omnium evidentiam et certitudinem plenioris presens instrumentum confici placuit, Sigillorum, nostri videlicet et prelibatorum Capituli et fraternitatum robore communitum. Datum et actum anno Domini 1286. 10 die Urbani Tape et Martyris.

*Tria Sigilla adpendent.*

**Num. DCXLVII. 1286. 10. Aug. Ex Originali:**

Epus Henricus commendat sorores de sca Maria Magdalena Ratisbon. eo quod ad ordinem S. Clarae transierint.

Heinricus dei gra Ratisponensis Ecclesie Epus, universis decanis, plebanis, Vicariis, seu Ecclesiarum rectoribus quibuscunque per Ratisponensem Dyocesim constitutis, et aliis presentes visuris salutem in domino. Quia dilecte in Xpo et domino devote sorores de sca Maria Magdalena Ratispone propter sui transitus novitatem ad ordinem sce Clare metuunt, se propter mutacionem ordinis a vestra noticia excidisse, et ob hoc ipsis credimus nostram recommendationem penes vos specialiter oportunam, devocionem vestram monemus, petimus in dno, et hortamur, quatenus easdem propter deum, et nihilominus nostre dilectionis causa vestris subsidiis, quando fueritis requisiti per earum nuncios, quibus humanitatem per vos, dum ad vos venerint, confidimus exhiberi, fovere ac prosequi studeatis, in quo nos maxime reputabimus honoratos. Ad impendenda siquidem eisdem sororibus vestra beneficia, duplex nos potest et debet ratio informare: quia et voluntarie paupertati se nunc arcius subdiderunt, et approbate religionis habitum assumpserunt, et quia

fideles etiam spiritualibus erogationibus sunt ad pietatis opera invitandi, nos universis fidelibus, qui de bonis a deo sibi creditis et collatis pro sustentacione dictarum Sororum, quibus proprie facultates non suppetunt, manum porrexerint adjutricem, 40 dies de injunctis eis penitenciis in dno relaxamus, Indulgencias quoque quatuor Episcoporum, a quolibet 40 dies, super quibus instrumentum ab illis traditum fide cognovimus oculata, omnibus, qui grata caritatis exhibuerint subsidia, Jurisdictione Ordinaria confirmamus. Datum Ratispone anno dni 1286. in die sci Laurentii.

*Sigillum Epi integrum appendet.*

**Num. DCXLVIII. 1286. 25. Sept. Ex Originali:**

Renunciatio jura et actionis ad quasdam possessiones in Eglolfsheim praevia Compositione.

Nos Heinricus dei gra palat. Comes Reni, dux bawarie, tenore presentium declaramus, quod cum ... uxor Raeutarii, soror Nurpergaeriorum reverendo in Xpo patri dno Heinrico ven. Epo Ratispon. super quibusdam possessionibus bonorum et hominum in Eglolfsheim moveret longo tempore questionem, tandem coram nobis inter predictum dnum Epum et predictam uxorem Raeutarii talis complanationis mediatio intercessit: ipse dnos Epus dedit predictae uxori Raeutarii 35 tt. denar. Rat. et nos ex liberalitate nra addidimus 15 tt. denar. ipsa vero uxor predicti Raeutarii renuntiavit in presentia nra omni juri, quod in predictis bonis et hominibus in Eglolfsheim sibi competiit vel competere videbatur, ita, quod predicto dno Epo pro hmoi causa ipsa dna nullam movebit ammodo questionem. In cujus rei testimonium presentes litteras scribi fecimus, nri Sigilli robore communitas. Datum in Stroubing anno dni 1286. feria quarta ante Michahelem archangelum.

*Sigillum equestre vix non laesum adpendet.*

**Num. DCXLIX. 1286. 6. Nov. Ex Originali.**

Effeudatio prati in Laub prope Regeldorf.

Nos Heinricus dei gracia Ratisponensis Epus, universis presentes litteras inspecturis volumus esse notum, quod cum fidelis noster Heinricus de Salr pratum quoddam situm in Laub prope Regeldorf, quod Herwicus dictus Chufaer, quondam Vicarius Chori nri in remedium anime sue legavit Ecclie veteris Capelle Ratispon. a nobis et Ecclia nra assereret jure feodi se tenere, idem Salreriis receptis a Capitulo dicte veteris Capelle 18 solidis denar. Ratispon. dictum pratum ad manus nras resignans cessit et renunciavit pro se et heredibus suis omni juri, quod sibi competiit in eodem: Nos vero ad instantiam dicti Capituli, et ob favorem, quo dictam Eccliam prosequimur, predictum pratum ipsi Ecclie veteris Capelle donavimus, tradidimus et assignavimus proprietatis titulo perpetuo possidendum, ipsumque in jus et proprietatem perpetuam ejusdem Ecclie transtulimus, accedente nri Capituli beneplacito et consensu. In cujus rei testimonium presens scriptum Sigillorum, nri videlicet et Capituli nri munimine fecimus roborari. Datum Ratispone anno dni 1286. VIII. Idus Novembris.

*Duo Sigilla adpendent.*

**Num. DCL.. 1286. 29. Nov. Ex Originali.**

Decretum Henrici Epi Ratisbon. pro Clericis in Monasterio superiori servientibus.

Nos Heinricus dei gra Epus Ecclesie Ratisponen. universis presencia inspecturis ad perpetuam et irrevocabilem rei memoriam volumus esse notum, quod cum ad nostram audienciam per querelam communem et publicam devenisset, quod Vicarii superioris Monasterii Ratispone circa executionem Officii sui faciendam in eodem Monasterio, a quo prebendati sunt, omnimodis se tam desidiosos gererent ac etiam negligentes, immo, quod gravius est, sacerdotes post celebrationem unius misse secundam missam publicam, videlicet in eodem Conventu diebus singulis celebrarent; Nos volentes nostris temporibus in predicto Monasterio multarum libertatum ac honestatum dignitate tam a Sede Aplca, quam ab imperatoria munificentia insignito divinum Cultum non minui, sed potius, prout nra interest

crecserc et augeri, cum dilecte in Xpo sorores inhabitantes supradictum Monasterium adeo sint constrictae, quod ad audienda divinorum officia extra suum Monasterium ipsis raro liceat alias Ecclesias frequentare, auctoritate Ordinaria duximus impermutabiliter statuendum, quod quilibet Sacerdos habens prebendam in Monasterio supradieto, statuto tempore in eodem exequatur et peragat Officium sue misse propria in persona, ita, quod quolibet dierum sue obediencie seu septimane, que cum contingit, tantum celebret unam missam, nec pro se ullo tempore Vicarium aliquem constituat, nisi de certa scientia et licentia abbe, quem etiam Vicarium bina celebratione volumus tunc carere. Et ut hmoi statutum nrum firmiter observetur, hanc penam transgressoribus duximus infligendam, quod per quemcunque servatum non fuerit, quemadmodum est prescriptum, ejusdem prebenda vacare debet ipso facto, sine rehabicionis spe, per abbam et Conventum loci alii conferenda, et si abba in hmoi Collacione remissa esse velit seu parcere transgressori, vel si Conventus non proclamaverit, nec abbe vel nobis denunciaverit transgressionem, volumus et perpetuo statuimus observandum, ut abba ex tunc ab ingressu Ecclesie, et Conventus a divinis penitus sint suspense, et nisi abba sic suspensa deinde infra quindennam correxerit supradictam continue subsequenti suspensioni, ab administratione sua tam in spiritualibus, quam in temporalibus subjacebit. Si vero postmodum per aliam quindennam proximam negligenter ageret in premissis, Excommunicationis sit innodata Sentencie ipso facto, in cujus Excommunicationis sententia, si ad unum mensem continuum perstiterit animo pertinaci, ex tunc ab abbacie sue cadat regimine, et sit deposita ipso facto. Item sub pena predicta statuimus, ut cum Subdiaconus aliquis in predicta Ecclesia prebendatus ordines diaconatus receperit, prebenda sua vacet, quam in subdiaconatu tenuit, ipso facto, alten Subdiacono conferenda, et hoc ipsum de diacono ad presbyteratus ordinem procedente intelligi volumus et servari, ita, quod cuilibet prebenda secundum statum sui gradus et ordinis deputetur. Prebendas etiam omnium quocunque casu vel pretextu ultra spacium unius anni absencium, etsi ipsa absencia de consensu abbe processerit, similiter vacare volumus, et presenti conferri, qui eam corporaliter valeat deservire: nunc autem abentes ad residenciam sub pena vacationis prebendarum suarum citari volumus et mandamus. Statuto etiam inviolabili precipimus et ordinamus, ne abba vel Conventus monasterii prenotati parochiam suam, in qua eidem Couventui divina fiunt, et Sa-

cramenta Ecclca porriguntur, conferre debeant ullo modo in futurum, nisi residentibus corporaliter in eisdem, id est inofficianti illam propria in persona, sic, quod plebanus eligendus etatem 25 annorum perfecit, infra quorum maturitatem nullus erit proficiendus in plebanum Parochie supradicte. Plebanus eciam assumendus, si subdiaconus fuerit, diaconus, et si diaconus presbyterii ordines in quatuor temporibus investituram suam continue sequentibus sub pena privacionis beneficii teneatur suscipere infra annum. Si vero plebanus predictae Parochie electus fuerit in Prelatum vel Canonicum ubicunque, et ex quadam electione contingeret eundem de personali residencia impediri, et alibi demoratus fuerit per sex menses, ex tunc monicione abbe et Conventus, cui id interest, precedente, si ad residenciam non redierit, vacabit parochia ipso facto: quod si per abbam et Conventum horum facta fuerit transgressio statutorum, ea vice solummodo, quia non fuerint observata, abba et Conventus predictis superius penis et Sentenciis suspensionis, excommunicacionis, et ab abbacia deposicionis similiter subiacebunt. Item constituimus, in prefata Ecclia, nec non in Ecclesiis inferioris monasterii et S. Pauli Ratispon. perpetua Societate inviolabiliter observandum, ut quociens et quacunque hora diei vel noctis in futuris temporibus aliqua Sanctimonialium in uno predictorum monasteriorum de hoc seculo fuerit evocata, pulsaciones fiant pariter in monasteriis supradictis, ut sicut in habitu viventes, sic et in hmoi Suffragiis spiritali Concordia sint conformes. Si qua autem Ecclca secularisve persona, abba, Conventus vel ministeriales predicto loco fidelitate vel Servizio adtinentes, posteri vel presentes contra hanc nostre Constitucionis paginam venire temptarent, eam consilio vel defensionis presidio infringendo, nisi errorem suum correxerint, divine ultioni subiaceant, a perceptione corporis dei et dni Redemptoris nri Ihu Xpi alieni fiant, potestatis honorisque sui careant dignitate, reosque se divino iudicio de perpetrata iniquitate cognoscant. In quorum Statutorum robur et perpetuam firmitatem presentem litteram confici fecimus, Sigillii nri robore communitam. Datum et actum Ratispone anno dni 1286. in Vigilia beati Andree. Nos eciam Rihza abba, et Conventus Sanctimonialium superioris Monasterii Ratispon. nos astrinximus de bona et deliberata ac unanimi Voluntate ad predicta omnia perhenniter observanda, sicut sunt supra per ordinem annotatu, utpote que scimus, eadem nobis esse et Ecclie nre utilia et honesta, et si inveniremur in illis aliquando negligentes, ad penas suprascrip-

tas per ordinem placide sufferendas. In ejusdem quoque obligationis evidenciam pleniorum Sigillis nris presentem cartam duximus roborandam, anno, die et loco predictis.

*Duo Sigilla Epi et abbatissae adpendent.*

**Num. DCLI. 1286. 2. Dec. Ex Originali:**

Obligatio Capituli cathedralis Frising. celebrandi anniversarium Epi Ratisbon. Henrici.

Nos decanus, totumque Capitulum Ecclesie Frising. tenore presentium profiteamur et constare volumus universis, quod cum venerabilis pater et dnus Henricus Ratispon. Eccleie Epus vivens prudenter de postfuturis cogitans, ac anime sue de remedio, dum id facere potuit, provide preordinans, domum Frisinge sitam pro certa summa sue pecunie comparasset, quam quidem summam nos fatemur et recognoscimus recepisse, et in comparationem ejusdem domus nro Capitulo redeigisse, eamque nobis pro perpetua celebratione sui anniversarii in nra Ecclia perhenniter annis singulis faciendam, nobis et nro Capitulo tradidisset, pariter et donasset, ut ex redditibus de eadem domo provenientius qualibet revolutione sui anniversarii plenum servitium ministretur, Nos eadem domo gratanter a liberalitate sue paternitatis accepta, astrinximus et obligavimus not eidem, quod predictum suum anniversarium perpetuo, et diem sui obitus, quem dei clementia longe differre dignetur, tenebimur cum universis et singulis solempnitatibus et suffragiis, que Epis nre Eccleie defunctis in pulsationibus, cantibus, et quibuscunque aliis fieri in Choro nre Eccleie consueverunt; in cujus obligationis testimonium et robur perpetuum presentes litteras sibi dedimus Sigillo nri Capituli roboratas. Datum Frisinge anno dni 1286. secunda feria proxima post Andree.

*Sigillum Capituli cum S. Corbiniano adpendet.*

**Num. DCLII. 1287. 21. Sept.**

Henricus Epus Ratispon. testatur et notum facit, quod confrater et consanguineus suus Henricus de Schwarzenburch, praepositus Spaldensis Curiam suam in

Möring cum adtinentiis suis cum Consensu et Voluntate fratrum suorum Chunradi et Rimpotonis vendidit per manum Salmanni, nobilis viri Uirici de Lapide abbatissae et Conventui Ecclesiae sancti Jacobi ordinis S. Clarae Monachii pro 52 tt. denar. Rat. Datum et actum Ratisponae anno Domini 1287 in die beati Mathaei Apostoli.

*Mon. Boic. XVIII. 5.*

**Num. DCLIII. 1287. 25. Nov. Ex Originali:**

Reversalen Leutolds von Chunring, dass nach seinem Tode die Burg Windeck nebst Zugehör dem Hochstifte Regensburg heimfallen soll.

Ich Leutolt von Chünring Schench in Oesterrich tun allen den chunt, di disen brief ansehent, daz ich meinem lieben Herren dem Bischof Heinrich von Regenspurch und sinem Gotesause erchant und vergehen han, und mich mit disem brief dazu gebunten han, daz min Burkch Windekk, di ich ze lehen han von im und dem Gotshause ze Regenspurch, und allez, daz darzu gehört, versucht und unversucht, ez si eigen oder lehen oder Vogtai, di min eigen sin, oder ich hab si ze lehen von dem Gotshause in dem Luzz, in der Riedmarch oder auzzerhalb, swi ez genannt ist, als ez verschriben ist an den briefen, di wir beid unter einander haben gegeben, und mit des Herzoges Albrechts Insigel von Oesterrich, und auch mit dem unsern versigelt sint, daz vorgeannt Gotzhaus von Regenspurch gänzlich und ledichlich angevallen soll mit allem dem Gut, daz er mir ingewant hat, ob ich di Gnad von Got gewinn, daz ich mich in einen geistlichen orden begib, daz ich erben gewinn, di sün sint. Ez sol auch dem Gotshaus niht schaden, daz di Vogtai au den vorgeannten Hantvesten niht genennet sint: ich bind auch mich mit disem brief, daz ich dem Gotshaus von Regenspurch widerlegen und erstaten sol mit ander minem Gut, swaz ich miner dann 30 tt. Gült dem vorgeannten Bischof antwurt ze Windekk on Chriekch und on Gevärd. Ich vergich auch, daz mir di schrift niht frumen sol, di an den vorgeannten Hantvesten stet, über daz wort, ob ich erben gewinn, dez vergich ich, daz daz allein auf di sün gehen sol, und auf dhein min Tochter, oder auf dheinen ändern minen Vriund, und auch ander sache, daz daz gut Cell und Aysthoven min leipgeding sol sin, daz mir von dem vorgeannten Bi-

schof geantwurt ist, und widersag allem geistlichen und weltlichen reht, daz mir daz iht gehelfen müg, ez werd allez dem Gotteshaus ledich, alz ez vorgenannt ist ze hant, alz ich mich in ein Closter begib und im geistlichen orden erschein. Ist aber, daz ich einen sun oder mer sün gewinn, e' daz ich mich begib, di mich überlebet, so sol mir allez daz stät beleiben und auch denselben sünen, und gänzlich für sich gen, daz mir unter des Bischofs und des Capitels Insigel von Regenspurch verhandvestet und bestätigt ist, und sol dieser brief fürbaz gar zeniht sin. Daz daz also stät beleib, alz ez hie geschriben ist, darüber han ich disen brief minem vorgenannten Herren dem Bischof von Regenspurch gegeben, versigelt mit minem Insigel. Daz ist geschehen datz Wienn nach Christes Geburt 1287. Jar, an sand Katarein tag.

*Sigillum affabre sculptum equestre adpendet: eques dextra, poculum tenet.*

**Num. DCLIV. 1288. 18. Jan. Ex Originali:**

Statutum, quod Castrum Windeck nunquam ab Ecclia Ratisbon. alienetur.

Nos Henricus dei gra Ratispon. Epus tenore presentium litterarum constare volumus universis, quod Ecclia nra Ratispon. per gubernationem nram, quam tenemus indigni, semper proficiat, nec deficiat, ad quod pro posse nro extendimus vires nras, vias alienationum seu distractionum, que de bonis ipsius Ecclie nre possent fieri, semper intercipere, quantum valemus, et succidere cupientes, de venerabilis Capituli nri beneplacito et consensu statuimus et ordinamus perpetuo semper robore observandum, ne nobis aut Successoribus nris, Ratispon. Sedem regentibus in futurum liceat ullo modo, per venditionem, obligationem, infeodationem, vel per quemcunque contractus seu alienationis modum castrum nrum Windekk cum omnibus suis pertinentiis, quocunque nomine nuncupentur, que a dilecto fideli nro, viro strenuo, Leutoldo de Chünring nre Ecclie comparavimus, post mortem ipsius Chünringii eidem nre Ecclie absolute et libere vacantia, prout in Instrumentis super hoc confectis plenius continetur, a prenotata Ecclia nra nunquam aliquo tempore avellere ullo modo, sed quicquid per nos vel Successores nros adtemptari continget in contrarium in hac parte, illud totum ex nunc decernimus irritum et inane. Volumus etiam et ordinationi includimus su-



pradicte, ut Curia in Semchoven, et tres hube in Reut, quas Eysenicus nepos quondam Ortlibi in foro, Civis Ratispon. sive filius Ottonis in foro a nra Ecclia tenuit titulo feodali, post mortem fidelis nri Friderici dicti Stoufaer, qui easdem tenet eodem titulo in presenti, remoto quolibet alienandi Contractu, similiter debeant aput nram Eccliam annexione perpetua remanere. In cuius rei testimonium presentem litteram Sigillorum, nri videlicet et predicti Capituli nri munimine placuit roborari. Datum et actum Ratispone anno dni 1288. in Kathedra beati Petri.

*Duo Sigilla integra adpendent.*

**Num. DCLV. 1288. 27. Jan. Ex Originali:**

Effeudatio Curiae in Chirffenholz facta Parthenoni in Pühlnhofen.

Nos Heinricus dei gra Ratispon. Epus, presentibus profiteamur quod cum venerabilis in Xpo ... abba de Pühnhoven, Cisterc. Ordinis nre dyoc. Curiam in Chirffenholtz a Chunrado et Berhtoldo, filiis sororis quondam Rudgaeri Zaeningaerii, dictis Umelstorferiis pro certa quantitate pecunie comparasset, eoquod eadem Curia inter possessiones sue Ecclie situm habet, sibique propter adjacentiam sic vicinam magni consideravit, eam et Ecclie sue usibus expedire: Nos ad instantiam abbe ejusdem post resignationem liberam predictorum Chunradi et Berhtoldi factam ad manus Chunradi Hohenvelsarii, qui ipsos infeodaverat de eadem, et ipsius Hohenvelsarii, qui nomine feodi ipsam Curiam tenebat a nobis et a nra Ecclia, ad manus nras similiter acceptam, libere ac precise sepefatam Curiam donavimus et tradidimus, nec non transfudimus cum omni jure, quod nobis in predicta Curia vel nre Ecclie competebat vel competere videbatur, in Eccliam Pühnhoven predictam titulo et jure proprietatis eidem Ecclie perpetuo adherendam, de Capituli nri Ratisponen. communi beneplacito et consensu. In cuius rei testimonium presentem litteram supradicte Pühnhovensi Ecclie dedimus, Sigillis, nro videlicet, et predicti Capituli, et Hohenvelsarii roboratam. Datum et actum Ratispone anno dni 1288. VI. Kal. Februarii.

*Tria Sigilla adpendent; istud Hohenvelsarii ett equestre.*

**Num. DCLVI. 1288. 10. Martii. Ex Originali.**

Decretum seu Statutum Epi Henrici circa disciplinam Canonicorum veteris Capellae.

Diversorum patrum auctoritas diversas a priscis temporibus leges condidit et tradidit Statutorum. Sed quia ex Successione longeva temporum sacre sanctiones illorum unacum hominibus in oblivionem transire videntur, ut pene non sit, qui antiquis curet traditionibus inherere, idcirco renovationum remedia sunt inventa, ut, sicut plerumque doctrinas veterum fastidimus, sic delectatione novitatis assumpta, quam moderni avidius amplectuntur, gressus nostros sub quodam incitamento Virtutum ad patrum nostrorum studia et beatas Consuetudines nos precedentium dirigamus. Nos igitur Henricus dei gra Ratispon. Eccleie Epus non nova condentes, nec a priorum observationum materia discrepantes vos ven. Viros et in Xpo nobis dilectos ... decanum et Capitulum ven. Eccleie veteris Capelle, quos in sinibus sincere dilectionis amamus, et complectimur in Visceribus caritatis, hortamur, vobisque precipimus sub virtute sancte obedientie firmiter et discrete, ut singuli et universi decano vro sine rebellione et obmurmuratione debeatis humiliter in omnibus obedire; chorum et horas singulas, et maxime matutinas communiter frequentetis, et de hoc nichil penitus, preterquam impedimentum legitimum, quod etiam decanum non lateat, vos excuset, in domo etiam orationis et domo domini cum omni reverentia stari debet, ubi disciplina servetur, risus cesset, omnis denique confabulatio conquiescat, pause et inclinationes debite ad honorem dei et gloriam observentur. Post primum psalmum Vigiliarum, ceterarumque horarum et Kyrie in missa Chorum nulli liceat introire, hiis duntaxat exceptis, qui ex officio per Eccleie negotia occupantur. In prima Quadragesime septimana quilibet Canonicus de licentia decani, plebani vero de nra, certos sibi dari petant et eligant confessores: debet quoque de constanti constare decano de Confessione singulorum anno quolibet semel facta. Sine Superpelliceo nullus intret monasteriui: a matutinis usque ad nonam, et a sonitu primi tintinabuli Vesperarum, donec Completorium compleatur in Choro, transitus et circuitus evitetur, officialibus tamen exceptis. Item missa publica non cantetur, nee Evangelium legatur, nec Epistola in plenis officiis nee per Canonicum, nec per Vicarium ullo modo. Item secunda missa Sacerdotis binas celebrationes facientis pro missa publica nunquam fiat sub pena jejunii tri-

duani in pane et aqua. Si decanus, dum contingeret, non puniret id ipsum, pene ejusdem jejunii subjacebit. Item Canonicus in prima Vespera et secunda, nec non missa summarum solemnitatum non sedens, sed cappa indutus et stans in Chori medio regat Chorum Si autem is, ad quem regimen Chori spectat ex ordine, contrafecerit, per subtractionem puniatur prebende. Item nullo tempore missa defunctorum pro missa publica sufficiat, sed eadem non obstante missa celebretur alia cum choro non in eo altari, in quo pro defunctis fuerat celebratum: quod si decanus fieri permiserit, pene subjaceat, que de chori regimine est predicta. Item nullus Canonorum ratione cujuscunque negotii Civitatem exire presumat, exceptis sociis deductivis ad campos, nec unquam minutionem faciat, vel recipiat procurationem preter decani licentiam specialem. Item postquam pro habendo Capitulo Canonici fuerint convocati, et secundum consuetudinem ad id pulsatum fuerit, nullus eorum per subtractionem studiosam valeat tractatus et ordinationes communes impedire; Capitulum autem habebit in suis negotiis procedendi liberam potestatem, cujuslibet absentia, que deliberate facta fuerit, non obstante. Item pro generali vro commodo de cetero statuimus observari, ut cuilibet infirmo Canonico, cum de infirmitate sua decano constiterit, obventiones prebende sue non minus absentia, quam presenti, quamdiu infirmus fuerit, debeat integraliter ministrari sine diminutione qualibet, in quo Compassione mutua condescendere debetis alterutrum ex fraterne debito caritatis. Item pro Canonicis morientibus talis exequiarum ordo servetur: presente corpore defuncti Canonici solemnitatem majorem solito Vigilie decantentur cum lectionibus Parce mihi, completo autem misse officio chorus in longitudine stans monasterii juxta funus tria responsoria pro funere competentia prosequatur tonaliter, quorum cuilibet subjungant bini Canonici unum Versum, quo facto Corpus defuncti cum antiphona „Domine suscipe me“ cum feretro ad tumulum deferatur. Item statuimus, ut elapso cujuslibet Canonici depositionis die, Septimus, Tricesimus, et dies anniversarii proxime subsequentis cum pulsationibus, Vigiliis ac officio defunctorum de cetero celebrentur. Item recordatio fundatorum et benefactorum Ecclesie veteris Capelle in Vigiliis Nativitatis B. M. V. recolatur annis singulis cum ministris, et post missa in processio ad claustrum ambitum ordinetur. Item illud observari volumus et mandamus, ne missa cantetur, et Evangelium et Epistola non legantur, nisi per eos, qui interfuerint precedentibus matutinis, eos autem, qui contrafecerint.

tribus diebus suspensos esse volumus a fructibus prebendarum. Item Vigiliis et missam mane dici volumus in adventu domini ante primam, sicut in quadragesima fieri consuevit. Ut autem predictae Constitutiones et statuta memoriter teneantur et studiosius observentur, Custos Ecclesie hec sub diligenti custodia conservabit, de cujus negligentia eadem si amitti continget, pro perditione hmoi reprehensiones et penas nostras sentiet idem Custos: Decanus etiam, si pro recitatione presentium statutorum in singulis 4 temporibus Capitulum non indixerit, a quo etiam nemo Confratrum subtrahere se presumat, condignis emendationibus subjacebit, subtrahens vero se, nisi sue absentie causa rationabili excusetur, in pane et aqua jejunabit die proxime subsequenti. Datum Ratispone anno dni 1288. sexto Idus Martii.

*Sigillum Epi illaesum adpendet.*

**Num. DCLVII. 1288. 24. Aug. Ex Originali:**

Vertrag Friedrichs von Perg mit dem Bischofe von Regensburg.

Der Pergär ist mit dem Bischof von Regenspurch also verrichttet, daz er sich mit sinem Dinst nimer vercheren sol von dem Gotshuse untz an sant Georin Tag, der nu nächste chumt. Ez hat ouch der Bischof ouf des Pergärs Läuten 31 tt. R. dl. di hat er im in sin Hant gesetzt alle, swi si genannt sint, si sin eigen oder lehen, edel oder unedel, di sol er lösen mit sin selbes pfenningen, swi er si gewinnen mag an mit den Läuten; wär', daz er di Läut nicht wider löst in der vorgeannten Frist, so suln si dem Gotshuse ze durchslächt vervallen sin. Ob min Herre der Bischof nicht enwär so sol man sinem Nachchomen leisten und sinem Goteschuse, umb swaz vor geschriben ist. Ist aber, daz sich di Läut vervallen, so sol ez hinnach bei vier Man sten, swaz man im umb di Läute hinzu geb. Mügen sich di vier nicht verrichten, so suln si einen Uebermann nemen, an dem sol ez danne sten. Er sol ouch sin Läute nicht anwerden, noch versetzen, noch dhein Vingerzeig ouf si geben; wär aber der Pergär nicht, so sol des Bischofs Gelübd und di Verrichtigunge gein siner Housfrowen sten sam gegen in selben. Und daz daz also stäte belibe, darumb ist der prif geschriben, und mit hrn. Haborts von Süniching sines Swagers, und mit des vorge-

nannten Pergärs Insigeln versigelt. Bi der Verrichtung, di geschehen ist datz Regenspurch, da von unsers Herren geburtte waren 1288 Jar, an sant Bartholomeus Tag, sint gewesen hr. Ulrich der Tumbrobst, hr. Chunrat der Tumtechent, hr. Albrecht der Viztum ze Regenspurch, hr. Hobort von Sünching, hr. Dietrich von Owe und ander piderb Läut.

*Sigillum Friderici de Perg adpendet, altero avulso.*

**Num. DCLVIII. 1288. 10. Nov. Ex Originali:**

Arbitramentum circa Curiam in Santing.

Nos Heinricus dei gra Rat. Epus universis presentes litteras inspecturis volumus esse notum, quod cum super Curia quadam sita in Semting, que datz dem Hof vulgariter nuncupatur, inter dilectas in Xpo Jeutam priorissam et Conventum sce Crucis Ratispon. ordinis fratrum predicatorum ex parte una, et Perhtoldum Greussingarium ex altera litis materia verteretur, habitis hinc inde coram nobis diversis contencionibus; tandem ex parte predictae priorisse et Conventus sui in dilectum confratrem et consanguineum nrum Chunradum de Luppurch venerabilem decanum Eccleie nre, ac Virum discretum Albertum Vicednum de Strubinga, ex parte vero predicti Perhtoldi Greussingarii in dilectum Marscalcum nrum H. de Suniching, ec Wernhardum de Schirling, extitit super proprietate predictae Curie tanquam in arbitros seu compositores amicabilem compromissum, in nos autem tanquam in mediatorem seu arbitratorem supremum, quod vulgariter Uebermann dicitur, predictae partes de communi consensu et consilio convenerunt. Ex Virtute igitur hujusmodi Compromissi nos cum nris coarbitris supradictis arbitrando dicimus et pronunciamus arbitrium in hunc modum, quod predicta Curia prefate Eccleie sancte Crucis jure proprietatis debeat perpetuo sine Contradictione qualibet attinere, nec predictus Perhtoldus Greussingerius sibi quicquam juris in ipsa Curia de cetero usurpare; acceptis itaque per eundem Perhtoldum a prenotata priorissa et Conventu ejusdem octo libris denar. Rat. in pecunia numerata, idem Perhtoldus pro se, et heredibus suis, ac omni sua posteritate in nra presencia cessit et renunciavit simpliciter et precise omni juri seu actioni, que sibi et heredibus suis compeciit in Curia memorata, ac posset competere in futu-

rum; tenetur insuper sepe dictus Perhtoldus sepe dicte Curie ad spacium decem annorum coram quocunque iudice constituere se auctorem, quod G wer vulgariter appellatur, ad quod fide data firmiter se astrinxit, et fratrem suum Heinricum nichilominus pro fidejussore prefatis sororibus una secum in solidum obligavit. In cuius rei testimonium presentes Litteras nri Sigilli munimine fecimus roborari. Testes sunt Ulricus de Abensberch, Ernestus de Trauhbach, Sighardus de Eglofzhaim, Ditricus de Aw, Hawordus de Suniching, Albertus Vicednus, Karulus frater suus, Otto de Avekking, Leupoldus dictus Igel, Rudegerus de Capella, Wernherus de Schirling, frater Egno Capellanus, frater Ulricus, frater Heinricus, et alii quam plures fide digni. Datum Ratispone anno dni 1288. IIII. Idus Novembris. *Sigillum Epi integrum adpendet.*

**Num. DCLIX. 1289. 16. Febr. Ex Originali:**

Obligatio proventuum in Sarching.

Nos Heinricus dei gra Ratisponen. Epus, universis presentes litteras inspecturis volumus esse notum, quod pro 40 tt. denar. Ratispon. quas dilectus fidelis noster Hermannus de Seyrching nobis assignavit in pecunia numerata, impensas emptioni advocatie et aliorum bonorum in Swaebelweis emptorum a dilectis consanguineis nostris Ulrico et Heinrico dapiferis de Ekkemül, et pro 10 tt. in quibus eidem Hermanno ratione Purghute sue fueramus obligati, de communi consensu nri Capituli subscriptas possessiones nostras in Seyrching, videlicet hubam, quam colit Chunradus apud furnum, solventem quinque scaffas siliginis, quinque scaffas avene, 60 denarios, quinque anseres, decem pullos, decem caseos, centum ova. Item hubam, quam colit Ecclesiasticus ibidem solventem 3. scaffas siliginis, dimidiam scaffam avene, 30 denarios, duos anseres, 6 pullos, 5 caseos et 40. ova cum jure institutionis et destitutionis eorundem bonorum, redditibus tamen predictorum denariorum nostris usibus reservatis. Item de possessione, quam colit dictus Reinwager, redditus unius scaffæ siliginis sine institutionis jure predicto Hermanno deputavimus et assignavimus in hunc modum, quod nos et Successores nostri reemendi dictas possessiones ab eo vel heredibus suis, quocunque anno placuerit, ante festum purificationis beate Virginis vel post ad dies 14.

pro 50 tt. denar. Rat. tunc usualium habeamus plenam et liberam facultatem. Quocumque vero anno hmoi reemptio ultra spatium 14 dierum post purificationem neglecta fuerit, vel omissa, eodem anno predictus Seirchingerius vel filius, si in possessione dictorum bonorum sibi successerit, proventus recipiet supradictos. In cujus rei testimonium presentem litteram dedimus Sigillorum, nostri videlicet et Capituli nostri robore communitam. Datum Ratispone anno dni 1289. XVI. Kal. Martii.

*Duo Sigilla adpendent.*

**Num. DCLX. 1289. 19. April. Ex Originali:**

Henricus Epus vendit confraternitati S Wolfgangi annum Censum duafum librarum erga reemptionem.

Nos Heinricus dei gra Ratispon. Epus presentibus profitemur, quod cum pro absolvendis bonis nostris in Suuaebelueis, que a viris discretis Ulrico et Heinrico dapiferis de Ekkenmül consanguineis nostris comparavimus, quedam Summa pecunie necessaria nobis esset, ad instantiam nostram octo fraternitates Civitatis Ratisponen. 31 libras denar. Rat. nobis nomine mutui in paratis denariis concesserunt, pro quibus eisdem vendidimus et deputavimus accedente consensu nostri Capituli redditus 2 tt. denar. Rat. quos in Curia saneti Emmerami ratione juris advocatitii obtinemus ibidem, donec a nobis vel Successoribus nostris reempti fuerint pro Summa superius prenotata, pacifice possidendos, sic, quod hmoi solutione accepta ad nostram redeant Ecclesiam omni contradictione cessante redditus prenotati. In quorum testimonium et evidentiam plenioram presentem litteram dedimus Sigillorum, nri videlicet et capituli nostri robore communitam. Datum Ratispone anno Domini 1289. XIII. Kal. Maii.

*Duo Sigilla adpendent.*

**Num. DCLXI. 1290. 18. Jan:**

Henricus Epus Rat. Coenobio Oberaltacensi parochialem Ecclesiam in Aiterhoven, in qua usque ad haec tempora dicto Coenobio jus tantum competiit patronatus, tradit, donat et assignat donatione perpetua, eidem Coenobio cum adtineatiis,

redditibus et obventionibus sine qualibet exceptione adhaesuram, et infirmariae in Oberaltach a praedicta Parochia annuatim solvantur 10 scaffae tritici, decem scaffae siliginis, sex scaffae hordei et sex scaffae avenae pro annua pensione, et caeteri redditus cedent plebano ibidem constituendo. Datum Ratisponae anno Domini 1290 in cathedra sancti Petri.

Mon. Boic. XII. 147.

**Num. DCLXII. 1290. 14. Febr. Ex Originali:**

Vereinigung zwischen Ludwig dem Strengen, und den Söhnen des verstorbenen Herzogs Heinrich in Niederbaiern, geschehen durch Vermittlung des friedliebenden Bischofes Heinrich von Regensburg, vielmehr Vollmacht hiezu.

Wir Ludweich und Otte von Gotes gnaden pfallentzgravea ze Reine und Herzogen ze Baiern tun chunt allen den, die disen Brief ansehen oder hörent lesen, daz wir Ludweich für uns, und von unser manne, dienstmanne, dienär und Läute, swie si gehaizzen sint, wegen ain halben, und wir Otte für uns und für unser liebe Brüder Ludweigen und Stephan, und für unser Man, Dienstman, Dienär und Läute, swie si genannt sint, anderhalben aller der sache und ansprache, di zwischen uns Herzogen Ludweigen, unsern vorgeannten Manen, Dienstmannen, Dienärn und Läuten, und zwischen uns Herzogen Otten in unserm und unser vorgeannten Brüder Namen, und unsern Mannen, Dienstmannen, Dienern und Läuten, swie si gehaizzen sint, jetweder halben aufgeloffen und gestanden sint, dieweil als unser lieber Vater weilent Herzog Hainrich, dem Got genade, lebt und auch nach sinem Tode untz auf den hiutigen Tag, an sant Valenteinstag an unsern Herrn Bischof Hainrichen von Regenspurch als an einen Richter und Schidmann gegangen sein, ez sei umb Aigen oder umb Lehen, umb raub oder umb brant, umb gelt, umb Totslege, umb Vanchnuzze, oder umb anderlai sache, swie si genannt sint oder genennet mügen werden, alz umb sache, di unser Fürstenampt anget, daz ez umb sein sol, alz ez vor verschriben ist, und haben im, den gewalt gegeben und auch uns und alle die vorgeannten, und auch, die wir baidenthalben durch dienst oder durch recht versprechen suln, hinder in verbunden, di Minne und daz Recht zwischen uns und den Vorgeannten ze tun, und auch daz wir im baidenthalben und di unsern Minne und rehtes gehor-



sam suln sein, und selbe laisten von unsern wegen, und schaffen von der andern wegen, swaz er mit Minne und mit Rechte verrichtet, daz ez gelaistet werde, und baidenthalben aneinander beholfen sin, daz ez volfürte werde. Swelch gewishait er auch darüber setzet, daz ez vollfürte werde, die suln wir baidenthalben tun; wir suln auch, swelche er vodert von unserm Rat, baidenthalben im zuschaffen, und suln im die ir Treu geben in Aides weiz, daz si im beholfen sein, diselbe sache mit Minne oder mit Rechte ze verrichten und ze zerlegen. Swelche sache im auch darunter ze swär wäre, di hat er gewalt, den Burkgraven Fridrichen von Nürnberch zu Nürnberch zu zevordern, und suln auch wir in dazu laden und bitten. Swelch sache er auch under den vorgenannten Sachen vor oder nach wil verrichten, oder hinfür oder herhinder setzen, dez hat er ganzen gewalt. Dise Hantveste schadet auch unsers Herrn des Chuniges Hantveste nicht, di nu jüngst zu Giengen gegeben wart, und di hernach gegeben sint auf diselben, als vil, daz ez umb di vorgenannten sache an den zehen, di daran benannt sint, nicht sten sol, und daz man darumb nicht laisten sol, noch Burg antworten sol, alz ez an denselben Hantvesten begriffen ist, umb di sache auch alle, di fürbaz ergen mügen und ergent, stet ez an dem vorgenannten unserm Herren dem Bischof, swaz er an Bezzerunge oder an Gewishait ze Rat werde, daz daz geschehe, und daz man im dez baidenthalben gehorsam sei, swaz auch an denselben Hantvesten geschriben stet, darüber gesprochen, als wär, daz man darumb laisten sol, daz sol auch an dem vorgenannten unserm Herren dem Bischof sten, swaz er darauz machen welle, daz er dez Gewalt habe. Ez hat auch der vorgenannt unser Herre der Bischof ganzen Gewalt, Tag ze geben, ze kürtzen und ze lengen. Swer auch auz aines Lande in dez andern Lant var, edel oder unedel, Chaufman oder ander Läute, den sol man nicht irren, und sol Leibs und Gutes sicher varen. Darüber ze einem Urchunde diser Tädunge und diser Sätze haben wir disen Brief mit unsern Insigeln versigelt, und haben dez ze den Heiligen geschworen, daz wir diselben Sätze stät behalten on Gevärd und on all übel Liste, und sol diser Brief stät beleiben mit allen seinen Artikeln von nu untz auf sant Marteinstag, der schierst chumt, und darnach über zwai Jar. Derselbe Brief ist gegeben, do von Christes Geburt waren 1290 Jar, an dem vorgenannten sant Valenteins Tag.

*Duo Sigilla Ducum equestria maximi moduli adpendent.*

**Num. DCLXIII. 1290. 28. Febr. Ex Originali:**

Taidigung des Bischofes Heinrich zwischen dem Herzoge Ludwig in Ober- und Herzoge Otto in Niederbaiern.

Wir Bischof Heinrich von Regenspurch tun allen den chunt, di disen Brief ansehent oder hörent, daz wir also geteidingt haben zwischen den Herzogen von Beiern datz Freising, daz si baidenhalben all Gevangen ledich lazzen suln on schaden in peiden Vitztumamten hie dizhalb Tunau und enhalb, und wär, daz der schad in 14 Tagen nicht abchöm, so sol der Herr selb des Schadens gelter sein, und swaz fürbaz schaden darauf gieng. Wir setzen umb den Lautenbechen, daz der Herzogs Ludweigs Huld sol haben, und sol im der Herzog di Todtveindschaft friden ze ausgeender Pffingstwochen sinem Leib und sinem Gut, und sol der Lautenbekch dem Herzogen bezzern und dez Starzhausers Freunden nach unserm rat, und nach dez Graven Albrechts von Hals, und Hrn. Ulreichs von Abensperch von einem Teil, und Hrn. Wernharts von Rorbach und dez von Wildenrod von dem andern Teil; ez sol auch di Bezzerung ze dem nähsten Tag geschehen vor andern Teiding. Ez suln auch di Lewenstorfer und der Lauterpekch verpürgen, daz si daz recht gegen einander tun umb allez, daz si ze sprechen habent gegeneinander, ez sei umb Aigen oder umb Lehen, oder umb Gelt. Wär, dat ir einer nicht verpürgen wolt oder mächt hie ze Freising, der sol dez Sunntags ze Mittervasten infarn der Lewenstorfer datz Ingoltstat, der Lautenbekch, datz Lantshut, und von dann nicht chomen, ez erge di Pürgschaft nach dez von Abensperch rat, und des Wildensteiners des Vitztums. Wir setzen auch umb den Schenchen von Flügelsperch, daz der gäntzleich dez Herzogen Ludwiges Huld haben sol, und sol der Herzog den Schaden fristen, der datz Regenspurch auf den Schenchen getan ist; Tät er daz nicht, swelch schad diweil darauf get, den sol der Herzog gelten. Wir setzen ez auch in einen Frid umb den Schenchen umb den Eitenhover untz ze auzgeender Pffingstwochen, also, daz der Schench den Eitenhover an siner probstai nicht irren sol, noch der Eitenhover hinwider den Schenchen an siner Vogtai. Wär aber, daz ir einer den ändern beswert, so sol der Schench sinen Gebresten chlagen dem von dem Stein, und der von Eitenhoven dem von Abensperch, und swer dawider icht tät, der sol gevallen sin an sinem Recht. Wir nemen auch uns selben den gewalt, swo di Hertzogen an einander über-

varn habent an ir Gemerkchen oder an ir Gerichten, daz der Amptmann da nicht richten sol, untz auf den nächsten Takch bedenthalben on schaden; wir setzen auch, daz man di strazz vreilich varn sol, ez sei dann umb di strazz, di im Chrig sint, daz setzen wir, daz man di auch vreilich farn sol untz auf den nächsten Takch, beiden Herren on schaden. Wir setzen auch, in swelches Herrn ein Gut leit, daz hinüber oder herüber bechlagt ist, oder an recht begriffen ist, daz sol sten auf dem nächsten Takch in allem dem recht, als an dem heutigen Takch, also, daz ez jedwederm Teil sein recht werde. Ez sol auch daz Land diweil mit Frid und on Gebresten beleihen. Wär aber, daz jeman einen schaden tät, der sol den gelten darnach, alz man den Herrn dez Dinärs gemant hat, der di Tat getan hat, in 14 Tagen, oder über noch 14 Tagen mit der Zwigült, und sol in der Herr dazu twingen. Tät er dez nicht, oder ob der Herr für in gelten wold, so sol in der Herr mit der Drigült gelten. Man sol auch alle Todveintschaft friden untz ze auzgeender Pffingstwochen, und sol umb dhein Todveintschaft nieman weder rauben, noch brennen; swer daz tät, der sol den schaden gelten, alz vor umb andern schaden geschriben stet. Wir setzen auch, alz ez vor verschriben ist, umb di Gevangen hie dishalb Tunau, daz ez also sten sol in den Vitztumampten enhalb Thunau, und suln di Vitztum den schaden abnemen oder fristen auf den nächsten Takch. Geschiht dez nicht, so suln di Herren den Schaden gelten. Ez sol auch jedweder dez andern Dinär innemen, er si edel oder unedl. Der vorgeannt Takch sol sin am Mitichen nach der Osterwochen, di nächst chumt, zwischen der Niunstat und Chelheim bi der Abens. Und daz wir peid Herzogen Ludwich und Otte di vorgeannten Sätz stät behalten, haben wir ze einem Urchunt mit samt dez vorgeannten Bischofs von Regenspurch Insigel disen Brief versigelt mit unsern Insigeln, und ist der Brief ze Freising gegeben, do von Christes geburt warn 1290 Jar dez nächsten Eritags nach sand Mathiastag.

*Tria Sigilla appendent Integra, a) Epi, cum Scutulo nativo Comitum de Roteneck, b) Ducum Ludovici, et Ottonis equestria.*

\*) Im I. 1290. 4. Febr. starb Herzog Heinrich, der Vater des Herzogs Otto. Dieser, der Herzog von Oberbaiern Ludwig, und die Edeln des Landes geriethen in Uneinigkeiten, welche der Bischof Heinrich durch obige und andere Teidigungen beizulegen suchte. Man sehe eine ähnliche Teidung apud Oefel. II. 111 die gleichfalls gegeben ist zu Freising 1290 den 16. Juny.

**Num. DCLXIV. 1290. 9. Junii. Ex Originali:**

Prior generalis Ordinis sancti Augustini, et Capitulum generale Ratisbonae congregatum Epum Henricum participem reddunt meritorum totius ordinis.

Venerabili in Xpo Patri, dno et benefactori precipuo, dno Henrico divina providentia Ratisponensi Epo frater Clemens fratrum heremitarum ordinis sci Augustini solo nomine generalis Prior licet immeritus se ad orationem in dno, et pro temporalium exhibitione bonorum celestia feliciter promereri. Etsi unicuique universaliter sit injunctum, et diffusa in cordibus fidelium charitas hoc requirat, ut recepta munera in alterum ministrentur, illorum tamen ego et fratres nostri ordinis statuimur amplius debitores, qui dignitatis gradu sublimes, utiles pluribus esse possunt, et fratrum humilitati effectus opportunes propter deum exhibent multiplicium gratiarum. Nam sicut oculis meis vidi et manibus propriis contrectavi, quam liberalis et prompta virtus benignitatis, et pietatis gratia ipsos relevat, defensat potentia, favoris, prudentie vestre bonitas promovet et extollit, quod ego grata et debita recognitione considerans pro salute vestra unacum predictis fratribus humili supplicatione intendo pulsare clementiam Redemptoris, ut ipse pro fratribus largitati vestre respondeat, qui sibi fieri reputat, quod pro ipso suis humilibus indulgetur; ideoque paternitati vestre in missis, orationibus, predicationibus, jejuniis, abstinentiis, vigiliis, laboribus, ceterisque bonis, que per fratres nostri Ordinis dominus per Ordinem fieri dederit universum, participationem concedo tenore presentium specialem. Ad hec insuper attentius cognoscentes, quod in nostro Capitulo generali Ratispone celebrato pro incolumitate vestra unam missam de beata Virgine per totum nostrum Ordinem celebrandam fideliter jam indixi. Fuit etiam in eodem Capitulo ordinatum, quod in loco Ratisponensi, de valle speciosa, et Semanshausen pro vestro obitu, quando continget, vos debitum carnis exsolvere, quem deus faciat suo conspectui gratiosum, dies anniversarius perpetuis temporibus celebretur, et pro animabus illustris principis ducis Bawarie, et dne Sofie Sororis Comitisse de monte cervino sive Hirzperch celebretur in toto Ordine una missa; et nichilominus cum idem obitus vester nostro fuerit Capitulo nuntiatus, anima vestra fratrum orationum suffragiis commendetur, et injungantur pro ipsa misse et orationes, sicut consuevit fieri pro nostris defunctis fratribus in communi. In cujus Confessionis testimonium et memoriam perpetuam

futurorum has litteras fieri humili devotione mandavi, ac eas commisi, mei Officii Sigilli appensione muniri. Datum Ratispone in Capitulo generali anno 1230. III. Indictione, tempore dni Nicolai Pape quarti, V. Kal. Junii.

*Sigillum Prioris generalis adpendet.*

**Num. DCLXV. 1290. 26. Aug.**

Henricus Epus Ratispon. ad instantiam discreti Viri Heinrici de Pfölingen sui affinis decimam in Rudmansfelden, quam idem Pfölingarius ab Ecclesia Ratisponensi tenuit titulo feudali, donat Ecclesie in Gotscelle decenti fundatione Pfölingarii noviter inchoatae. Si autem Pfölingario Dominus haeredes concesserit, decimae praedictae ad ipsos devolvantur, et donatio supradicta sic erit irrita et inanis, Pfölingarius tarnen aut sibi succedentes haeredes cellae in Gotscelle supradictas decimas in refusionem 100 libras denar. Ratispon. in possessionibus suis alibi compensabunt. Simul fratres in Gotscelle pro hac gratia promiserunt, Epi Henrici anniversarium obitus diem se celebraturos. Datum Ratisponae 1290. VII. Kalendas Sept.

*Mon. Boic. V. 405.*

**Num. DCLXVI. 1290. 14. Sept. Ex Originali:**

Obligatio Hohenvelsariorum erga Epum Ratisbon.

Wir Chunrad und Heinrich von Hohenvels tun allen den chunt, di disen brief ansehent, daz wir gedaht haben der gnaden, di uns unser herre der Bischof Heinrich von Regenspurch angeleit hat, und haben im unser Treu gegeben mit gütlichen Willen, und haben diselb Treu beschworn ze behalten, daz wir weder von im, noch von sinen Nachchomen, noch von dem Gotshous ze Regenspurch nimer ze dheiner zeit chomen wellen, diweil wir geleben, weder mit leib, noch mit gut, noch mit dienst, denn daz mit sinem rat und mit sinem willen geschiht. Erloubt aber uns unser Herre der Bischof einen andern dienst, den suln wir lazzen ze hant on all Widerred, swenn er uns vodert und suln wider varn in sinen Dienst und des Gotshouses. Wir suln ouch mit Heirat ouz des Gotshouses gewalt nicht cheren, noch dheiner unser brüder, der wir gewaltich sin, oder

di Teil an Valchenstein haben wellent. Swa aber wir uns daran vergezzen, dez Got nicht engeb, so sol allez daz ledich sin, daz wir von dem Gotshous ze Lehen haben, ez sin purg, ez sin Urbor, Lät und Gut, swi ez genannt ist oder genennet makch werden, verlihen oder unverlihen, versucht oder unversucht; daz ouch wir bi dem Gotshous beleiben also mit Dienst und mit ganzen Treuen, haben wir dem vorgenannten Bischof von Regenspurch verporgt zu den Lehen, di wir im gesetzet haben 10 Jar, 200 tt. R. dl. und sint dez unsere porgen Hr. Ulrich und Heinrich di Druchsätzen von Ekkenmül, Hr. Herrmann von Preitenstein, Hr. Heinrich von Ernvelds, unser Oeheim der Reitter, Hr. Hawort von Süniching, Hr. Chunrat von Paulsdorf, Paldwein von Pärbing, Hr. Ulrich von Stouff, Chunrat von Satelpogen, und hat je der Man gelobt um 25 tt. also, ob wir uns an dem Bischof oder an dem Gotshous übergreifen, so sein wir im der Pfenning schuldich. Ist aber, daz der Porgen einer oder mer sterbent, dez Got nicht engeb, so suln wir im je ander porgen setzen. Tun wir dez nicht, so sol unser einer, swelhen der Bischof ouz uns genannt, ze Regenspurch invarn und laisten ouf unsern schaden, und dann nicht enchomen, untz ez geschehen si. Werden aber wir ihtes beschuldigt von unserm herren dem Bischof, daz suln wir im benennen und vor im bereden selb mit dienstmann, di piderb und unversprochen lät sin; mügen wir dez nicht getun, so habent sich di vorgenannten Pfenning vervallen mit samt den Lehen, di wir von dem Gotshous haben, und suln ouch di porgen all selb laisten, und Niemand für sich insenden. Ez habent ouch unser Vreund Hr. Chunrad von Enrvelds der Probst von sand Johans ze Regenspurch, Hr. Heinrich der Reitter sein Bruder, Hr. Chunrat der Paulsdorfer und Chunrad der Schench von Reychenekk gelobt, als si ze den Heiligen schweren solten, ob wir mit ichte übervarn, swaz vor verschriben ist, daz si uns weder mit raeten, noch mit Fürderung, noch mit dheinerlei Dienst oder Helff bestendich suln sin, als vil si uns unserm herren dem Bischof und dem Gotshouse beschuldigen mügen. Ez habent ouch der unsern acht gesworen Fridrich von Raitenpuch, Ulreich Prantel, Chunrat und Ernst di Forstpergär, Dietrich von Utelhofen, Heinrich Praentel, Chunrat Praentel ir Brüder, und Marquart der Lukch, daz si mit rat und mit helff daz fürdern suln, als fern si ir Sinn laitent, daz wir allez daz stät behalten und volfürn, daz hie an dem Brief geschriben stet, und swa unser einer daz überfür, so suln die acht von dem ledich sin, der sich vergezzen hat an dem Gotzhous

und bi dem beleiben, der sich an dem Gotshous behalten hat; wär aber, daz wir ez paid überfürn, so sint von uns paiden ledich, und sagen si ouch an disem brief ledich allez, dez si uns gebunden sint, und suln fürbaz dez Gotzhous sein und ire Chint mit samt in. Swi aber wir verporgt haben di 200 tt. 10 Jar, so sol doch unser Ait um di Lehen, di wir von dem Gotshous haben, ewich sin. Es sol ouch diser brief der Hantvest nicht schaden, di von unsers Vaters wegen emaln mit dem vorgenannten unserm hrn Bischof Heinrich verschriben ist. Dez sint Gezeug: Hr. Chunrat von Luppurch der Tumprobst ze Regenspurch, Maister Ulrich der Techent, hr. Ortliep von Seirching, hr. Heinrich von Fürmian, hr. Perhtod der Gamerid Chorherren ze Regenspurch ze dem Tum, und des Gotshouses Dienstmann hr. Hawort von Sünching, hr. Dietrich und hr. Karl von Ow, Paldwein von Pärbing, und ein michel Teil ander piderb Läut, Pfaffen und Leien. Diser brif ward gegeben, do von Christes Gepurt waren 1290 Jar, dez nächsten Pfintztags nach unser Vrowentag, als si gborn wart, und habent in versigelt mit unser Vreunt Insigeln, und dez Capitels Insigel von Regenspurch, hrn Chunrats von Ernvels, der probst ist datz sand Johannis, hrn Heinrichs von Ernvels des Ritters, hrn Hermans von Preitenstein, hrn Chunrads von Paulsdorf, Chunrads dez Schenchen von Reicheneck und mit unser paider Insigeln.

*Sex Sigilla adpendent, primo et ultimo avulsis.*

**Num. DCLXVII. 1290. 15. Sept. Ex Originali:**

Benennung jener Güter, deren Nutzniessung der Frau Kunegund von Hohenfels auf ihre Lebensstage zusteht.

Wir Bischof Heinrich von Regenspurch tun allen den chunt, di disen Brief ansehent, daz unser liebe Oeheim Chunrat und Heinrich di zwen prüder von Hohenvels vor uns offenlich vergehen habent, daz unser liebe Mum Vrow Chunegunt von Hohenvels ir beider Mutter di Gut, di hinnach mit Namen an disem Brief geschriben stent mit allem, daz darzu gehört, versucht und unversucht, ze Holtz, ze Veld, und ze Dorff, gebowen und ungebowen haben sol, diweil si lebt, mit den läuten, di darauf gesezzen sint, und di ez bauent, und sol auch gewalt haben, diselben Gut ze stiften und ze entstiften, and ze tun, diweil si lebt, damit, swaz si wil, und swaz ir wol fügt.

Dez suln si ire vorgenannten sün niht irren, doch suln dieselben Gut mit allem irem reht nach derselben Vrowen Tod di sün und di erben wider angevallen lediglich und on all ansprach; si hat auch gewalt ze schafen umb ir Sel 2 tt. Gült auz denselben Guten nach ir willen, swem si wil, und haizzent di Gut also: 2 höf datz Gützenhoven, di geltend 6 schaf Rokken und habern, 2 Maierhöf datz Raitenbuch, di geltent 20 schaf Rokken und habern, zween Höf datz Holtzheim, di geltent 18 schaf allerlei Korns, datz Uilhartstal 60 dl. gült, eine müll datz Lauff 6 Schilling eine Mül datz dem Prükelin 1/2 tt. dl. und ein schaf rokken, des Isningers Weingarten, di Forstlehen 1 tt. dl. ein swaichhof datz der Haid, den Weinzehemen datz Wisent, datz Raitenbuch 1/2 tt. für swein, datz Gützenhoven 1/2 tt. für swein, datz Holtzheim 60 dl. den zehenden in der pfarr ze Hohenvels, der dem Pütreichspergar stund, den zehenden datz Stalhoven, di mül datz Chunratsmül, von dem Camerlehen datz Stalhoven 1/2 tt dl. Derselben Gut suln pfleger und schermär sin der hohenvelserin Vettern, baid Ernvelsär, Hr. Chunrad von St. Johannes der probst, und Hr. Heinrich von Ernvels sein bruder; und daz allez daz stät beleib, daz vor verschriben stet an disem brief, haben wir disen brief gegeben mit unserm Insigel versigelt, des Capitels von dem Tum ze Regenspurch, der vorgenannten Ernvelsär baiden, Hrn. Hermans von Preitenstain, Hrn. Chunrads von Paulsdorf, und Chunrads des Schenken von Reichenekk, und ist der brief gegeben ze Regenspurch, do von Christes Geburt waren 1290 Jar, an dem ahten Tag nach unser Vrowen tag, als si geboren ward: und ze Urchund, daz di vorgenannten Hohenvelsär allez daz stät behalten, daz an disem brief verschriben ist, iabent si ir baiden Insiegel auch an disem brief geleit.

*Septem Sigilla illaesa appendent.*

**Num. DCLXVIII. 1290. 18. Sept. Ex Originali:**

Compositio inter dominos de Rain, et Epum Ratisbonensem.

Ich Albrecht der Vitztum von Straubing, und Kharel von Rain des Vitztums Bruder verjehen allen den, di disen brief hörent und ansehent, daz wir uns mit unserm Herren dem Bischof Hainrich von Regenspurch aller der sache und der Ansprach, di wir und unser bai-



der Lät und auch unser Dinär gegen einander gehabt haben untz auf den heutigen Takh, auf ein end verrichtet haben, dabi waz unser Herrn Graf Albrecht von Hals, und hr. Ulrich von Abensperch, di der Sache schidmann und Taiding sind gewesen, also, daz si alle tod und ab suln sin on di, di wir in disem brief auznemen, als si mit schrift hinnach benennet sint, di suln wir mit den rechten volführen, umb den prant, den der pehaim da tet, den lazzen wir vor, wan die sache den Herzogen angehört, den schaden, den wir genomen haben von dem Ernvelser und von dem Rorenvelser, den nemen wir auch auz, auzzer ez ist dabi gewesen, der des Goteshaus von Regenspurch angehört, den lazzen wir ledikh. Der Drauhpekh soi bereden auf dez Hohenvellers Gut, daz er innhat, daz sol der Vitztum lösen, ob er wol, unverzigen des Hohenvellers recht. Swaz wir und unser Lät schaden genomen haben an raub und an prant, der ist all verchorn, ez si von dem Perger, oder von dem Püriger datz Aeuting, und von swelchen sachen wir übervarn sin. Ist aber, ob unser herr der Bischof oder sin Gotshaus darumb fürbaz angesprochen wirt, da suln wir mit den rechten fürsten; wird aber im ainer Gewalt füren, auf den suln wir unserm Herrn dem Bischof Hainrich beholfen sin. Daz daz also stät beleib, haben wir unserm Herrn dem Bischof disen brief gegeben mit unser beder Insigel versigelt, daz ist geschehen im Jare 1290. dez Montags vor sant Mattheus Takh ze Regenspurch in der Stat.

*Duo Sigilla integra adpendent.*

**Num. DCLXIX. 1291. 6. Februarii. Ex Originali:**

Donatio variorum bonorum circa Castrum Eberspeunt sitorum facta a Duce Ottone Ecclesiae Ratisbonensi.

Nos Otto dei gra palat. Comes Reni, dux Bawarie, presentibus profiteamur, quod cupientes formam et statutum Ecclcum et Eccliarum in suis juribus et honoribus crescere et vigere, ut divinus Cultus ampliatus catholice roboretur in laude ejus, qui in Eccliis honoratur: ob sinceritatem itaque et devotionem, qua nos dnus nr Henricus venerabilis Ratispon. Epus prosequitur, et varia, et multiformia obsequiorum genera, que nobis et progenitoribus nris, et precipue dive recordationis dno Heinrico, quondam karissimo nro genitori prestitit, et in posterum exhibebit, sibi et Eccle sue Ratisponensi possessio-

nes nras sitas in suburbio et circa suburbium Castri Eberspeunt in recompensam debitam et devotam, videlicet bona in Celle, bona in Ellingen, molendinum in Pache, duo bona in Perg, unum, in Weg, Curiam in Chalterspach de nre liberalitatis gra, et karissimorum fratrum nrorum Ludowici et Stephani beneplacito et consensu donavimus, tradidimus, assignavimus, sive feoda fuerint infeodata vel non infeodata, seu predia allodialia, que proprietates dicuntur, cum omnibus suis juribus et obventionibus, quesitis et inquirendis, cultis et incultis, silvis, pascuis, pratis, piscarus, forestis, advocatiis, vel alio quocunque nobis titulo competebant vel competere videbantur, nullum nobis jus vel jurisdictionem in premissis possessionibus animodo vendicando, imo dicta Ecclesia premissas possessiones possidebit perpetuo pacifice et quiete. Renuntiamus itaque unacum predictis fratribus nris Lud. et Steph. ac pro omnibus heredibus nostris, quos dno concedente habebimus in futurum, in sepredictis possessionibus premissis, ac quibuscunque aliis juribus, exceptionibus videlicet doli, actionis in factum, restitutionis in integrum, et omni juris auxilio canonici vel civilis, per que possent dicte possessiones repeti vel earundem donatio impugnari,. Ipse etiam dnus noster Ratisponen. Epus firmiter repromisit, quod predicta bona per nos, nrosque fratres karissimos sibi et Ecclesie sue Ratispon. liberaliter tradita in recompensationem per alicujus feodi collationem, dum se tempus obtulerit, restaurabit. Et ut hec permaneant inconvulsa, presentem litteram de karissimorum fratrum nostrorum premissorum beneplacito Voluntatis nri Sigilli robore duximus muniendam. Datum in Lantshut anno dni 1291. in Crastino beate Agathe.

*Sigillum Ducis Ottonis equestre integrum adpendet.*

**Num. DCLXX. 1291. 24. Febr.**

Henricus Epus Ratispon. donat Coenobio Weltenburgensi parochialem Ecclesiam in Staubing, quae ad collationem Eporum Ratispon. ex jure patronatus ab antiquis temporibus pertinuit, cum omnibus suis adtinentiis, salvis tamen sibi et suis Successoribus juribus kathedratici, collectarum, procurationum papalium, decimarum, et omnium aliarum consuetudinum, quibus parochia onerata maneat. Simul inofficiatio praedictae parochialis Ecclesiae Staubing per sacerdotem et monachum Conventus Weltenburgensis ab abbate constitutum permittitur. Insuper

Epus insulam Werd dictam, villae Staubingensi contiguam , et Silvum in monte Artzberg supra claustro sito, nee non omnes proventus de Purkstallo ipsius montis apud Weltenburg ad Epum a progenitoribus suis, Comitibus de Roteneck jure haereditario devolutos libere donat Coenobio praedicto, excepta tamen proprietate ipsius Purckstalli, quam expresse quoad fundum sibi et Ecclesiae Ratisponensi reservat. Datum Ratisponae anno Domini 1291. in die sancti Mathiae Apostoli.

*Mon. Boic. XIII. 379.*

**Num. DCLXXI. 1291. 6. Maii. Ex Originali:**

Des Bischofes von Regensburg Teidigung zwischen den Herzogen von Baiern.

Wir Bischof Heinrich von Regenspurch tun allen den chunt, di disen Brief ansehent, daz wir zwischen den Herzogen von Bairen, Herzogen Ludwigen, und Herzogen Otten seinen Vettern an sand Johannstag Evangelist, alz er in daz Oel gesetzt wart, also geteidingt haben datz Regenspurch, nach dez Purkgraven Rat von Nurnberch , der bi dem Teiding waz: Dez ersten, daz alle di Hantvest, di zwischen in gegeben sint seit Herzogen Heinrichs Tod, dem Got genad, mit allen ir Saetzen und Artikeln, di daran begriffen sint, stät und in ir Chreften beleiben suln untz auf sand Marteinstag, der nächst chumt, alz ez begriffen ist an der lezten Hantvest, di datz Regenspurch gegeben ward an unser Frawen-Abent in der Vasten. Wir wellen auch, daz alle Gevangen ledig sein on allen schaden, und sol daz ergen in 14 Tagen; ez suln auch di Herren nicht Gewaltes haben, dhein Frist lenger ze geben weder umb di Gevangen, noch umb ir schaden. Wir wellen auch, daz di nidern Vitztum einen Tag miteinander haben an der Mitichen in der Pfingstwochen datz Regenspurch und dez ersten abrichten umb raub und umb prant, und von dem Tag reiten auf di gemerkch und di auzrichten, alz ez an der voderen Hantvest stet, di datz Freising gegeben wart. Wir wellen auch, daz di obern Vitztum dez nächsten Tags nach dem Sonwentag einen Tag haben suln zwischen der Seligenstat und Wildenberch, und miteinander abrichten umb raube und umb prant, und von dem Tag reiten auf di Gernerkh, di in ir Ampten sint, und di auzrichten nach der vorgenannten Hantvest. Wir wellen auch, daz, weder der Richter von

Dachaw, noch der Richter von Chranchsperch, noch anders Nieman in den Gerichten, di im Chrieg sint, iht richten suln, untz auf den nähsten Tag, den di Herren miteinander haben suln, in baiden on, Schaden, alz ez an der vodem Hantvest stet. Ez suln auch di herren einen Tag miteinander haben dez nähsten Tags nach sand Jacobstag zwischen der Niunstat und Wiidenberch, also daz der Tag ze Chirchdorf sei, daz auch di herren lieplich und friuntlich miteinander leben, und ir Lät und ir Lant mit Frid und mit genaden behalten untz auf den vogenannten sand Martinstage, dez manen und biten wir si mit Fleiz, und gebieten in bei dem Gelübd, dez si sich und uns Pischof Heinrich verbunden habent. Wär aber, dez Got nicht geb, daz diweil ein schad mit raub oder mit prant, oder mit Vanchnuzze, oder swie der schad genennt mag werden, ergieng, den sol man abtun in 14 Tagen nach der vogenannten Hantvest, und suln di Herren nicht Gewaltes haben, Frist darumb ze geben. Man sol darumb laisten und den schaden bezzern nach der Hantvest, Wir behalten uns baiden auch den gewalt, oder uns Pischof Heinrichen, ob der Burcgraf dabi nicht mag gesin, daz wir der herren oder der Vitztum Tag gelengen und aufgeschieben mügen nach unser bescheidenheit on Gevärd, ob der Herren einer diweil bi dem lande nicht war, oder di Vitztum ein eehaft not irrent, daz man den Tag nicht gesuchen mögt umb dez Branpergers Gut, daz der Neunburger von Aibling bechlagt hat vor dez Herzogen Ludwichts Richter setzen wir, daz dazselb Gut dhein recht dulden sol, alz vor der herren beider rat, und sol in der Gewer sein, alz ez hergewesen ist. Wir Herzogen Lud wich und Ott verjehen auch, daz wir all di Sätze, di der vogenannt unser Herr der Bischof Heinrich von Regenspurch zwischen uns gesetzet hat, als an disem brief vorgeschrieben stet, staet behalten wellen, und haben dez ze einem Urchunde disen Brief mit samt dez Bischofs Insigel mit unser beider Insigel versigelt. Diser brief ist gegeben datz Regenspurch, do von Christes Geburt waren 1291 Jar an dez vogenannten sand Johannis tag. Der Satz sol doch nicht schaden der Hantvest umb di Schidung, di si nach Minne oder nach Recht umb alle sache, alz da geschriben stet, an unz gelazzen habent, di sol stät beleihen untz auf ur zil. Der Brief ist geschriben, als vor verschriben ist.

*Tria Sigilla illaesa adpendent.*

**Num. DCLXXII. 1291. 27. Maii. Ex Originali:**

Unio advecatiae Ecclesiae in Dürrenchalbach cum hac Ecclesia.

Nos Heinricus dei gra Ratisponen, Epus, universis presentem litteram inspecturis volumus esse notum, quod cum Rupertus, Eberwinus, et Ulricus fratres dicti Aunchovarii in Ecclia Dürrenchalbach, cujus jus patronatus ad nos dinoscitur pertinere, jus advocatia sibi usurpare volentes nobiscum contendebant de eodem, post diversas Controversias super hmoi jure hinc inde habitas, iidem Aunchovarii cesserunt omni liti, juri seu actioni, que eis in predicta advocatia competebant, vel competere videbantur; nos vero in recompensationem ejusdem cessionis dictam advocatiam predictis Aunchovariis jure precario contulimus ad ipsorum trium vite tempora possidenda tantummodo et non ultra, Tandem vir discretus Albertus sacerdos dictus Spehtreinaer, Rector Ecclie memorate in remedium anime sue volens nichilominus sibi et suis Successoribus in eadem Ecclia quietis et tranquillitatis commoda preparare, prefatum jus precarium sepe dicte advocatie pro 28 tt. denar. Ratispon. redemit et absolvit a tribus Aunchovariis prenotatis, et nos recepta ab eisdem Aunchovariis libera et voluntaria resignatione antedicte advocatie ad manus nras, quam pro se fecerunt et suis heredibus ac posteris universis, et considerata devotione dicti Alberti, eandem advocatiam cum omni jure suo donavimus, tradidimus et assignavimus predicte Ecclie Dürrenchalbach de Consensu et Voluntate totius nostri Capituli in hunc modum, quod nec per nos, nec per aliquem Successorum nrorum ab eadem Ecclia de eetero resumii valeat, nec ad alias personas per quemcunque collationis modum vel alienationis titulum transferri debeat in futurum, nec etiam nos vel Successores nri pretextu advocatie predicte quicquam de predicta Ecclia in posterum requirere, vel aliquid oneris eidem imponere debeamus. In cujus rei testimonium et evidentiam plenioram presentem litteram sibi dedimus, Sigillorum, nri videlicet et Capituli nri robore communitam. Datum Ratispone anno dni 1291. VI. Kal. Junii.

*Duo Sigilla illaesa adpendent.*

**Num. DCLXXIII. 1291. 15. Jun. Ex Originali.**

Recognitio, quod Castra Reinsperg et Erneck spectent ad Ecclesiam Ratisbon.

Wir Albrecht von Gotes genaden Hertzog von Osterreich und von Steyr, Herre von Chrain, von der March und von Portenawe verjehen und tun chunt allen den, di disen brief sehent oder hörent lesen, daz wir dez berichtet sein von erbern Leuten, daz daz hous ze Reinsperch und daz hous ze Ernekke, und alles, daz zu denselben höusern gehört, sei der Stift und des Goteshouses von Regenspurch, und daz wir damit nicht ze schaffen haben; und zu einem Urchunde diser Offenunge geben wir disen brief mit unserm Insigel versigelt. Diser brief ist gegeben ze Haimburch des Vreitages in der Pfingstwochen, da man zalt von Christes Geburt 1291 Jar.

*Sigillum equestre adpendet.*

**Num. DCLXXIV. 1292. 31. Maii. Ex Originali:**

Concordia seu Compositio facta per Epum Ratisbon. et Ducem Bav. inter Hohenfelsarium,  
Pärbingarium et Drauhbeckium.

Wir Bischof H einrich von Regenspurch, und Ott, Pfallentzgraf von dem Rein, herzog ze Baiern tun allen chunt, di disen Brief ansehent oder hörent lesen, daz wir den Hohenfelser, Paldwin von Pärbing, und Ekperthen von Drauhpach also verricht haben, umb allen den Gebresten und schaden, der zwischen in ergangen ist untz auf den Tag heut. Wir wellen, daz der Hohenvelser mit unser beider Leuten nicht ze schaffen hab, denn lieb und gut; wirt aber dem Hochenvelser von den unsern iht zegefügt, daz sol er uns chunt tun, und sol einen Tag darüber fodern, und suln wir im Minn und Recht tun in 4 Wochen; uns irre denn sogetan Geschäft, daz wir sin nicht getun mögen, so suln wir on gevärd ze hant darnach tun: überfür aber daz der Hohenfelser, so sol er um unser des Bischofs sach varn gein Hohenburch oder gein Teispach, um unser dez herzogen Otten sach gein Strubing oder gein Lantshut, swelche stat wir im auz den 4 Steten benennen, und nicht enkommen auz den Steten und Märchten, untz er gebezzet nach 4 Mann Rat umb unser dez Bischofs schaden hrn. Chunrat von Luppurch den Tumprobst, und hrn. Ulr. von Abensperch, also ob ez an daz recht geent

wert, daz wir einen andern nemmen an dez Turmprobst stat, um unsern des Herzog Otten schaden Heinr. von Ernvcls und Fridr. von Raitenbuch; werd ez aber an daz Recht geent, und ez di vier nicht verrichten möchten, so sol der Tumprobst einen andern dazu gehen und suln di 5 denn daz Recht darüber sprechen. Wär aber, daz der Hohenvclser daz überfür, so suln wir baid auf in peholffen sein, und habent uns sein Vreunt gelobt, daz si uns auch auf in peholffen suln sein, und dem Hohenvclser weder helfen noch raten, daz ist Graf Al. von Hals, ped Ernvclser, 2 Schenken, hr. Ulrich der Truchsätz, hr. Alb. von Straubing. Wär aber, daz Jeman auz der unsern dem Hohenvclser oder den seinen dheinen schaden an Recht tät, auf denselben suln wir dem Hohenvclser peholffen sein und suln im von dem dez Rechtes helfen: Ez ist auch Paldwein von Pärbing dez Hohenvclfers Vreunt worden ze durchslächt umb allen den schaden, den er im und den seinen datz Pärbing oder anderswo hat getan untz auf den Tag heut, di er mit Tür und mit Tor beslozzen hat für sich, für seiner sun, und für all sein Vreunt und dinär. Der Hohenvclser ist auch dez Drauhpeken Vreunt worden für sich, sin Vreunt, für sin Prüder und all sin Dinär und Leut umb alle di Getat, di zwischen in geschehen ist untz auf disen Tag heut umb den Totslag, der an dem Nollenperger ergangen ist: da sol ez auch Frid umb sein von dem ehesten Sunnwenttag über ein Jar. Swer aber auz in gegen den ändern iht aufhebt oder zeschaffen hat an des Recht allain, auf den suln wir peholffen sin, und sol derselb von unsern hulden gesundert sin. Ez sol auch diser brief der vodern Hantvest unschedlich sein, di der Hohenvclser uns Bischofen Heinrichen gegeben hat, und sol si pehalten an allen Artickeln und Puncten, di an derselben Hantvest verschriben sint. Daz auch ditz allez stät peleib nnd pehalten werd, haben wir disen brief versigelt mit unser pailer Insigel der vorgenannten, dez Hohenvclfers, Paldweins von Pärbing, und dez Drauhpeken. Diser Brief ist gegeben, da von Cristes Geburt waren 1292 Jar, dez Samtztags in der Pfingstwochen.

*Tria Sigilla adpendent; Sigillum Chunradi de Holenvcls eat equestre.*

**Num. DCLXXV. 1292. 21. Aug. Ex Originali:**

Traditio feudorum facta ab Habordo de Sünching Eccliae Ratisbon. in recompensam.

Ego Habordus de Sünching presentibus profiteor, quod cum Viris religiosis, Eberharde Commendatori et fratribus sci Leonhardi Ratispon. ordinis hospital. sci Johannis Bapt. Jerosolimitani pro quinquaginta libris den. Rat. vendidissem duas partes decimarum majorum et minutarum in Villa Ekkolfing, et eas Reverendus pater et dnus; meus Heinricus venerabilis Epus Ratispon. a quo easdem decimas possedi titulo feodali, de Consensu et beneplacito Capituli Ratispon. jure proprietatis donatione libera eisdem fratribus tradidisset, sicut in alio Instrumente super hoc confecto plenius continetur, ego in recompensationem donationis hmoi has possessiones cum omnibus suis juribus et pertinentiis, solventes annis singulis redditus infra scriptos, videlicet hubam in Eglolfsheim solventem tres scaffas tritici et 5. solidos denar. Item aliam hubam in Laberweimpting solventem 6. scaffas bladi et 40 den. Item unum predium in Sünching solvens tres scaffas silig. quas quidem possessiones proprietatis titulo possederam ab antiquo, dno meo predicto et Ratispon. Ecclie tradidi, et in perpetuam proprietatem suam et suorum Successorum transtuli e eonverso, sic quod easdem ego et heredes mei debeam ab eodem dno meo Epo et Ecclia Ratispon. nomine feodi de cetero possidere. In cujus rei testimonium presentem litteram tradidi Sigilli mei munimine communitam. Datum Ratispone anno dni 1292. XII. Kal Septembris.

*Sigillum equestre integrum adpendet.*

**Num. DCLXXVI. 1292. 18. Dec. Ex Originali:**

Traditio feudorum facta Eccliae Ratisbon. in recompensam a Conrado Paulstorfer.

Universis presentes litteras inspecturis, ego Chunradus Paulstorfarius cupio esse notum, quod cum silvam dictam Erlach sitam prope Swainkendorf cum omnibus suis juribus et .pertinenciis, quam a Ratisponen. Ecclia tenebam titulo feodali, priorisse et conventui in Pettendorf pro quadam summa pecunie vendidissem, et venerabilis pater dnus Heinricus Ratispon. Epus eandem silvam ad instantiam ipsius Conventus et meam donasset, tradidisset et assignasset eidem Ecclie in Pettendorf jure proprietatis perpetuo possidendam, ne ex



donacione hmoi conditio seu status predictae Ratispon. Ecclesie vergeret in deterius, sed potius in melius mutaretur, duas Curias villicales in Türsenreut cum silva eisdem Curis adtinente, et alias duas villicales Curias in Chnelling, que michi jure proprietatis adtinebant, predicto dno Epo pro me et heredibus meis assignavi et eis cessi absolute et precise, donando et tradendo eas cum omnibus eorum juribus et pertinentiis Ratispon. Ecclesie supradicte, et in jus perpetuum ac dominium ejusdem Ecclesie transferendo proprietatem, que mihi competiit in eisdem: idem autem dnus post hmoi cessionem ac donationem, nec non remunerationem pro me, ut premissum est, et heredibus meis factam, easdem Curias michi contulit jure feodi in posterum possidendas. In ejus rei testimonium presentem dedi litteram Sigilli mei robore communitam. Scriptum et actum Ratispone ac datum anno dni 1292. XV. Kal. Januarii.

*Sigillum illaesum adpendet.*

**Num. DCLXXVII. 1292. 26. Dec. Ex Originali:**

Contractus super 30 libris denar. Ratisbon. cum Hiltwino decano in Eglolfsheim.

Nos Heinricus dei gra Ratispon. Epus presentibus litteris profitemur, quod receptis a Viro discreto Hiltwino decano in Eglolfsheim 30 tt. denar. Ratispon. in utilitatem nre Ecclesie universis pariter et expensis, locavimus et assignavimus eidem de Consensu Capituli nri ac juratorum nostrorum duas hubas in Eglolfsheim, quas colit et coluit hactenus Ulricus auf dem Steinpühel, solventes anno quolibet cujuslibet bladi sedecim scaffas, preter duas scaffas, que Luchoni Civi Ratisponensi sunt ante dies aliquot deputate, que quidem due scaffae eidem de hubis aliis refundentur, possidendas et habendas cum omnibus fructibus et utilitatibus, que proveniunt de eisdem, ita tamen, ut quolibet anno fructus seu annonam ipsarum secundum venditionis illius tempus, scilicet in festo beati Martini cursum seu quantitatem nobis in predictis triginta libris debeat defalcare, et si in morte ipsius infra 20 libras denariorum ei adhuc de predicta pecunia remanserimus debitores, id quod tunc residuum fuerit, si intestatus decesserit, nostro Ratisponensi Capitulo remanebit, et nos vel Successor noster, qui pro tempore fuerit, ipsi Capitulo de hoc tenebimur ad solvendum. In cuius rei testimonium presentem litte-

ram sibi dedimus Sigillorum, nri videlicet et Capituli nri robore communitam. Datum Ratispone anno dni 1292. in die sci Stephani prothomartiris.

*Duo Sigilla illaesa adpendent.*

**Num. DCLXXVIII. 1293. 30. Maii. Ex Originali:**

Arbitrament des Regensburger Bischofes Heinrich, und des Grafen von Hirsperch, über das Hofgesind der niederbaierischen Fürsten, und über dessen Bestrafung bey grössern Verbrechen.

Wir Heinrich von Gotes genaden Bischof ze Regenspurch, und Graf Gebhart von Hirzperch tun allen den chunt, di disen Brief sehent oder hörent lesen, daz wir durch di lieb und durch di Treue, di wir gein Herzog Otten und gein sinen Bruder Hrn. Ludweigen und Hrn. Stephan, und auch gein dem lande haben, mit ir Gunst und mit ir willen, den si uns beide in unser hende in Aides weis gegeben habent, mit ir besundern Rates rat dise Satz gesetzt haben, di hernach geschriben stent, als si uns gantzen gewalt darüber gegeben habent, und sich von sand Marteinstag, der nu schirst chumt, untz über ein Jar, und auch ir Lantherren, Graven, Freyen, Dinstmann und ander edel Läut, swi si geheizzen sint, mit sampt in mit ir Aiden und uns gebunden habent. Des ersten durch des Hoves zucht setzen wir also, daz Graven, Freye und Dinstmann sich selben und allez Lantvolch von dem Hof geschaiden habent, also, daz si nicht Hofgesinde mer heizzent. Swer aber darüber ze Hof wil sin, der sol in sin selbes Chosten sin. Wär aber, daz der Herzog Ott einen oder mer zu im vodert, dem sol man geben darnach, als im gesetzt ist. Es suln auch di herren alle drei Nieman ze gesinde, noch ze Amptläuten haben noch nemen, dann di in gesetzt sint, als an dem brief begriffen und geschriben ist, der darüber nach ires Rates rat gegeben ist, und suln di ändern alle absin, und daheim sin, ez sei dann, daz der Herzog Ott besonderlich nach in sende. Es sol auch dhein laufender Chnecht in dem Hof sin, oder man sneidet im diOrn ab, und swer in darüber behalt, der sol mit sampt im Urlaub haben. Ez sol auch besonderlich datz Lantshut, datz Straubing, und datz Purchausen, da der Herzog allermeist wonen sol, mit dem Hof jederman sin selbs Chost haben, on daz gesetzt Hofgesind, und sol an den Stetten anders Nieman ze hof ez-

zen, swi er genannt si. Wil aber der Herzog anderswo in dem Lande reiten umb sin Geschäft, swen er dann auz sinem Rat zu im vodert durch di Chonschaft an der Gegend, der sol bi im sin, und anders Nieman, und sol man auch dem geben nach dez Hofes satze. Ez suln auch 2 Räte stätiglich 14 Tag daz Hof sin, jeder Ratgeb mit 5 pfärften, und sol man di an Chost besehen nach des Hofes Satze, und suln di alle Wochen di Raitung hören mit dem obristen Schreiber und mit dem hofmaister, oder swer dann an ir stat ist, und sol man auch dem gesatzten Gesinde an Futer und an Slafrinchen in der mazze wol tun, daz man ander pfantles damit übrich werde. Geschäh aber, daz jeman ein Unzuht (Ungebühr) in dem Hof tat, so sol ein Todslag wider den ändern sin, und sol sich der Herzog dez Gutez alles underwinden, und ein lem wider di andern. Wär aber, daz er hin entrünne, der di Lem getan hat, so sol aber daz Gut allez den Herzogen angevallen. Swer aber den andern wundet, dem sol man di hant abslahen, ob er begriffen wirt; chümt aber er hin, so sol sin Gut verloren sin, und sol er nimermer in daz Lant chomen. Umb Maulslag sol man di hant abslahen, umb Scheltwort und umb ander Unzuht sol man si in di Turn legen. Choment aber si geflohen in einez Ratgeb n hauz, so sol man si umb einen Todslag, um ein Lem, und umb ein Wunden oder um einen Maulslah herauz antwurten dem Herzogen oder sinem Marschalch, und sol man hintz in richten, alz recht ist. Aber umb di Scheltwort sol man si nicht herauzantwurten, si suln aber unvermeidlichen den Hof raumen umb diselben Unzuht. Ez suln sich auch di Sätze ze hant anheben an dem nähsten Pfintztag nach sand Erasmentag, und daz di Sätz alle also stät und unzerbrochen beleiben, darüber haben wir beide disen brief ze einem Urchund gegeben, versigelt mit unser beider Insigel, und habent auch Herzog Ott und sin Brüder beide darzu ir Insigel mit samt uns an disen Brief geleit, und ist daz geschehen datz Vilshoven, do von Christes Geburt waren 1293 Jar, dez nähsten Samptztages vor sand Erasmen tag.

*Tria Sigilla appendent, Sigillis ducum Lud. et Stephani avulsis.*

**Num. DCLXXIX. 1293. 12. Junii.**

Universus clerus Civitatis Ratispon. ad conservandum statum libertatis antiquae et immunitatis ecclesiasticae se quoad petitionem, per quam a Civibus Ratispon

ad exactiones extraordinarias urgeri seu compelli timet, ad mutuuum auxilium obligat, ac circa hoc negotium speciales constituit procuratores. Actum Ratisponae anno Domini 1293. pridie Idus Junii.  
*Sigilla 14 illaesa adpendent. Hundii Metrop. I. 177. Edit. Ratisbon.*

**Num. DCLXXX. 1293. 6. Julii. Ex Originali:**

Communicatio honorum operum Epo Ratisbon. Henrico facta ab universo Ordine Praemonstratens.  
 Reverendo in Xpo patri ac domino carissimo, domino Heinrico, dei gratia venerabili Epo Ratisponensi frater Guillerinus ejusdem patientia Premonstraten. Abbas salutem cum devotis orationibus paratam ad sua beneplacita voluntatem. Licet divina providentia, que in sui dispositione non fallitur, vos ex hominibus assumptum apud homines constitutum offertis dona et sacrificia pro peccatis, tamen prudentia non carnis, sed spiritus, que in vobis, prout ex vestra benignitate perpendimus, locum specialem obtinens ad annuendum precibus vestris, que solis humilitatis viribus innituntur, nos invitat, et quidem instantius orare debemus pro illis, licet pro peccatis nostris nequaquam sufficimus, qui nos et nostrum Ordinem in visceribus caritatis amplectuntur, de quorum numero vos precipuum reputamus. Hinc est, quod vestris precibus humiliter inclinati, licet a vobis petere deberemus, quod a nobis dignemini postulare, vestre Reverende paternitati presentem participationem orationum et omnium bonorum spiritualium, que fiunt et de cetero fient in universo ordine nostro, benigna concedimus in dno caritate, addentes de gratia speciali, quod cum vestri obitus dies nostro innotuerit Capitulo generali, sub presentium testimonio litterarum, tantum fiet pro vobis in missis, vigiliis, orationibus, et in psalmis, quantum pro uno ex nostris fratribus consuevit fieri, cum decedit. Recolligimus vos insuper in tribus missis, una videlicet de Spiritu sancto, secunda de beata Virgine, et tertia pro peccatis celebrandis hoc anno a quolibet nostri Ordinis Sacerdote cum totidem psalteriis dicendis ab hiis, qui non fuerint Sacerdotes, quatinus ante oculos conditoris vestri devotionis sacrificium sit acceptum et per orationes fidelium mittat vobis dominus auxilium de Sancto, et de Syon vos tueri dignetur, amen.  
 Datum anno dni 1293, pridie Nonas Julii.

*Sigillum abbatis laesum adpendet.*

**Num. DCLXXXI. 1293. 26. Aug. Ex Originali.**

Verboth, ein Jahr hindurch in Baiern Bier zu brauen.

Wir Ludewich und Ott Herzogen ze Baiern von Gotes gnaden verjehen und tun allen den chunt, di disen brief ansehent oder hörent lesen, daz wir mit unsers liben Herren des Bischof Heinrichs von Regenspurch, des Grafen Gebharts von Hirsperg unsers liben Oheims, und unsers Rates Rat uns mit einander vereint haben und ze Rat worden sin, daz Nieman über al unser Lant ze Baiern dhein Pier briwen sol, weder altez noch niuz malz, weder in Steten, noch in Märchten, noch anderswo hiuer ditz Jar, unverzigen doch der Priwenrechtes ze Regenspurch, es si denn ein Wirt, der in sinem Haus Pier trinchen well und nicht verkaufen. Swer aber daz übergieng, der sol von dem Schaff 1 tt. dl. geben, dez sol man im nichts nit lassen; wär aber er ein gwaltich Mann, der ez verchauffet, der sol 2 tt. schuldich sein dem Gericht, und swer es von im chauffet, der sol je ein tt. geben. Datz auch ditz also stät beleib von sand Michelstag, der nu nächst chumt, über ein Jar, haben wir disen brief mit des vorgenannten Bischofs, mit unser paider, und mit des vorgenannten unsers Oheims Insigeln versigelt, und gegeben ze Regenspurch, do von Christes Geburt waren 1293. Jar, am nächsten Mitich vor St. Gylintag.

*Quatuor Sigilla adpendent.*

**Num. DCLXXXII. 1293. 28. Sept. Ex Originali:**

Compositio inter Ministeriales et Servos Epi Ratisbon. ac inter Ministeriales et Servos Ducum inferioris Bavariae ab Henrico Epo Ratisbon, et Duce Ottone facta.

Wir Heinrich von Gotes gnaden Bischof ze Regenspurch, und wir Ott von denselben gnaden Pfallentzgrav ze Reyn und Herzog ze Beirn tun allen den chunt, di disen brief ansehent oder hörent lesen, daz Chunrat von Hohenvels unser Diner für sich und sin Freunt, sin Diner und sin Helfer, swi si genannt sint, ein halben, und anderthalben Ulrich der Druchsætz von Ekkenmüll, Chunrat von Sattelbogen, Ekpreht der Drauchpekch, und Ulrich von Pesing für sich und ir Friunt, Diner und Helfer, swi si auch genannt sin, umb allen den Chriech, und Getat, und schaden, swi si geschehen sint zwischen in, untz an den heutigen Tag, lazzen habent gäntzli-

chen an di Schidleut, die hinnach genennt sint. Der Hohenvelser hat genommen dise drei: den Graven Albrecht von Hals, Heinrichen von Ernvels, Albrechten den Vitztum von Strubing; der Druchsaezt und sin Gesellen haben genommen irenthalben di 3. Ulrichen von Abensperch, Chunraten von Preising, Chunraten von Swarzenburch, und darüber haben paide Tail mit gemeiner Chür uns paid ze Uebermann genommen an eines Mannes stat, und so schaiden wir paid mit dem Gewalt, den si uns über sich gegeben habent an disen sächen, mit der vorgenannten sechs rat und willen, daz der Teil peide umb all getat, prant, raub, und allen schaden, swi er genannt oder geschehen ist untz an den heutigen Tag, on swaz hinnach an disem brif ist auzgenommen, gut Friunt fürbaz immer sin, und dhein Ansprach darumb fürbaz haben gegen einander, und jetweder Teil ergetz di seinen alles Schadens, und ob des nicht gesehen von des Hohenvelsers wegen, so sol er dem andern Teil ablegen allen den schaden, der davon geschieht von sinen Dinern, Friunten und Helfern. Dazselb tut auch der Druchsaezt und der Satelpoger, der Drauchbekche und der Pesinger, ob dhein schad davon geschäh dem Hohenvelser, oder sinen Friunten, Dinern oder Helfern von iren Dinern, Friunten oder Helfern. Wir Bischof Heinrich nemen auch auz der schidung den schaden, der da geschehen ist an der Chirchen von Neuenchirchen, wan uns emalen darumb gelobt ist, daz den schaden der Druchsaezt, der Satelpoger, und swer daran schuldich ist, suln pezzern nach unserm rat und puzz darumb laisten. Wir schaiden auch, daz all gevangen, die in pürgschaft sein, oder sust gevangen, oder in gelübd oder in pfantung, alles dinges on schaden jetwederthalben ledich sein, swaz auch ansprach ein Teil hintz dem andern hat umb gült oder umb porgschaft, da sol ez daz recht umb suchen und nemen vor Albrechten dem Vitztum, und swer daz überfür oder darumb pfant daz ander Teil, der sol gevallen von allem dem recht, daz er an derselben Chlag oder Ansprach het oder gehalten moht, und sol daz geschehen hin umb sand Marteinstag, wir lengen ez dann mit unserm gewalt. Wir scheiden auch, daz Ulrich der Pesinger gäntzlich dez Hohenvelsers Huld hab, also daz er im nimmermer daz ze dheimem Uebel oder ze dheimem schaden aufgeheb, swaz er ze disen Ziten wider in getan hat, und sol auch der Hohenvelser dem Pesinger und den sinen ihre Lehen gnädichlichen leihen, und sol auch der Pesinger dem Hohenvelser dinen, alz er ze recht sol, und der Hohenvelser mag lösen den zehenten datz Cell, ze welcher Zit er

well in jedem Jar von dem Pesinger umb 60 tt. R. dl. als vil, ob er gesniten wär, so sol der nutz demselben Jars dem Pesinger beleiben, untz in der Hohenvelser gelöset umb di vorgenannten pfenning. Ez sol auch der Hohenvelser daz endlich schaffen, daz der Vihtär und sin Chnecht von dem Pesinger und sinen Chnechten daz recht nem umb di Chlag, daz er git, daz er sinen Vater von im verloren hab, und wolt auch er im di recht ze hert machen, so sol an uns paiden diselb Chlag alles dingest, und suln wir si verrichten. Si habent auch paidenthalben gesworn vor uns, di Sün und allez, daz hie vorgenannt ist, stät ze behalten, und swer darüber für, dem suln wir Bischof Heinrich und wir Herzog Ott und unser prüder danach in 2 Jarn nicht weder leihen noch geben, und auch dem andern Teil beholfen sein. Daz auch daz allez stät beleib, haben wir disen brief gegeben datz Regenspurch und versigelt mit unser paider Insigeln, do von Christes Geburt waren 1293 Jar, an sant Michels Abent.

*Duo Sigilla Epi Henrici, et Ducis Ottonis integra appendent.*

**Num. DCLXXXIII. 1294. 20. Jan. Ex Originali:**

Verzichtleistung des Torers auf die zum Hochstift eingelösten. 2 Höfe zu Neuching etc.

Ich Eberhart von dem Tor, und min Husfrow Gerdrut tun allem den chunt, die disen brief lesent oder hörent lesen, daz unser lieber herr, Bischof Hainrich von Regensburch von uns gelöset hat zwen höf ze Niuching, (Neuching, nach Hohenburg am Inn gehörig,) drev Hof ze Rampsau, und zween Aenger, und ze Weidach ein Hub; daz daz sicherlichen fri si und ledich von uns und von unsern erben für all ansprache, darumb geben wir im disen brief versigelt mit unserm Insigel, und des sint ouch geziug: hr. Gerunch der Pfarrer von Chirchdorf, Chunrat der jung Wildenwarter, Nicolaus der Rordorfer, Hainrich Pütreich, und der Chamerer von Udelmansau. Daz ist geschehen, da von Christes geburt waren 1294. Jar, an sand Fabianes, und sand Sebastianestag.

*Sigillum est avulsum.*

**Num. DCLXXXIV. 1294. 26. Jan. Ex Diplomatario:**

Infeudatio Conradi militis dicti Feuer cum bonis in Essenbach.

Wir Bischof Heinrich von Regenspurch verjehen offenbar an disem brief, daz wir nach dez bescheiden Ritters hrn. Chunrad des Feuers, dez herzogen Otten Hofmaisters in Baiernlant Pett uns geneigt haben mit guter Gunst und Willen, und im di Güter datz Essenpach ze rehtem Lehen gelihen haben von uns und von unsers Goteshaus wegen, zwo hub und di zehenden auz 14 Huben, besucht und unbesucht, und ein besondere Gült 12 Mutt Waitzes Stauffer Mazzes, der haizzet Vogtwaiz. Auf denselben Gütern haben wir Frowen Gertrauden seiner Hansfrowen, ob si in überlebt, bestätigt 100 tt. R. dl. daz si darauf haben und niezen schol nach ir Nothbedurft; darüber haben wir ir ze ainem Urchund gegeben disen brief versigelt under unserm Insigel, und sint dez Geziuge: Herzog Ott in Baierlant, Meister Chunrat der Techant von Regenspurch, hr. Albrecht der Chorherr daselb, Meister Eberhart der Erzpriester von Regenspurch und ander edel Läut, Grat Albert von Halse, Hr. Ulreich von Abensperch, Graf Pernger von Lenberch, Ch. von Preising, Ulr. der Upfchovär unser hofmaister, Chunr. der Chärgel, Pert. der Aertelcholär, und ander Geziugen genunch, di dapei sint gewesen, und ist geschehen ze Landeshut, do von Christes Gepurt waren 1294 Jar an dem nähsten Tag nach St Paulstag des Cherärs.

**Num. DCLXXXV. 1294. 17. Februarii:**

Henricus Epus Ratispon. permutat cum Reinbotone Epo Eystettensi oppidum Spalt, advocatiam villarum in Berbach, Nassingen et Thustingerdorf cum villis Mosbach et Weingarten, (excepta tamen praepositura, praebendis et Ecclesia collegiata in Spalt,) et ab Ecclesia Eystettensi recipit villam Fünfstett oppido Wemdingen vicinam. Actum et datum in Fürstenfeld anno Domini 1294. XIII.

Kalend. Martii.

*Falkenstein Codex diplomat. antiquitatum Nordgav. fol 95.*



**Num. DCLXXXVI. 1294. 19. Febr. Ex Originali:**

Zeugniss, dass der Torrer auf die zum Hochstift eingelösten Güter für immer Verzicht leiste. Wir Rudolf von Gotes gnaden pfallentzgraf von dem Rein, Hertzog ze Beiern tun chunt allen den, di disen brief sehent oder hörent lesen, daz wir nach der Beth Eberharts von dem Tor und siner Hausfrowen, frauen Gerdrauten des verjehen und Urchund geben, daz unser liber Herre Bischöfe Heinrich von Regenspurch zwen \_Höf ze Neuching, 3 höf ze Ramssow, und zwen Aenger und ein hüb ze Weidach, daz Gut allez zusamm in und ir erben von dem vorgenannten herren und sinem Gotshaus ze Regenspurch stund für 150 tt. R. dl. von demselben Eberhart und siner Hausfrowen und aller irer Afterchunft für all Ansprach umb diselben pfenning alles dinges geledigt und gelöst hat, und in di pfemiing bereit geantwurt hat. Wann aber di vorgenannten Eberhart und sin Hausfrow ze diser Zit dheimen brief, noch dheim hantvest, di über sotanen gewerft dem Stäringer oder im selben darüber gegeben wären, in ir gewalt nicht finden mehten, darumb habent si endlich gelobt, ob si fürbaz , so taner brief, oder swaz auf di sache ge, in ir gewalt iht finden oder anderswo ankomen mügen, daz si di lediglich on all wider red dem vorgenannten Bischof, oder sinem Nachchunften suln wider antwurten, also, swenn si di befindent; und wellent auch, daz diselben brief dheim chraft fürbaz suln haben. Daz aber daz also stät beleib, darumb geben wir dem vorgenannten Bischof und sinem Gotshaus, als auch uns di vorgenannten Eberhart der Torär, und sin hausfrow fleizziglich gebeten habent, di hantvest darüber versigelt mit unserm Insigel und sint dez Geziug: hr. Gerunch der pfarrär von Chirchdorf, Chunrad der jung Wildenwarter, Niklas der Rordorfer, Heinrich Pütrich und der Chamerär von Udalmansow. Daz ist geschehen, do von Cristes Geburt waren 1294 Jar, dez nächsten Freitags vor sand Mathiastag datz München in der Stat.

*Sigillum est avulsum.*

**Num. DCLXXXVII. 1294. 2. April. Ex Originali.**

Donatio Reinoldi de Eia Vinearum suarum circa Wisent ad Ecclesias Ratisbon. et Pondorf.

Ego Reinoldus miles, dictus de Eya tenore presentium protestor et profiteor, quod ego proprietatem duarum Vinearum mearum circa Wisent sitarum do, assigno et trado, ita, quod majorem ex illis ac meliorem Eccle Ratispon. seu Epo, qui pro tempore fuerit, minorem vero parochiali Eccle in Pondorf libere et sine qualibet contradictione possidendam, proventu seu usufructu dictarum Vinearum mihi reservato ad tempora solummodo mee vite, me autem quodcumque dno vocante de medio sublato volo et ex nunc ordino irrevocabiliter, ut promissio mea Eccliis memoratis pleno jure cum omnibus suis usibus et utilitatibus deserviant, attineant Vinee supradicte. In cujus rei testimonium presentem litteram conscribi feci, mei Sigilli munimine roboratam. Datum Ratispone anno dni 1294. IIII. Nonas April.

*Sigillum adpendet.*

**Num. DCLXXXVIII. 1294. 8. April. Ex Originali:**

Venditio hubae in Ekkolving ac Curiae in Hartheim Parthenoni S. Clarae Ratisbon. facta, adjecta reemptionis facultate.

Nos Haedwigis dei gra abbatissa, totusque Conventus sororum b. Marie Magdalene Civitatis Ratispon Ordinis sce Clare tenore presencium profiteamur, quod cum Henricus Straubingerius Civis Ratispon. unam hubam in Ekkolfing, et Frumoldus unam Curiam in Hartheim, que bona iidem a reverendo patre et dno nro Henrico Ratispon. Epo tenuerunt titulo feudali, ad manus ipsius pro centum et triginta libris denar. Ratispon. libere assignassent, idemque dnus noster Epus eandem pecuniam ad presens non haberet in promptu, ipse de Consensu venerab. Capituli Ratispon. dictam Curiam et hubam cum omnibus suis juribus et utilitatibus pro eisdem 130 tt. denar. Rat. numerate pecunie nobis seu nro monasterio vendidit et assignavit tali Conditione adjecta, ut memoratas Curiam et hubam prefatus dnus noster Epus seu Successor ejus, qui pro tempore fuerit, quodcumque aut quocumque anni tempore sibi visum fuerit expedire, reemendi a nobis pro dictis 130 tt. liberam habeat

facultatem, et tunc bona sepedicta cum omnibus suis juribus et utilitatibus ad Ratispon.

Eccliam sine Contradictione qualibet revertentur. In cuius rei testimonium presentem litteram conscribi fecimus, Sigillorum robore communitam. Datum et actum Ratispone anno dni 1294. VI. Idus Aprilis.

*Duo Sigilla abbae, et sui Convensus laesa adpendent.*

**Num. DCLXXXIX. 1294. 9. April. Ex Originali:**

Reversales Paldwini de Paerbing super Curia ibidem ab ipso empta.

Ego Paldwinus de Paerbing tenore presentium profiteor et protestor, quod Reverendus pater et dnus meus Heinricus venerab. Epus Ratispon. de Consensu venerab. Capituli ejusdem Ecclesie Curiam in Paerbing, quam olim Chunradus dictus Daum Civis Ratispon. ab ipso dno meo Epo tenuit in feodo, michi ac Gerdrudi mee uxori, nostrisque heredibus cum omnibus juribus et utilitatibus ejusdem Curie possidendam pro 70 tt. denar. Ratispon. numerate pecunie vendidit et assignavit, talibus conditionibus interjectis, quod dicto dno Epo seu Successori suo cuicumque a nobis seu quolibet nostrum tunc memoratam Curiam possidente liberum sit et liceat, eandem Curiam pro eisdem 70 tt. denar. Rat. reemere, quodocunque aut quocunque tempore anni sibi visum fuerit expedire, et tunc prefata Curia ad predictum dnum Epum seu Ratispon. Ecclesiam cum omnibus suis juribus et utilitatibus sine contradictione qualibet revertetur. In cuius rei testimonium presentem litteram sibi dedi, Sigilli mei robore communitam. H. r. t. sunt: dnus Chunradus dictus Lupurch prepositus Ecclie Ratispon. Albertus Vicednus archidiac. et Canonicus Ratispon. Habordus de Sünching, Ekkpertus de Drauhpach, Sighardus de Eglolfsheim et alii quam plures. Datum et actum Ratispone anno dni 1294. V. Idus Aprilis.

*Sigillum laesum appendet cum scuto Auerorum.*

**Num. DCXC. 1294. 27. Jun. Ex Originali:**

Feuda Eccliae Ratisbon. per triennium non concedantur in proprietates.

Nos Heinricus dei gra Ratisponen. Ecclie Epus tenore presentium constare volumus universis, quod cum nimia petentium im-

oportunitas nobis de feudis nris convertendis in perpetuas proprietates aliarum Ecclesiarum instantias multiplices faceret et diversas, que nobis dampnose nimium videbantur et nre Ecclesie onerose, de concordia et unanimi nri Capituli ordinavimus et deliberavimus Consilio seu assensu, quod a festo beati Georii nunc transacto nullam prorsus de feudis nris Epatui seu Ecclesie attinentibus, seu beneficiis Ecclesie donationem seu translationem in jus et proprietatem cujuscunque alterius domini aliquatenus faciemus per tres annos continue secuturus, nisi per extraneos nobiscum aliquas permutationes seu resignationes contingat fieri, per quas conditiones nre Ecclesie ad statum deduci noverimus meliorem. In cujus rei testimonium presentem scribi fecimus, Sigillorum, nri videlicet ac Capituli memorati robore communitam. Datum Ratispone anno dni 1294. V. Kal. Julii.

*Duo Sigilla Epi, et Capli illaesa appendent.*

**Num. DCXCI. 1294. 13. Nov. Ex Originali:**

Oppignoratio Judicii et advocatiae in Velden facta per Duces Bay. Ecclesiae Ratisbonensi.

Nos Otto, Lodwicus et Stephanus dei gra Palat Comites Reni, Duces Bawarie presentibus profiteamur, quod receptis a ven. patre et dno nro Heinrico Ratisponen. Epo trecentis libris denar. Ratispon. quas nobis dedit et assignavit in pecunia numerata, sibi et Ecclesie sue de communi Consensu Judicium et advocatiam, que nobis competunt quoad Judicium sanguinis duntaxat, que sunt homicidium, furtum et coitus violentus, et que ad nos in hominibus, bonis, possessionibus et juribus in prediis Velden a progenitoribus nris dinoscimur usque ad hec tempora devoluta, dedimus et titulo pignoris assignavimus in hunc modum, quod predictum judicium et advocatiam in Velden cum omnibus obventionibus et utilitatibus suprascriptis, prescriptis, quesitis et inquirendis absque omni detrimento tam diu tenere debeat, et libere ac integraliter possidere, donec sibi et Ecclesie sue per nos vel heredes nros, si quos processu temporis habuerimus dno disponente, de predictarum trecentarum librarum debito plenarie satisfiat, maxime cum predictum judicium et advocatiam a prefato dno nro Ratisponen. Epo, suaque Ecclesia nri progenitores recognoverint, et etiam nos recognoscamus titulo feodi

possedissee. Quocunq; vero tempore absolverimus sepredictum iudicium cum advocatia et singulis iuribus prenotatis, ex tunc ad nos absque quovis impedimento irrefragabiliter revertetur. Ceterum cum in prediis et hominibus memorati dni Epi et subditorum suorum spectantibus ad Castrum Eberspeunt iudicium sanguinis, quod est homicidium, furtum et coitus violentus, ad nos pertineat, et nos titulo Venditionis ea plene transfuderimus in dnum Epum memoratum, volumus, quod ejusdem iudicii obventiones, utilitates et jura ac jurisdictiones ita colligere debeat et tenere, quod eadem sua faciat, et nullam nobis etiam post earundem obventionum, jurium ac Jurisdictionum reemptionem seu recuperationem teneatur facere rationem pro eisdem, vel exinde nobis vel heredibus nris quibuscunq; de jure vel de facto aliquatenus respondere, presertim cum jura predicta juxta estimationem congruam obventionum seu reddituum predictorum ipse dnos Epus nobis refuderit in hmoi pretio seu pecunia assignata, que pecunia seu pretium predictis trecentis libris datis nobis pro iudicio et advocatia in Velden taliter est inclusum, quod ipsis persolutis per nos vel heredes nros ipsum Iudiciuin, quod in hominibus et prediis nos respicit, ad Jus nrum infallibiliter revertetur: Protestatus est autem predictus dnos noster Epus, et nos eidem protestationi consensimus, quod predicto Contractu seu per solutionem seu reemptionem, ut predictum est, cessante, eidem dno Epo omnia jura sua, utilitates ac jurisdictiones in predictis prediis, Iudiciis et advocatiis et hominibus in Velden et Eberspeunt salva et integra remaneant, sicut ea tenuit temporibus retroactis. Cautum est insuper pacto speciali, quod predictae trecente libre debent assignari Ratispone dno Epo, vel in alio loco, ubicunq; duxerit acceptandum. In quorum omnium evidens testimonium atque robur presens Instrumentum sibi dedimus Sigilli nri, nec non prescriptorum fratrum nostrorum karissimorum Sigillorum robore communitum. Dat. et actum Ratispone 1294. in die Bricii.

*Tria Sigilla integra adpendent.*

*Das Sigel Herzog Ludwigs im rothen Wachs stellt dessen Portrait vor.*

**Num. DCXCII. 1294. 11. Dec. Ex Originali:**

Renuntiatio juris et actionis ad molendinum situm sub Castro Haus in Austria facta per Ottonem de Cincendorf Eccliae Ratisbon.

Ego Otto de Cincendorf presentium tenore confiteor et universis cupio esse notum intuentibus presens scriptum, quod cum ego probaverim legitime, tempore Venditionis facte per me viro discreto Friderico de Hausekk de molendino sito sub Castro Haus, intervenisse pactum inter me et Hausekkerium antedictum, quod ipso Hausekkerio sublato de medio idem molendinum ad me redire debeat, Reverendus pater et dnus meus, dnus Heinricus ven. Epus Ratispon. Ecclie michi pro me et liberis meis promisit et promittit pro se et Successoribus suis, quod michi vel ipsis liberis meis, me non superstite, pro eodem molendino, ipso de Hausekk viam universe Carnis ingresso, usque ad anni spatium 25 tt. denar. Ratispon. persolvat, et ego ex nunc cessi et renuntiavi ad manus predicti dni mei Epi sibi, pro se et ipsa Ecclia sua recipientibus jus, quod michi in molendino cum suis pertinentiis competiit memoratis, cum ab eo et predicta Ecclia sua in feodum tenuerimus prelibatum molendinum, ita, quod sibi et sue Ecclie et Successoribus suis deinceps in perpetuum debeat remanere. In cujus rei testimonium presentem litteram predicto dno meo Epo dedi Sigilli mei robore communitam. Datum in Pechlarn anno dni 1294. III Idus Decembris.

*Sigillum adpendet.*

**Num. DCXCIII. 1294. 12. Dec. Ex Originali:**

Donatio inter vivos omnium possessionum in Grösten et Hauseck facta a Friderico de Hauseck Ecclesiae Ratisbon.

Ego Fridericus dictus de Hausekk tenore presentium confiteor et constare cupio universis, quod cum turrim in Villa Grösten positam seu exstructam super cellarium quondam Nördwini ,militis, et omnia alia, que ibidem et in Hausekk habui in bonis, possessionibus, agris, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, venationibus, piscationibus, viis, inviis, quesitis et inquirendis, cultis et incultis, cum omnibus pertinentiis suis, tam in bonis, quam hominibus, cujuscunque conditionis seu Status fuerint, juribus, jurisdictionibus et utilitatibus seu

proventibus tenuerimus in feodo a Reverendo in Xpo patre et dno meo Heinrico venerab.  
Ratispon. Epo et sua Ecclia, volens anime mee saluti prospicere salubriter et deum retributorem omnium bonorum, et beatum Petrum apostolorum principem, patronum ejusdem Ratispon. Ecclie, affectans in omnibus premissis michi successorem instituere et heredem: Sanus mente et corpore, ad manus ejusdem dni mei Ratispon. Epi recipientis pro se et ipsa sua Ecclia dedi, cessi et resignavi libere ac voluntarie omnia supradicta, et etiam omnia alia, de quibus in locis predictis alios infeodaram, vel alii ante me infeodaverant, et donatione inter vivos transtuli in eosdem, videlicet dnum meum Epum et Eccliam memoratam, per ipsum dnum Epum et Successores suos, nec non dictam Ratispon. Eccliam perpetuo possidenda, suisque dominicalibus redditibus applicanda; homines etiam in eisdem locis michi quocunque servitutis genere adtinentes eisdem dno meo Epo et Ecclie sue dedi et do, donavi et dono, tradidi et trado jure, quo michi competierunt, cum posteritate sua habendes in perpetuum et tenendos. Econtra vero ipse dnus meus Epus, volens pie intentioni mee grata vicissitudine occurrere, fecit me et Elyzabeth uxorem meam dulcissimam participes omnium bonorum, missarum, vigiliarum, orationum et elemosinarum, que in ipsa Ecclia sua fiunt, et promisit, se procuraturum efficaciter, quod mei et ipsius uxoris mee in ipsa Ecclia sua tam in vita, quam post mortem memoria perpetua habeatur. Intendens insuper devotioni mee ampliori gratia respondere, omnium premissorum bonorum et hominum usumfructum salva rerum substantia concessit michi dumtaxat ad tempora vite mee, et deinde ad ipsum vel Successorem suum, suamque Eccliam sine difficultate qualibet revertentur; et in signum domini tam directi, quam utilis existentis apud eosdem Epum et Eccliam, predictus Epus retinuit sibi sui que Successoribus solutionem duodecim denariorum Wiennensium sibi per me, quoad vixero, census nomine anno quolibet faciendam, ad quam etiam me voluntarie obligo presentibus et astringo. Preterea idem dnus meus Epus volens in persona mea gratiam gratie cumulare, fecit, ordinavit et constituit michi solutionem quinquaginta librarum denariorum Wiennensium de redditibus suis in Austria in festo beati Martyni annis singulis, quoad vixero, faciendam, ad hoc se et Successores suos obligans et astringens, propter quod et ego, ut in aliquo rependerem sibi et ipsi Ecclie sue vicem, ei dedi centum quinquaginta libras denariorum Wiennensium in parata pecunia, in utilitatem ejusdem sue Ecclie convertendas. H. r. t, sunt: dnus Chun-

radüs venerab. decanus, Albertus et Eberhardus Canonici Ratispon. Eccle, et strenui milites, Fridericus de Perg, Hermannus de Wisent, Ulricus de Upfchoven Magr Curie ejusdem dni mei Epi, Otto de Lonsdorf affinis meus, Richerus dictus Wolfstein, et Götfridus Notarius meus. In eujus rei testimonium presentem litteram dedi Sigilli mei robore communitam. Datum et actum in Pechlarn, anno dni 1294. II. Idus Decembris.

*Sigillum ex rubra cera intcgrum adpendet.*

**Num. DCXCIV. 1294, 13. Dec. Ex Originali.**

Donatio Vini aut Census ex Vinea sita in der Aynode in Austria ad luminaria Ecclesiae in Pechlarn. Nos Heinricus dei gra Epus Ratispon. constare volumus universis presentia inspecturis, quod cum Heinricus nauta de Pechlarn pro se et Gysila uxore sua, nec non ipsorum heredibus quandam Vineam sitam in der Aynode trans danubium a Chunrado dicto Puchaer residente ibidem de voluntate et consensu Leukardis uxoris, nec non heredum ipsius Pucharii pro tribus libris et triginta denar. Wiennens. monete comparasset, eo videlicet jure, quod vulgariter Purchrecht dicitur, possidendam, sic, ut de predicta Vine aduas urnas australis Vini, seu equivalens in denariis pro habendis luminaribus in Ecclesia sci Petri in Pechlarn dictus Heinricus seu aliquarum predictarum personarum, quicumque tunc memoratam possederit Vineam, in omnem eventum annis singulis persolvere teneantur, Nos eundem contractum ad instantiam partium juxta modum et tenorem prescriptum ratum et gratum habemus, et presentis Scripti patrocínio duximus confirmandum. In cujus rei testimonium presentes dedimus Sigilli nri robore communitas. Dat. et actum in Pechlarn anno dni 1294. in die beate Lucie Virginis.

*Sigillum Epi adpendet.*

**Num. DCXCV. 1294. 14. Dec. Ex Originali:**

Communicatio fraternitatis Epo Henrico oblata a monasterio S. Hypoliti in Austria. Reverendo in Xpo patri ac dno Henrico venerabili Epo Ratisponen. Ecclesie Ekkardus dei gra prepositus, Al. decanus, totusque



Conventus Ecclesie sancti Ypolithi cum devotis obsequiis commune suffragium salutare. Exigente pie devotionis affectu, quem ad Ecclesiam nostram accepimus vos habere, petitioni vestre nobis oblate assensu favorabili occurrentes vestre paternitati concedimus plenariam fraternitatem et participationem vrgiliarum, missarum, orationum, jejuniorum, elemosinarum ac omnium bonorum, que fiunt aut dante domino fieri poterunt in nostra Ecclesia usque ad finem mundi in vita pariter ac in morte, ita, quod cum nobis vester obitus fuerit nuntiatus, exequias vestras peragemus. In cujus rei testimonium vestre Sanctitati transmittimus litteras has presentes Sigiliorum nostrorum munimine roboratas. Datum in sco Ypolitho anno domini 1294. in crastino Lucie Virginis.

*Duo Sigilla praepositi, et sui Conventus adpendent.*

**Num. DCXCVI. 1295. 9. Febr. Ex Originali:**

Fidejussio Ducum Bavariae Epo Henrico super Velden et Eberspeunt data.

Nos Otto, Lodwicus et Stephanus dei gra palatini Comites Reni, duces Bawarie tenore presentium profiteamur, quod cum reverendo in Xpo patri et dno nostro Henrico ven. Ratispon. Epo inter alia inter certos limites sive terminos, infra quorum ambitum Velden et Eberspeunt hofmarchie ejusdem dni nri Epi continentur, judicia Comiciarum dedimus, vendidimus et tradidimus, prout in instrumento super hoc confecto plenius est expressum, et eadem judicia in feodum ab imperio teneamus, et pro distinctione eorundem terminorum quarundam Comiciarum terre nostre oportuerit fieri sectionem, eidem dno Epo pro se suisque Successoribus et Ecclesia promisimus et solempni stipulatione spondemus, quod ab hodie usque ad instans festum beati Georii sibi vel suis Successoribus et Ecclesie super hoc Serenissimi dni nri, incliti Romanorum Regis semper Augusti, cui nostram sub pacto reemptionis faciende pro 1140 tt. denar. Ratispon. resignationem offeremus, collationem faciendam exinde eidem dno Epo pro se et ipsa sua Ecclesia ratihabitionem obtinebimus et assensum nris laboribus et expensis, et super Sectione antedicta indulgentiam specialem, et super hiis omnibus patentes litteras ejusdem dni nri Regis, instrumentum preterea venditionis et traditionis de premissis et quibusdam aliis contentis inibi usque ad

terminum prenotatum reverendi in Xpo patris et dni nri sancte Salzburgensi Eccie ven. Archiepi A. S. Legati, nec non magnifici Principis Rudolphi, illustris Comitum palatini Reni, ducis Bawarie patrum nri karissimi procurabimus efficaciter Sigillorum munimine roborari, nostraque personaliter apponemus, et alii nichilominus instrumento eadem nostri trium Sigilla appendemus, confecto super hoc, super quibusdam pactis et conventionibus venditionem respicientibus antedictam, ita, quod nos Otto dux nunc, et nos Lodwicus et Stephanus id ipsum faciemus usque ad festum beati Georii prenotatum; et quia nos predicti Lodwicus et Stephanus adhuc Sigilla cum expressis nominibus non habemus, Sigilla pro nobis faciemus et fabricabimus infra terminum prelibatum, et apponemus infra eundem terminum instrumentis sive litteris antedictis et hiis nostris litteris, et cuidam altero instrumento confecto super cautione fidejussoria prestita, que durabit usque ad festum beati Martini, et abinde continuis quinque annis, et eisdem Sigillis utemur in antea in aliis nris negotiis et tractatibus quibuscunque. Et quod premissa et quodlibet premissorum omnes tres fideliter attendamus et servemus eidem dno Epo pro se et ipsa sua Ecclesia et dictis Successoribus suis, nos predicti Lodwicus et Stephanus suos nos ex speciali pacto fidejussores constituimus et ad ea fidejussorie obligamus, et omnes tres dilectos fideles nostros Albertum Comitem de Hals, Ulricum de Abensperch, et Perngerum Comitem de Leonberch, viros nobiles Chunradum de Preising, Ortlibum de Walde, Ulricum dapiferum de Hailsperch, Chunradum de Satelpogen et Lodwicum Gransonem fidejussores dedimus; si predicta omnia et quodlibet predictorum sibi attentum non fuerit et servatum, alter ex nobis Lodwico et Stephano sive Ratispone, sive alibi monitus fuerit per ipsum dnum Epum vel dictos Successores suos vel ipsam Ecclesiam Sede vacante, post monitionem usque ad 8 dies apud Lantshutam sociatus viris nobilibus Hartmanno de Chirichperch et Diethero de Pruckperch subintrabit obstagia non exiturus abinde, antequam omnia predicta et quodlibet eorundem eidem dno Epo vel successoribus suis attendatur. Si vero monitus alias teneretur obstagiis, exoneratus et liberatus ab illis apud ipsum locum Lantshut subibit et servabit obstagia, sicut superius est expressum; ex residuis vero octo ipse Comes de Hals monitione facta usque ad 8 dierum spatium in ipsa Civitate Lantshut, et ex reliquis septem quilibet Ratispone in una domo, quam ipse dnus Epus, vel successor suus aut ipsa Ecclesia designaverit, monitus subibit obstagia, facturus in damp-

num nostrum expensas simul cum aliis, ne recessurus, nisi premissa omnia et eorum quodlibet attendatur. Si vero moniti predicti 8 viri, vel aliquis eorum alias tenerentur obstagiis, quilibet eorum filium suum, qui habuerit, qui vero non habuerit, alium suum comparem in ipsa Civitate Ratispona in una domo modo predicto ad servanda obstagia pro se ponet; exoneratus autem ab aliis obstagiis non declinabit alio, sed loco filii aut comparis, quem pro se posuerat, subintrabit in observationem obstagii memorati secundum omnes conditiones et pacta, que in observatione obstagiorum superius sunt expressa, excepto predicto Comite de Hals, qui non Ratispone, sed apud Lantshutam, quod de observatione obstagiorum et missione filii premittitur, exsolvat plenarie et attendat, quam fidejussionem et obstagium tam nos Lodwicus et Stephanus dicti duces, quam alii fideles nri predicti memorato dno Epo pro se suisque Successoribus et Ecclesia servare promissimus bona fide. Adjectum est insuper, quod si alterum ex nobis Lodwico et Stephano antedictis medio tempore decedere contingeret, qui superstes fuerit, obligatus remanebit simpliciter ad omnia supradicta. Si vero aliquem ex premissis octo Viris confidejussoribus nris interim mori contingeret, omnes tres vel qui ex nobis supervixerint, postquam requisiti fuerimus, alium eque bonum subrogabimus ad 4 Septimanas, alioquin duo ex residuis septem confidejussoribus, qui moniti fuerint modo prenotato, in una domo Ratispone subibunt obstagia, donec de eque idoneo fiat substitutio memorata; Halsarius vero, vel quem, sicut predictum est, pro se miserit, in Lantshuta. In quorum omnium evidentiam et testimonium presentes litteras predicto dno Ratisponensi Epo et Ecclesie sue dedimus nrorum Sigillorum munimine roboratas, testibus, qui presentibus interfuerunt, nichilominus subnotatis et sunt hii: Viri honorab. Chunradus decanus, Fridericus de Truhendingen dilectus Consanguineus noster, Albertus de Eugenbach, Magr Eberhardus archidiac. Canonici ejusdem Ratispon. Ecclesie; dilecti fideles nri Albertus Comes de Hals, Ulricus de Abensperch, Perngerus Comes de Leonberch, Hartmannus Comes de Chirichperch, Dietherus de Prukperch viri nobiles. Item Fridericus de Perig, Ch. Fewer, Eckhardus de Lebranschirchen, Ekkolfus et Wirnto fratres de Wart, Ortlibus de Eschelbach, Reimarus de Prennperch, et plures alii fide digni. Datum et actum apud Griezbach anno dni 1295. V. Idus Februarii.

*Duobus prioribus Sigillis avulsis restat tantum tertium Ducis Stephani Sigilli valde laesum.*

**Num. DCXCVII. 1295. 24. Febr. Ex Originali:**

Venditio Curiae Werdhof facta Hospitali S. Catharinae Ratisbon. a dapiferis de Eckmül.

Nos Heinricus dei gracia Ratispon. Epus, universis presentes litteras inspecturis cupimus esse notum, quod cum dilecti consanguinei nostri Ulricus et Heinricus dapiferi de Ekkemül tenerent a nobis et a nostra Ecclesia Curiam dictam Werdhof, sub Castro nostro Werd sitam Titulo feodali, quam quidem Curiam Sorores in Xpo dilecte Margareta priorissa et Conventus Monasterii sce Crucis Ratispone sub pacto reempcionis pro 60 libris denariorum Ratispon. ab eisdem dapiferis antea possidebant, iidem dapiferi facta ad manus nostras libera resignacione de Curia jam predicta, eandem Magistro et fratribus Hospitalis sce Katherine in pede pontis Ratispone vendiderunt pro 150 libris denar. Ratispon. sub hac forma, quod dicti dapiferi vel heredes eorum ipsam Curiam reemendi pro eisdem 150 libris denar. Ratispon. usualis monete habebunt, quocunque tempore Anni placuerit, liberam facultatem, et ut forcius eadem empcio et vendicio in firmitatis robore perseveret, conservatores Hospitalis predicti Ottonem Wollarium, et Chunradum dictum Zant juniorem Cives Ratispon. de eadem Curia infeodavimus, qui tam de ipsa racione talis infeodacionis potestatem non habebunt aliquam ordinandi, nisi quod prenotato Hospitali sciverint utilitati profuturum; si autem ex morte dictorum dapiferorum vel heredum ipsorum, quam deus differat, ante reempcionem nobis vacabit Curia sepedicta, nos Ratispon. Epus aut noster Successor solvemus Hospitali predicto pecuniam supradictam, qua soluta Curia sepedicta aput nram Ratispon. Eccliam in possessione libera perpetuo remanebit. In cujus rei testimonium presentem litteram confecimus, Sigillorum, nostri videlicet, et illustris dni Ottonis Comitis palat. rheni, ducis Bawarie, ac predictorum dapiferorum robore cornmunitam. Testes horum sunt: Chunradus de Lupurch prepositus Ecclie nre, Habordus de Süniching, Ekbertus Drauhpech, Paldwinus de Pärbing, Karolus de Ow, Chunradus de Wisent, Gotfridus Scheffel, et quam plures alii fide digni. Datum Ratispone anno 1295. in die beati Mathie apostoli.

*Quatuor Sigilla integra adpendent.*

**Num. DCXCVIII. 1295. 21. Martii. Ex Originali:**

Vidimatio et Adprobatio Regia Privilegii Imp. Friderici de a. 1221.

Adolfus de! gracia Romanorum Rex semper augustus. Universis presentes litteras inspecturis gratiam suam. Presentante nobis dilecto Principe nro Chunrado Salzpugen. Eccleie venerabili Archiepo privilegium quondam Friderici olim Romanorum Imperatoris Bulla inclite memorie dni Gregorii pape decimi bullatum vidimus non viciatum, non cancellatum, nec in aliqua sui parte abolitum, et ad perpetuam rei memoriam de Verbo ad Verbum fecimus presentibus annotari, qui tenor talis est: Gregorius Epus servus servorum dei, Universis presentes litteras inspecturis salutem et aplcam benedictionem. Tenorem privilegii quondam Friderici olim Romanorum Imperatoris, prout in Archivis Eccleie Romane ipsius Friderici aurea bulla bullatum in prima sui facie non cancellatum, non abolitum, nec in aliqua sui parte viciatum ad futuram rei memoriam presentibus de Verbo ad Verbum fecimus annotari, qui talis est. *Vid. hoc Imp. Friderici II. Privilegium supra Num. CCCLI. Dat. Lugduni XV. Kal. Septembris, Pontificatus nri anno tertio. Cum igitur decus et decorem emunitatis ecclesiastice et incrementum katholice fidei summopere et alacri studio amplectamur, totum ipsum privilegium suprascriptum approbamus et innovamus, et precipimus sub penis ia ipso contentis, ne ullus sacri Romanorum Imperii fidelis vel devotus ipsum infringere audeat, vel ei ausu temerario contrarire. Datum in Frankenvord anno domini Incarnationis 1295. XII. Kal. Aprilis anno regni nri tercio. Sigillum majestat. illaesum adpendet.*

**Num. DCXCIX. 1295. 9. April. Ex Originali.**

Confoederatio Cleri Ratisbon. contra Cives nova fossata et antemuralia facientes.

Nos Chunradus prepositus, Chunradus decanus, totumque Capitulum Ratisponen. Eccleie, Chunradus veteris Capelle, Ludwicus sci Johannis decani Eccliarum ejusdem Civitatis et Capitula earundem cum jocunditate volventes et revolventes in animo, qualiter mater et dna nra Ratispon. Ecclia circumdata varietate, emunitatis, glorie et honoris ditata communibus juribus, et specialibus dotata privilegiis,

ab angariis et perangariis ceterisque Collectis seu exactionibus cum Clero et personis Eccleis Civitatis et Diocesis sub umbra beati Petri patroni ipsius immunis existens, et in pulchritudine pacis dno deserviens habitavit hactenus in tabernaculis fiducie, et in regine opulenta Sion sine dolore, recepitnus hiis diebus instantem petitionem Magri et Consulum Civitatis Ratispon. qua timemus, predicte liberalitatis privilegiis exui et emunitatis pristine gloria denudari, videlicet, quod ad fossata et antemuralia, que jam faciunt, vel per nos ipsos, sive de areis, domibus, aliisve rebus nris Collectam seu Contributionem facere debeamus, super qua petitione seu potius admissione ipsius deliberantes non minus provide, quam prudenter, nolentesque, ut nris temporibus emunitatis antique privilegia per abusum aliquem cancellentur, ipsaque dna nra predicta, facta per nram negligentiam subtributo, per nova vectigalia incipiat ancillari, talium pactionum et Confederationum subivimus Unionem, quod omnes et singuli juravimus ad sca dei Evangelia, quod mutuuum nobis prebebimus auxilium et consilium pro testamento Emunitatis Ecclce conservando, et quod omnia alia faciemus et exequemur constanter, que in hoc et in alio Instrumento super hoc negotio anno preterito edito sunt expressa, quod sic incipit: Provide considerationis oculis intuentes etc. Quicumque igitur ex nobis sive prelatis, vel alia quecumque persona, cujuscunque status existat, hanc nram deseruerit Unionem, predictis Magro vel Civibus in prejudicium emunitatis Ecclce adherendo, solvendo, dando aliquid, paciscendo, promittendo, faciendo seu aliter quocunque exquisito colore per se vel interpositas personas conveniendo, contra inhibitionem vel mandatum aut ordinationem procuratorum nrorum super hoc constitutorum negotio jam factam aut faciendam, periurus existat, et adversus illum vel illos Reverendus pater et dnus noster ... Epus, vel eo non potente seu nolente alter quicumque superior ex hac nra speciali submissione, qua in hac urgenti causa nos duximus astringendos ad nram vel procuratorum nrorum denuntiationem, sive ex officio suo possit procedere, quemadmodum exegerit qualitas sue Culpe: juravimus etiam, statutis a nobis in hac causa procuratoribus seu tractatoribus obedire in omnibus, que respiciunt vel coadjuvant ad Emunitatem Ecclcam conservandam, et sub eodem Juramento promittimus, quod deinceps nullum ad nrum admitteremus consortium, nec ad perceptionem fructuum in ipsis nris Eccliis, nisi prius servare juraverit publice coram nobis omnia supradicta et quodlibet predictorum. In cujus rei testimonium presentes

consciibi fecirmis litteras, eas Sigillorum nrorum robore eonsignantea. Datum llatispone anno diiii 1295. qumto Idus Apriiis,  
*Tria Sigilla illaesa adpendent.*

**Num. DCC. 1295. 28. April. Ex Originali:**

Admonitio Epi Ratisbon. ad Cives contra Immunitatem Ecclesiasticam agentes.

Henricus dei gra Ratispon. Epus, Viris discretis ac dilectis sibi Magro ac Universitati Civium predictae Ratispon. Civitatis salutem cum plenitudine omnis boni. Cum jam dudum nuntii, Magr videlicet et concives vestri Karolus dictus Pragaer, Otto dictus Wollaer, Chunradus Gumpertus, et Gozwinus nomine vestro omnium, seu forsitan Consulium et rectorum vestrorum a nobis petierint, quod opus antemuralium et fossatorum, que ad majorem firmitatem ipsius Civitatis, ut dicitis, de novo facitis, Clero ac personis Ecclis, que intra menia urbis ejusdem habent domicilia, contributionem permitteremus imponere seu Collectam, et in eadem petitione adhuc adeo firmiter persistatis, quod eius negatio nobis ad nraram dilectionem sit satis difficilis, et exauditio ejus impossibilis quodammodo, cum omnino sit contraria legalibus et canonicis institutis, et specialiter emunitati gratiose innovate, approbate et concesse per serenissimum dnum nrum Adolfum, inclitum Romanorum regem, in cujus privilegiis habemus super cetera hos articulos annotatos: „Hac edictale lege irritamus et precipimus irrita nuntiari omnia statuta vel consuetudines, que Civitates vel loca, potestates, consules vel quecunque alie persone contra libertates Ecclie ac persona Ecclcas edere vel servare temptaverunt adversus imperiales et canonicas Sanctiones, et ea de capitularibus suis mandamus infra 2 menses post hmoi publicationem edicti penitus aboleri, et si de cetero similia attemptaverint, ipso jure decernimus esse nulla, et eos sua jurisdictione privatos nec non locum, ubi talia attemptata fuerint, banno M. marcarum precipimus subjacere potestates vestrorum Cocc. Rectores statutarii et scriptores dictorum statutorum, nec non Consiliarii locorum istorum, quorum statuta et consuetudines memoratas judicaverunt, sunt et extant ipso jure infames, quorum sententia et actus alias legitimationem statuimus aliquatenus non tenere: qui si per annum hmoi nre constitutionis inventi sunt contemptores, bona eorum per cunctas provincias mandamus impune ab omnibus occupari, salvis nichilominus aliis penis, in generali Concilio promulgatis. Item nulla

communitas, vel persona publica vel privata collectas seu exactiones angarias vel perangarias Ecclis aliisve locis piis aut Ecclis personis imponat, aut invadere bona presumat. Quod si fecerint, et requisiti ab Ecclia vel imperio emendare contempserint, triplum refundant, et nichilominus banno imperiali subjaceant, quod absque satisfactione debita nullatenus remittatur „Sicut patet per patentes litteras ipsius dni regis, de quibus faciemus fidem, quandocunque oportunis loco et tempore fuerimus requisiti. Petimus et monemus universos et singulos vestrum, et specialiter vos Baldwinum magrum, Karolum de Owe, Karolum Pragarium, Ottonem Wollarium, Ulricum Wollarium, Heinricum Dulcem, Heinricum Straubingarium, Chunradum Gumperti, Heimonom Gozwinum in foro, Gebhardum, Chunradum dentem, Chunradum, Hiltprandum Schichoven, Fridericum Weimptingarium, Heinricum Hallarium et Vaulwisarium, ut statuta, si qua fecistis in prejudicium ecclie libertatis, deleatis et a petitione predicta, cujus admissio nimis sauciaret nre emunitatis privilegia, ac propter hujus monitionis nre infra mensem, quod vobis pro termino peremptorio assignamus omnino, et in totum desistere studeatis, nec contra statuta canonica ac temporalia ac predicti dni nri regis gratiam Clerum seu personas Ecclcas Civitatis Ratispon. gravetis per aliquod predictorum. In cujus ammonitionis et publicationis statutorum vobis per nos facte testimonium, fecimus fieri hoc publicum Instrumentum, datum anno dni 1295. IIII. Kal. Maii. Ne aufem contra nos, Clerum nrum seu personas eorum in prejudicium libertatis Ecclce seu tenorem privilegiorum nrorum aliquid attemptare possitis, nos et predictum Clerum et personas Ecclcas cum juribus et rebus eorum protectioni Sedis aplice supponimus, et serenissimi dni nri regis predicti in hiis scriptis defensionis gratiam invocamus. Datum et actum anno et die predictis.

*Sigillum Epi Henrici adpendet.*

**Num. DCCI. 1296. 2. Maii. Ex Originali:**

Traditio decimarum majorum in Hunderdorf ad Monasterium Windberg.

Nos Henricus dei gra Ratisponen. Ecclie Epus, Universis constare volumus per presentes, quod nos proventus majorum decimationum in Hunderdorf, que nobis seu Ecclie Ratisponen. titulo proprietatis attinere noscuntur, quas etiam Ulricus Pesingarius et



Ulricus dictus Paumgarter, quum ipsi easdem a nobis in feudum hactenus habuerunt, ipsasque ad manus nras libere ac spontanee resignaverunt, ad eorundem videlicet Pesingarii et Paumgarterii instantiam cum omni jure ac perceptione, quibus iidem dictas decimas tenuerunt, Poponi de Vohenlug et Sifrido filio Rudigeri de Ambra, nec non Rudgero preconi, ejusdemque filiis, hominibus et familiaribus monasterii Winnbergen. contulimus ipsorumque fidei sub titulo feudali recommisimus easdem decimas ad conservandum ipsas pro monasterio memorato. In cujus rei testimonium presentes tradidimus Sigilli nri munimine roboratas. Dat. et actum Ratispone anno dni 1295. VI. Nonas Maii. *Sigillum Epi integrum adpendet.*

**Num. DCCII. 1295. 15. Maii. Ex Originali:**

Traditio Mancipii ad Eccliam Ratisbon.

Nos Otto, Lodwicus et Stephanus dei gra palatini Comites Reni, duces Bawarie tenore presentium profiteamur, quod magne sinceritatis affectum multamque benivolentiam, quam ad quondam patrem nrum dulcissimum inclite recordationis, et nos semper habuit et habet reverendus in Xpo pater dnus noster Henricus Ratisponen. Eccleie ven. Epus, diligentius intuentes, nichil nobis in eo deperire credimus per quod ipsum studuerimus honorare. Qua propter ad ipsius dni nri Ratispon. Epi preces de consilio Juratorum nrorum eidem dno Epo et Eccleie sue donamus, offerimus et tradimus Agnetem quondam fidelis nri Berhtoldi de Prisinga, et Elizabet filie quondam Friderici de Törring uxoris sue filiam sic, ut ipsa cum omni posteritate sua apud ipsam Ratispon. Eccliam in perpetuum debeat permanere. In cujus rei testimonium presens Instrumentum sibi dedimus nrorum Sigillorum robore communitum, testibus qui presentibus interfuerunt, nichilominus subnotatis, et sunt hii fideles nri: Ulricus de Abensperch, Perngerus Comes de Leonberch, Comes Hartmannus de Chirchperch, Ulricus dapifer, Chunradus Satelpogarius, Albertus vicednus Strubingensis Dietricus Prukpergarius, Chunradus Siwer Curie nre magr, Henricus dapifer et Lodwicus Granso. Dat. Ratispone anno dni 1293. in dominica Exaudi, que fuit Idus Maii.

*Tria Sigilla equestria integra adpendent.*

**Num. DCCIII. 1295. 29. Maii. Ex Originali:**

Conradus Archiepus Salisburg. qua Commissarius Caesareus prohibet Clero Ratisbon. imperatam pro reparandis moenibus pensionem.

Nos Chunradus dei gra sce Salzburgen. Eccle Archiepus constare volumus universis, quod venerab. pater et dnus Henricus Eccle Brixin. Epus, nec non honorab. vir Magr Eknandus regalis aule cancellarius et nobilis vir ... de Isenburch nuntii Serenissimi dni nri Rom. Regis in nra presentia a viris discretis ... Magro et Consulibus et Rectoribus Civitatis Ratispon requirentes responsum super petitione et mandato ejusdem dni regis, quo idem dnus rex petebat, ut ipsi cives a petitione collecte seu contributionis exacte a clero ejusdem civitatis ad opus antemuralium et fossatorum, que de novo faciunt, deberent desistere et cessare, ipsi cives, videlicet Karolus Pragarius, Karolus de Awe, Chunradus dens, Chunradus Gumperti et Gözwinus missi a consulibus civitatis primo taliter responderunt, quod cum opus illud ad communem utilitatem civitatis et inhabitantium eam facerent, et Clerus se ab hoc communi bono vellet subtrahere, ipsi ad ipsius Cleri defensionem ab injuriis, et ad utilitates et commoda per eorum statuta et labores non curarent intendere, sicut antea, quo responso recepto venerab. dnus Henricus Ratispon Epus nomine Cleri sui cum omni humilitate et devotione se exhibuit promptum et paratum, etiam de camera suisque redditibus predictis civibus aliquod adjutorium secundum possibilitatem suam ad memoratum opus facere, dummodo Clerum permitterent consuetis libertatibus et privilegiis suis uti, ad quod iterato predicti quinque nuntii civium habito consilio cum illis, qui dicuntur sedecim, responderunt, quod nichil possent eorum, que prius sunt proposita, acceptare, sed cum istius exactionis petitio non ab ipsis 16. sed a majori consilio principium acceperit et etiam firmitatem, ipsi tanquam perpauca sine eorum consilio et consensu non poterant, nec volebant aliquid imutare ; venerabilis igitur dnus Brixin. Epus, cui predictus dnus Ratispon. Epus obtulit privilegium quondam Friderici, olim Rom. Imperatoris, per memoratum dnum nrum Adolfum serenissimum Roman. Regem innovatum et approbatum super Emunitate cleri, legit et diligenter exposuit predictis civibus has duas clausulas in eodem privilegio contentas, videlicet hac edictale lege etc. et istam, Item nulla communitas etc. adjungens in fine, quod

ipse cum suis consociis et collegis eisdem civibus ex parte dni Regis preciperet et mandaret, immo et moneret diligenter, ut a predicta exactione infra mensem cessarent, et ipsum clerum et personas ecclcas gaudere permetterent prefata libertate, ne penas inciderent, quas idem privilegium suis transgressoribus statuit et infligit, quas etiam penas eis exposuit speciatim, postea prefatus dnus Ratispon. Epus eosdem cives Ordinaria auctoritate monuit coram nobis et multis astantibus, ut infra mensem ab exactione desisterent, et clerum suum et personas Ecclcas gaudere permetterent debitis libertatibus et consuetis: idem etiam dnus Ratispon. Epus supposuit se, clerum suum et personas Ecclcas Civitatis et Diocesis sue cum rebus, juribus et jurisdictionibus eorum protectioni Sedis aplice, et defensionis Serenissimi dni Roman. Regis, super quibus responso, publicatione et amonitionibus factis coram nobis, presentem litteram confici placuit et nro ac predictorum nuntiorum dni Regis Sigillorum munimine in testimonium roborari. Dat. Ratispone anno dni 1295. III. Kal. Maii.

*Quatuor Sigilla illaesa adpendent.*

**Num. DCCIV. 1295. 5. Junii. Ex Originali:**

Obligatio Henrici Epi Ratisbon. pro Ducibus Bavariae Ludovico et Henrico fratribus concordandis. Nos Henricus dei gra Ratisponen. Epus, notum facimus omnibus presentia inspecturis, quod ad amputandum rancorem, qui vertitur iiter illustres principes dnos Lodwicum et Heinricum fratres Comites palatinos Reni, duces Bawarie, et convertendum nubilum dulciter in serenum, ut sic naturalis favor et amor fraternus in eis nutriatur, et terre ipsorum in pacis pulchritudine conquiescant, talis nobis mediantibus inter eos Conventio intercessit: Primo quod privilegium quondam confectum Ratispone, quod incipit: Conditor humani generis etc. abhinc usque ad purificationem beate Virginis, et abinde continuum triennium cum omnibus suis clausulis et declarationibus in suo persistat robore et vigore, hoc duntaxat excepto, quod cum dnus Leo pie memorie Ratispon, Epus de medio sit sublatus, et nobilis vir Burcgravius de Nürnberg negotiis dictorum dnorum ducum superesse non possit, Nos cum

utra-

que parte concordavimus in octo, videlicet dnus Lodwicus citra danubium in fideles suos Winhardum de Rorbach, Wichnandum de Eringspurch, Chunradum de Egling, et Ulricum Vicednum de Roerenmos, et ultra danubium in fideles suos Chunradum de Luppurch, Chunradum de Ernvells, et Seniolem de Paulsdorf, et Ulricum Marscalcum de Lengenvelt Vicednum; et dnus Heinricus in fideles suos circa danubium Albertum Comitem de Hals, Ulricum de Abensperch, Alhardum de Vrounhoven, Alberonem Vicednum de Rota, et ultra danubium in fideles suos C. de Satelpogen, Ul. de Leubolving et H. de Mosdorf, Alb. Vicednum de Strubing, ut pro nono haberemur, ad instantiam ipsorum principum admisimus, volentes laborare una cum aliis, ut Status terrarum ipsarum in melius reformetur. Juraverunt itaque prefati dni, pro grato recipientes et fideliter exequentes, quicquid predicti arbitri seu arbitratores inter ipsos aut Vasallos, ministeriales, servitores eorum, homines quocunque nomine censeantur, fuerint arbitrati vel diffinire voluerint per justitiam vel amorem, et hoc in causis seu questionibus hominum, proprietatum, feodorum, debitorum, rapinarum, spoliatorum, incendiorum, captivitatum, seu quarumcunque molestiarum et dampnorum, per que Status terrarum poterit deformari, quo juramento recepto juraverunt predicti arbitri, quod gra, odio ac timore postpositis in suam conscientiam ac salutem questiones eis propositas et proponendas diffinient equa lance, et major pars in numero predictorum novem arbitratorum, in qua amicabile propositione vel sententia pronuntiatione concordaverit, tenebitur inconvulsum, de causa tamen principatum sive principatus tangentium non habebunt aliquam potestatem, et si aliquis predictorum sedecim arbitratorum sine captione absens fuerit, aut alter ipsorum dnorum Ducum aliquem ex quacunque causa, vel quotienscunque mutare voluerit, ante terminum placitorum nobis significabit, et nos alteri partium pro absente quatuor denominabimus, ex quibus ad ipsum placitum mittet unum, quem ex illis elegerit transmittendum, qui missus jurabit pro placitis, in quibus remanserit, sicut alii sui coarbitri juraverunt; Vicedni etiam mutabuntur secundum suos districtus, ut quilibet in suo Vicedominatu et non alibi coarbitrator assumatur. Item si causa tangit aliquem ex arbitris, vel aliquem adinentem alicui ex ipsis, qui propter causam legitimam suspectus debeat reputari, alter subrogabitur pro illa causa ad nre beneplacitum voluntatis, et possunt predicti arbitri terminos placitorum statuere et eosdem prorogare, et tractanda ibidem moderari,

quid in decisionibus causarum proponendum sit, prout eis visum fuerit expedire, articuli etiam questionum transmittentur in scriptis ad proximum placitum ab utraque parte, et arbitri de eisdem prius cognoscent, antequam ad alios non scriptos articulos procedatur; potestas siquidem arbitratorum durabit pro eo tempore, quo extat instrumentum tactum superius, quod incipit: Conditor humani generis etc. prorogatum. Cautum est etiam et in juramento predictorum octo comprehensum, et in juramento cujuslibet substituendi in locum alicujus illorum concludetur, ne alicui in ventilationibus causaram valeat imputari, ut nullus publicet, in quam partem sententiando vel consulendo declinaverit hic vel ille. Item locabunt in judiciis ipsorum dnorum Castris, munitioibus et precipue in metis sive confiniis viros pacificos, et alios, si qui jam sunt vel fuerunt, de quibus non est spes tranquillitatis et pacis, prout decreverint convenire, terre statui submovebunt. Item si fures, predones, latrones, homicide, proscripti, vel alii malefactores ultimo digni supplicio, et qui ad dominium alterius confugerint, per cum, ad cujus dominium transiverint, detineantur, quousque de ipsis justitia plena fiat. Insuper habebunt potestatem, super instrumento prefato addendi, minuendi, mutandi, cassandi, prout in conscientias suas negotia conscripta et alia sciverint melius vel celerius expediri. Ad hec cum invitati tantum bono pacis terrarum nobis assumpserimus cum aliis arbitrativam potestatem, non recognoscimus nos ligatos, ad executionem arbitrii supradicti, sed impediti Eccleie nre negotiis aut aliis occupationibus facultatem habere volumus recedendi a tali officio nobis assumpto, quando placet, et tunc adesse nolentes vel non valentes, alium vice nri eligent octo prefati arbitri, quera secundum fidem et industriam negotiis crediderint profuturum; quamcunque insuper causam, que diffinitione nri arbitrii visa fuerit nimis gravis, decidendam nobis non assumimus quoquo modo, sed eidem supersedebimus, si nobis videbitur expedire, nec ad procedendum in illa per arbitrium esse volumus obligati. In cujus rei testimonium presentes date sunt Sigillorum nri et ipsorum dnorum Ducum robore communitate.

Datum in pomerio apud Sigenburch anno dni 1295. Nonas Junii.

*Tria Sigilla adpendent: in pectorali Scuto utriusque Ducis habentur rhombi.*

*Hmoi arbitramenta per Henricum Epum Ratisbon. emanata extant apud Oefelium de anno*

1288. II. 110.

1293. II. 121

1290. — 111.

1293. — 121

1290. — 114.

*Confr.* 1287. — 104.

1292. — 116

1287. — 106

1293. — 117

**Num. DCCV. 1295. 13. Jul. Ex Originali:**

Duces Bavariae desistunt a petitione Contributionis per Ratisbon. Dioecesis.

Nos Otto, Lodwicus et Stephanus dei gra Comites palat. Reni, duces Bawarie per presentes litteras constare volumus universis, quod cum nos ad preces et singularis dilectionis signaculum reverendi patris et dni nri Henrici Ratisponen. Epi desistendum decreverimus a petitione Contributionis seu subsidii per totam suam dyocesis, que in aliis dyoc. ari domini exigere et recipere intendimus ob nostrorum onera debitorum, ipsiusque clero ac personis Ecclesiasticis Civitatis et Dyocesis Ratisponen. promisimus, jura et emunitates a Romanis Pontificibus, Imperatoribus et Regibus, nec non a nris progenitoribus datas et concessas firmiter observare; non moleste feremus, nec predicta per hoc nra sibi facta rescindetur promissio, si ipsum dnum Epum Ratispon. aut ex Juris debito, seu ex aliqua Unione cum dno nro Salzpurgen. Archiepo, aut quibuscunque aliis Epis inita, Excommunicationis, Suspensionis, Interdicti, privationis seu cessationis sententias, sique ab eisdem in personas seu terram nram late fuerint, servare contigerit, aut etiam mandaverit per suam Civitatem et Dyocesis observari, non propter hoc ipsum dnum Epum sive Clerum suum in aliquo offendemus. in cujus rei testimonium presentes litteras eidem dno Epo dedimus, Sigillorum nostrorum munimine roboratas. Datum Ratispone anno dni 1295. III. Id. Julii.

*Tria Sigilla equestria illaesa appendent.*

**Num. DCCVI. 1295. 13. Julii. Ex Originali:**

Venditio Jurisdictionum seu Graftschaftgerichte in hofmarchiis Teispach, Frontenhausen, Ergoltsbach, Aeuting, Essenbach et Pilsting facta Eccliae Ratisbon. a Ducibus Bavariae.

Nos Otto, Ludovicus et Stephanus dei gratia Palatini Comites Reni, duces Bawarie, omnibus et singulis presentia inspecturis

volumus esse notum, quod urgente nos gravi onere debitorum tam pro necessitate nostra, quam per inclite recordationis patrem nostrum dulcissimum contractorum maturo consilio et provida deliberatione prehabita cum Baronibus sive Comitibus fidelibus et consulibus terre nostre pro relevatione eorundem debitorum videbatur nobis et nostris magis expediens, ad quorundam judiciorum tanquam inter alia minus utilium alienationem procedere, quam debita debitis et dampna dampnis gravioribus cumulare. Quare predicta necessitate coacti judicia sive jurisdictiones ad comescias spectantes, que vulgariter Grafschaft - Gericht vocantur, in hofmarchiis Ratispon. Eccle hic expressis, scilicet Teispach, Frontenhausen, Ergoltspach, Aeuting, Essenbach et Pilsting cum suis pertinenciis tam in bonis, quam hominibus, prout hofmarchie eedem certis limitibus aquarum vel fossatorum seu aliis signis et regionibus distinguuntur, item tam majora, quam minora judicia in aliis extraneorum Villis, Curiis sive mansis ad eandem hofmarchiam in Teispach minime pertinentibus, contentis tamen intra limites ipsius hofmarchie in Teispach, prout eadem hofmarchia in Teispach inferius distinguetur, ven. patri domino nostro Heinrico Ratispon. Episcopo et eidem Ecclesie recepto proinde quadringentarum librarum pretio vendidimus et tradimus cum omni juris et honoris plenitudine, que nobis usque ad hec tempora competebat ibidem, reservata tamen nobis, posteris nostris, seu Successoribus principatus Bawarie reemendi sine qualibet predefinitione temporis libera facultate, in quo casu reemptionis videlicet jurisdictiones eedem ad nos, posteros nostros, aut Successores principatus, restituto tamen integraliter consimilis numeri ac Valoris pretio, revertentur. Quia tamen idem Episcopus asserit, memorata judicia, que citra penam Sanguinis pecuniariter cohercentur, ex ipso jure hofmarchiarum ad suam Ecclesiam pertinere, declaramus, quod durante contractu Ecclesia Ratisponensis generaliter tam majora, quam minora causarum vel culparum genera cum predictis omnibus judicabit, sed in reemptionis eventu jus, si quod nobis ibidem competiit, ad nos, posteros nostros et Successores principatus cum integritate redibit jure, vel possessione, quod Ecclesia ante tempora venditionis habebat ibidem, salvo sibi per omnia remanente. In casu autem reemptionis faciende earundem quadringentarum librarum pretium eidem Episcopo vel Successori suo cuicumque solvetur et assignabitur per nos vel dictos posteros nostros aut Successores principatus sub nostro vel ipsorum posterorum nostrorum periculo Ratispone vel in alio loco, quem infra

limites terre nostre ipse vel Successor suus quicumque, apud quem facta fuerit reemptio, duxerit designandum, quod etiam in pactum predictum specialiter est deductum. Ad hec promissimus et promittimus pro nobis et posteris nostris, quod de premissis omnibus pro ipso domino Episcopo vel suis Successoribus quibuscunque et Ecclesia memorata contra quamcunque personam Ecclesiasticam vel secularem, cujuscunque status aut dignitatis fuerit, Ecclesiam quamcunque, monasterium, universitatem vel Collegium Warandiam, quod Gwerschaft vulgariter dicitur, prestabimus et sumptibus seu expensis propriis defendemus, et potentie nostre manu propulsabimus injuriam, si quam contra eum vel Successores suos et ipsam Ecclesiam suam contra justitiam attemptari contingeret in premissis. Et quia judicia Comiciarum infra terminos et limites antedictos ab imperio in feodum tenuimus, et quarundam Comiciarum pro distinctione terminorum oportuit fieri Sectionem, promittimus et solempni stipulatione spondemus, quod ab hodie usque ad instans festum Michahelis eidem domino Episcopo vel ipsius Successoribus et Ecclesie super premissis omnibus Serenissimi domini nostri incliti Roman. Regis semper Augusti, cui nostram super predicto pacto resignationem offeremus, collationem faciendam exinde eidem Episcopo, vel Successoribus suis pro se et ipsa sua Ecclesia, et ratihabitionem obtinebimus et assensum nostris laboribus et expensis, et super sectione antedicta indulgentiam specialem, et super hiis omnibus patentes litteras ipsius domini nostri Regis. Termini autem sive limites hofmarchie in Teispach incipiunt ab ea parte, ubi situm est ipsum Castrum Teispach, et protendantur per viam publicam, que tendit in Viechpach, et dirigitur versus Gumaning superius ad planiciem, et tunc ex altera parte versus Viechpach an das hoh Holtz, et abinde prope Hohholtz in circuitu der Hekk usque in Haetenhoven prope valvam, et ab eadem valva secundum stratam publicam usque in Wintpozzing ad valvam ibidem, et eadem elevatio campi secundum stratam publicam in circuitu usque in Wallerserden ad statuam valve, et ab eadem statua valve descendendo per eandem convallem usque Warnsdorf ad valvam et usque ad Vadum, qui inffuit in fluvium Chlingbach, et secundum processum alvei Chlingbach usque in Iseram in ea parte, ubi idem Chlingbach prope piscinam in Teispach influit Isere. Item trans Iseram ex opposito Teispach ascendendo prope ipbam Iseram et supra paludem usque ad sulcum, qui dividit prata ipsius domini Episcopi et Eschelbechi; et directo tramite prope eundem sulcum usque



in Pruckbach ad rivulum, qui fluit inter Dornbach et Rimpach cum omnibus pertinentibus in Dornbach, et a valva in Dornbach in inferiori parte Ville ascendendo directe usque ad Swaigam Aheimerii, et ab eadem Swaighof limites Teispechensis hofmarchie usque in, Iseram protenduntur. In quorum omnium evidentiam atque robur presentes litteras predicto domino Episcopo et Ecclesie sue dedimus, et reverendi patris et domini nostri sancte Salzburgen. Ecclesie ven. Archiepiscopi, aplice Sedis Legati, nec non karissimi patris nostri Rudolphi incliti Comitis Palatini Reni, Ducis Bawarie, et etiam nostrorum Sigillorum munimine procuravimus et fecimus roborari, testibus, qui presentibus interfuerunt, nichilominus subnotatis, et sunt hii viri honor. domini: Chunradus de Luppurch prepositus, Chunradus decanus, Chunradus de Ernvelds prepositus sci Johannis, Magr Eberhardus archidiaconus, Canonici Ratispon. Eccleie, fideles nostri Ulricus de Abensperch, Perngerus Comes de Leonberch, Hartmannus Comes de Chirchperch, Dietherus de Pruekperch, Ulricus dapifer de Hailsperch, Heinricus frater suus, Albertus Vicedominus Strubingensis, Karolus frater suus viri nobiles, item Fridericus de Perg, Hawardus de Suniching, Paldwinus de Paerbing, Ulricus Upfchoverius magister Curie domini Ratispon. Episcopi, Hermannus Wisenterius, Chunradus frater suus, Ortlibus Eschelbech, Hartwicus Awer, et quam plures alii fide digni. Datum et actum Ratispone anno domini 1295. III. Idus Julii.

*Quarumque Sigilla illaesa adpendent.*

**Num. DCCVII. 1295. 13. Julii. Ex Originali:**

Evictio Ducum Bavariae Epo Ratisbon. praestita super Venditione judiciorum in Teispach, Frontenhausen, etc.

Nos Otto, Ludwicus et Stephanus der gracia palatini Comites Reni, duces Bawarie tenore presencium profiteamur, quod cum Reverendo in Xpo patri et dno nro Heinrico ven. Ratispon. Epo judicia comiciarum in hofmarchiis ejusdem dni Epi Teyspach, Frantenhausen, Ergoltspach, Essenpach, Aeuting et Pilsting cum earum pertinenciis, et tam majora, quam minora judicia in aliis Villit et mansis ad eandem hofmarchiam in Teyspach minime pertinentibus, contentis tamen intra limites ipsius, dedimus vendidimus et

tradidimus, prout in instrumento super hoc confecto plenius est expressum, et eadem judicia in feodum ab Imperio teneamus, et pro distinctione eorundem terminorum quarundam Comitiarum terre nostre oportuit fieri sectionem, eidem dno Epo pro se suisque Successoribus et Ecclesie promisimus et solempni stipulacione spondemus, quod ab hodie usque ad instans festum beati Martini sibi vel Successoribus et Ecclesie super hoc serenissimi dni nri, inclyti Romanorum Regis semper Augusti, cui nostram sub pacto reemptionis faciende pro quadriugentis libris denar. Ratispon. resignacionem offeremus, collationem faciendam exinde eidem dno Epo pro se et ipsa sua Ecclesia, ratihibitionem obtinebimus et assensum nostris laboribus et expensis, et super Sectione antedicta indulgenciam specialem, et super hiis omnibus patentes litteras ejusdem dni nri Regis, instrumentum preterea vendicionis ei tradicionis de premissis, et quibusdam aliis contentis inibi, usque ad terminum prenotatum Reverendi in Xpo patris et dni nri sce Salzburgen. Ecclesie ven. Archiepi A. S. legati, nec non magnifici principis Rudolphi, illustris Comitum palatini Reni, ducis Bawarie, patris nri karissimi procurabimus efficaciter Sigillorum munimine roborari. Promisimus etiam, quod ab hodie usque ad festum beati Laurentii omnium fidejussoruni datorum eidem dno Epo tam super presenti, quam etiam super contractu vendicionis judiciorum Velden et Eberspeunt, et advocatia in Velden, sive ad quinquennium., sive ad tempus aliud suis fuerint obligati litteris, super eisdem obligationibus confectis Sigilla fasiemus apponi. Transmitteremus etiam infra idem festum beati Laurentii aliquas personas idoneas, videlicet pro judiciis Velden et Eberspeunt virum nobilem Albertum Comitem de Hals, et dilectum fidelem nostrum Chunradum de Preising, pro supradictis hofmarchiis dilectos fideles nostros Perngerum Comitem de Leonberch virum nobilem et Richgerum de Ahaim, qui transibunt et circuibunt, isti hofmarchias predictas ipsius dni Epi, illi dicta judicia in Velden et Eberspeunt, metas seu limites eorundem secundum instrumenta Vendicionum aptius distinguenda, quorum copia si haberi non poterit, de assensu et requisitione ipsius dni Epi ad hoc alii assumentur; et quod premissa et quodlibet preinissorum omnes tres fideliter aüendamus et servemus eidem dno Epo pro se et ipsa sua Ecclesia et dictis Successoribus suis nos predicti Ludwicus et Stephanus suos nos ex speciali pacto fidejussores constituimus, et ad ea fidejussione obligamus et omnes tres dilectos fideles nostros Albertum Comitem de Hals, Ulricum de

Abensperch et Perngerum Comitem de Leonberch viros nobiles, Chunradum de Prising, Ortlibum de Walde, Ulricum dapiferum de Hailsperch, Chunradum de Satelpogen, et Heinricum dapiferum de Ekkenmül fidejussores dedimus, si predicta omnia et quodlibet predictorum sibi attentum non fuerit et servatum, alter ex nobis Ludwico et Stephano sive Ratispone, sive alibi monitus fuerit per ipsum dnum Epum vel dictos Successores suos, vel ipsam Ecclesiam Sede vacante, post monitionem usque ad octo dies apud Lantshutam sociatus viris nobilibus Hartmanno Comite de Chirichperch et Diethero de Prukperch subintrabit obstagia non exiturus abinde, antequam omnia predicta et quodlibet eorundem eisdem dno Epo vel Successoribus suis et Ecclesie plenarie attendatur. Si vero monitus alias teneretur obstagiis, exoneratus et liberatus ab illis apud ipsum locum Lantshut subibit et observabit obstagia, sicut superius est expressum. Ex residuis vero octo ipse Comes de Hals monitione facta usque ad octo dierum spacium in ipsa Civitate Lantshut, et ex reliquis septem quilibet Ratispone in una domo, quam ipse dnus Epus vel Successor suus aut ipsa Ecclesia designaverit, monitus subibit obstagia, facturus in dampnum nostrum expensas simul cum aliis, nee recessurus, nisi premissa omnia et eorum quodlibet attendatur. Si vero moniti predicti octo, vel aliquis eorum, alias tenerentur obstagiis, quilibet eorum filium suum, qui habuerit, qui vero non habuerit, alium suum comparem in ipsa Civitate Ratispon. modo predicto ad servanda obstagia pro se ponet; Exoneratus autem ab aliis obstagiis, non declinabit alibi, sed loco filii aut comparis, quem pro se posuerat, subintrabit in observationem obstagii memorati secundum omnes conditiones et pacta, que in observatione obstagiorum superius sunt expressa, excepto predicto Comite de Hals, qui non Ratispone, sed apud Lantshutam, quod de observatione obstagiorum et missione filii pro se premittitur, exsolvet plenarie et attendet, quam fidejussionem et obstagium tam nos Ludwicus et Stephanus dicti duces, quam alii fideles nostri predicto memorato dno Epo pro se et suis Successoribus et Ecclesie servare promisimus bona fide. Adjectum est insuper, quod si aliquem ex nobis Ludwico et Stephano ante dictis medio tempore decedere contigerit, qui superstes fuerit, obligatus remanebit simpliciter ad omnia supradicta. Si vero aliquem ex premissis octo fidejussoribus nostris interim mori contigerit, omnes tres vel qui ex nobis supervixerint, postquam requisiti fuerimus, alium eque bonum subrogabimus ad quatuor septimanas, alioquin duo ex residuis septem

confidejussoribus, qui moniti fuerint, modo prenotato in una dome Ratispone subibimus obstagia, donec de eque idoneo fiat substitutio memorata Halsarius vero, vel quem, sicut predictum est, pro se miserit, in Lantshutam. In quorum omnium evidentiam et testimonium presentes litteras predicto dno Ratisponensi Epo et Ecclesie sue dedimus nostrorum Sigillorum munimine roboratas, testibus, qui presentibus interfuerunt, nichilominus subnotatis et sunt hii: Viri honor. dni Chunr. de Lupurch prepositus, Chunr. decanus, Chunradus de Ernvels prepositus sci Johannis, Magr Eberhardus archidiacon. Canonici Ratispon. Eccleie, fideles nri Ulr. de Abensperch, Perngerus Comes de Leonberch, Hartmannus Comes de Chirichperch, Dietherus de Pruckperch, Ulr. dapifer de Hailsperch, Heinricus frater suus, Albertus Vicednus de Strubinga, Karolus frater suus viri nobiles. Item Fridericus de Perig, Hawordus de Sünching, Paldwinus de Paerbing, Ulricus Upfchoverius naagr Curie dni Ratispon. Epi, Hermannus Wisentarius, Chunradus frater suus, Ortlibus, Eschelbechus, Herwicus Awer, et quam plures alii fide digni. Datum et actum Ratispone anno dni 1295. tertio Idus Julii.

*Tria Sigilla equestris integra adpendent.*

**Num. DCCVIII. 1296. 14 Jul. Ex Originali:**

Traditio Juris Patronatus Ecclesie parochialis in Gebrontshausen ad Decanatum Eccleie majoris Ratisbon. per Duces Bavariae facta.

Nos Rudolfus et Lodwicus dei gra Comites Palatini Reni, duces Bawarie notum facimus presentium inspectoribus universis, quod cum a longe retroactis temporibus in Ecclesia Ratisponen. de consuetudine sit obtentum, quod decanus ejusdem Eccleie in anniversariis Eporum et Principum secularium agat officium in Ecclesia memorata, ad consilium, exhortationem et inductum Magri Chunradi, venerabilis decani ejusdem Eccleie, Capellani nri et clerici specialis jus patronatus Eccleie in Gebharteshausen Ratispon. dyocesis, quod ad nos et progenitores nros pertinuit, pro remedio anime quondam dive recordationis dni Lodwici illustris Comitis palatini Reni, ducis Bawarie, patris nri karissimi, eidem decano recipienti pro se et dignitate sua dedimus et damus, donavimus et donamus, tradidimus et tradimus, et nos Rudolfus predictus ad donationem

et traditionem premissas factas nobiscum per eundem fratrem nrum, cujus tanquam minoris annorum tutelam gerimus, auctoritatem interponimus, et pleno jure transtulimus et transferimus in eundem, per eum et Successores suos habendum perpetuo et tenendum, salvo jure illius, qui nunc est Rector ejusdem Eccleie pro tempore vite sue, petentes ei volentes, ut ipsa Ecclesia in Gebharteshausen cum Capellis sibi subjectis, dotibus, decimis et omnibus aliis juribus, pertinentiis, obventionibus et utilitatibus suis pro ampliacione et augmento reddituum dicti decanatus, qui hucusque fuerunt tenues et exiles, eidem decanatu annectatur, et in perpetuos usus ipsius decani et ipsorum Successorum suorum eadem Ecclesia convertatur, retentis solummodo duabus libris denar. Ratispon. quas in anniversario predicti patris nri, qui agi debet, sicut agi consuevit anniversarius cujuslibet Eporum Eccleie Ratispon. annuatim in Vigilia purificationis beate Virginis, ad ordinationem Reverendi patris et dni nri Heinrici predicte Ratispon. Eccleie venerabilis Epi, Capitulo ejusdem Ecclesie idem solvat decanus et dicti Successores sui de Ecclesia prelibata. Testes autem sunt dilecti nobis familiares et fideles: Albertus prepositus Illmünstren. Prothonotarius noster, Chunradus de Wildenrode Marschalcus noster, Chunradus de Eglingen, Ulricus Marschalcus de Lengenvelt, Heinricus de Eisoltsried, Eberhardus de Curia, Chunradus de Starzhausen, Heinricus de Sachsenhausen, Witigaew de Tainingen, Otto de Huntsperch, Wernhardus de Northofen Vicedominus noster, et quam plures alii fide digni. In cujus rei testimonium presentes damus Sigilli nri Rudolphi, nomine nro et tutorio ejusdem fratris nri, cum nos Lodwicus careamus proprio, communitas. Datum in Ingolsttat anno dni 1296. pridie Idus Julii.

*Sigillum equestre cum rhombis in pectore integrum adpendet.*

**Num. DCCIX. 1295. 29. Jul. Ex Originali:**

Incorporatio Parochiae Gebrontshausen cum decimis nevalibus facta Decanatu Ecclesie majoris Ratisbon.

Nos Heinricus dei gra Ratispon. Epus nohim facimus presentium inspectoribus universis, quod pie intentioni magnificorum principum, dnorum Rudolphi et Lodwici fratrum, Illustrium Comitum palatinorum Reni, ducum Bawarie, qui pro remedio dive recordationis anime patris sui jus patronatus Ecclesie in Gebhardshusen

nre dyocesis, quod ad eos et progenitores suos pertinuit ex antiquo, dederunt, donaverunt et tradiderunt dilecto confratri nro Chunradu, venerabili decano ejusdem Ecclie nre, recipienti pro se suisque Successoribus concurrere cupientes, easdem donationem et traditionem ratas et gratas habentes, ipsas auctoritate presentium approbamus. Et quia ejusdem redditus decanatus hactenus fuerint adeo tenues et exiles, quod nec ipse, nec aliquis predecessorum suorum ex eis potuit sustentari, ipsius decanatus redditus augmentare et ampliare ex causa premissa de paterna benevolentia intendentes, cujus, quantum possumus, interest singulorum necessitatibus providere, et illorum precipue, qui lateri nro continue adherentes nobiscum in Vinea dni et Ecclia nobis commissa fideliter elaborant, eandem Eccliam in Gebhardshusen cum juribus et pertinentiis suis de expresso dilectorum in Xpo fratrum ejusdem Ecclie nre Capituli beneplacito et assensu prefato decano pro se et ipsis suis Successoribus cum duabus partibus decimarum novalium ejusdem Parochie presentibus et futuris, que retenta tertia parte tantum pro ipsa parochiali Ecclia, nos in eadem Parochia, sicut et in ceteris ipsius nre dyocesis respicere dinoscuntur, sive in nra aut aliorum, ex permissione nra tamen, sint aut fuerint potestate, concedimus et decanatu annectimus supradicto, ut idem decanus et Successores sui predicti in necessitatibus suarum subsidium convertant perpetuo proventus Ecclie predictae, et decimas novalium predictorum, Presbytero Vicario servituro in Ecclia memorata de dictis proventibus portione congrua pro sustentatione sua et supportandis ipsius Ecclie oneribus reservata. Celerum quia Principes antedicti Jus patronatus Ecclie memoratae in ipsum decanum pro remedio anime patris sui, ut premittitur, transtulerint, ut anima ipsius, quam dnus in pace foveat, aliquid consolationis exinde consequatur, sepefatam decanum et Successores suos solutione duarum librarum denar. Ratispon. facienda annis singulis, postquam eadem vacaverit Ecclia, et ad eos cum fructibus transiverit, de proventibus Ecclie prenotate in Vigilia purificationis beate Virginis ipsi nro Capitulo pro agendo memorati patris sui domni Lodvici bone memorie anniversario illo die, sicut unius ex Epis Ecclie fieri consuevit, ad quod se idem nrum Capitulum obligavit ad ipsius nunc decani instantiam, oneramus. Ipsa etiam Ecclia non vacante, pro eo, quod dicti Principes cum persona decani ipsa in nram dignati sunt honorare Eccliam, idem suum agere anniversarium, etsi nichil sit inde medio tempore Capitulum percepturum supradictum. In cujus rei testimonium presentes damus Sigilli

nostri robore communitas. Actum et datum Ratispone anno dni 1295. IIII. Kal. Augusti. Nos vero Chunradus Prepositus, Chunradus Decanus, totumque capitulum ejusdem Ratispon. Eccleie in Concessionem factam per ipsum dnum nrum Epum, sicut supra tactum est, prefato dno decano pro se et ipsis suis Successoribus de Ecclia antedicta, et decimis novalium predictorum onus impositum eidem decano de proventibus Eccleie prelibate, et alia quevis premissa, ad que consensus noster requiritur, consentimus et ad agendum anniversarium sepefactum, sicut unius ex Epis, ut premittitur, in die prefixa, nos presentibus obligamus, ipsis Sigillum nrum in testimonium et majoris roboris firmitatem similiter appendentes. Actum et datum in loco, anno et die prenotatis.

*Duo Sigilla adpendent.*

**Num. DCCX. 1295. 20. Aug. Ex Originali:**

Contractus inter Comitem de Hirschberg et Epum Ratisbon. ob matrimonium Ulrici militis de Adertshausen cum Alheide Swepfermann initum, et liberos dividendos.

Nos Gebhardus dei gra Comes de Hirzperch notum facimus presentium inspectoribus universis, quod cum Fridericus filius Ulrici militis de Adratesbausen attinens reverendo in Xpo patri et dno nro Heinrico ven. Ratispon. Epo sueque Eccleie cum Alheide filia Chunradi Swepfermanni nobis attinente matrimonium contraxerit, et ex hoc juxta legem et consuetudinem patrie, secundum quam partus Ventrem sequitur, acquirerentur nobis ex predicta Alheide pueri nascituri, volentes indempnitati eorundem, dni nri Epi et Eccleie precavere, et anime nre salubre remedium procurare, pro bono nichilominus concordie sive pacis eidem dno nro Epo solempni stipulatione premissa recipienti pro se, suis Successoribus et Ecclia memorata promisimus et promittimus, quod pueros, quos eadem Alheidis ex predicto Friderico procuraverit, secum ipsis suis Successoribus et Ecclia equaliter, si in numero pari fuerint, dividemus, si vero in impari sive unus solus fuerit, sive equali divisione facta aliquis superfuerit, idem utrique nrum communis remaneat, ceteris, ut predictum est, in ultimo casu equaliter dividendis; ad hoc nos et heredes nros, quicumque fuerint, auctoritate presentium obligantes. Si autem nulla divisione facta absque liberis, decesserimus, quod absit, prefata Alheidis cum omnibus liberis

quos ex supradicto Friderico genuerit, ex pactis inter nos initis cedet eidem dno nro Epo et Eccleie prelibate. Si vero divisio precesserit, eandem Alheidem cum omni posteritate sua et liberis, qui nobis in partem cesserint, memorato dno nro Epo recipienti pro se et ipsa sua Ecclesia ex nunc donavimus et donamus, tradidimus et tradimus per eum, dictos Successores suos et Ecclesiam cum ipsa sobole suscipienda exinde jure proprietatis habendam perpetuo et tenendam. In cujus rei testimonium presentes ei damus litteras, Sigilli nri munimine cum annotatione testium roboratas. Testes autem sunt Viri venerabiles dni Chunradus de Luppurch prepositus, Chunradus decanus, Magr Eberhardus archidiaconus ejusdem Ratispon. Eccleie, Albertus et Rudgerus nri notarii, Ulricus de Abensperch, Perngerus Comes de Leonperch, Hadmarus de Laber viri nobiles, Hugo inter latinos, Goezo de Wolfstaine, Chropf de Chipfenberch, Heinricus Peizzer, ... Altvelder advocatus de Hirzperch, Ulricus Harder milites, Bruno de Prenneberch, Chunradus de Wisent, Chunradus de Walde, Wirnto Warter, Ortlinus filius predicti Hugonis inter latinos, Wernher de Saulberch, et alii quam plures fide digni. Actum et datum Ratispone anno dni 1295. XIII. Kal. Septembris.

*Sigillum Comitis Hirschbergensis equestre illaesum adpendet.*

**Num. DCCXI. 1295. 1. Septemb. Ex Originali:**

Epi Henrici Confirmatio jurium monetariorum Ratispon.

